151
372
Biblioteca Nazionale Centrale Firenze
FIRENZE

IX. C. 3.

~~15. 1. 372.~~ ~~Con tavole 35~~
151 . 372

Digitized by Google

S. Spirito N°. 2506:

Digitized by Google

BULLARIUM LATERANENSE

Sive

Collectio Privilegiorum Apoſtolicorum à Sancta Sede

Canonicis Regularibus

ORDINIS SANCTI AUGUSTINI

Congregationis Salvatoris Lateranensis conceſſorum.

Editio noviſsima, & locupletiſsima.

ROMÆ MDCCXXVII.

Typis, Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ.

Superiorum permiſſu.

Congr.is Miss.is Domus Horentiy

Digitized by Google

Religioſis Viris, Canonicis Regularibus Lateranenſibus,

ASCANIUS VARESIUS
PATAVINUS,
Abbas Generalis
S. P. D.

CUm primùm in animum induxi, ut novam hanc curarem Bullarii noſtri Lateranenſis editionem, non id conſilii fuit, ut aut gloriam ullam, & commendationem apud homines mihi quærerem, aut inanibus blanditiis, fucatâque laude ſtudia veſtra aucuparer. Abſit enim, [illegible] homo religioni addictus, & in dignitate hac tantâ conſtitutus, jactationem popularem, plauſumque conſectetur; aut cum iis, qui propter Chriſtum divitias, imagines, honores, nobilitatem, Clientelas reliquerunt, ita agat, ut ad levia hæc, & inania revocet, memoriâ refricanda, & vana inde, ut vulgo fit laudatione conquiſita. Hæc magna & ampla laus eſt, eum Ordinem obtinere, quem à vetuſtate litteris, Virtute, Virorum denique Sanctiſſimorum copiâ facilè excellentem, Optimi quique Pontifices, & Maxima Concilia commendarunt; beneſitiis ſingularibus, & privilegiis honeſtiſſimis auctum ornatumque voluere. Huic deſervire; commoda augere; jura ac rationes diligenter cuſtodire; ſarta denique omnia ac tecta habere; id & pulcrum eſſe, & dignum bono viro, eoque præſertim, qui cæteris præeſſet, exiſtimavi. Quæ cùm ita ſint; & cernerem omnino, Gratiarum Apoſtolicarum, & privilegiorum, juriumque noſtrorum exemplaria deſiderari, quorum alia extra Italiam abducta fuerant, alia frequentiore uſu admodum detrita, non ab re fore arbitratus ſum, ſi editionem hanc novam maximè curarem. Præterea animadverti antiquam collectionem eas dumtaxat Conſtitutiones, ac decreta continere, quæ ante Annum MDCVI. edita memorantur. Sed fortaſſe hæc non omnia. Illud certum eſt, ea quæ deinceps conſtituta fuere, deeſſe omnino. Tabularia igitur noſtra, quibus illa condi ſolent excuſſimus. Multa quidem repoſita fuere, quæ ad privatas Collegiorum rationes pertinebant, quæ cùm traducta eſſent in hiſtoriam noſtri Ordinis, ea nos neglexímus, & ne nimio plus moles Operis excreſceret, & ut ea tantùm deligeremus, quæ ad publicam rem propriùs accederent; Sed hæc ipſa tamen compendio ac ſobrietate

an-

antiquis monumentis appoſuimus; ne nimio acervo novorum cum veteribus cuncta opprimeremus.

Eâdem ratione pleraque detrahere viſum eſt, quæ perperam Bullario appoſita erant, ſcilicet adnotationes, quæ in margine, & quæ in fine cujuſque ferè Bullæ legebantur, utpote quæ nil prodeſſent, & nimiùm obeſſent liberæ lectioni. De qua re, quòd multi adhuc ſapienter diſputarunt, & alii ſunt, qui ſingularibus Operibus ſunt diſceptaturi, nihil eſt quod nos pluribus commemoremus.

Poſtremò, ut aggrederemur, hominum eorum voces impulêre, qui extra Italiam vitam degunt; Quorum plurimi, & ſi ſingularem quamdam vivendi rationem teneant; ſuiſque legibus, ac domiciliis peculiaribus utantur; tamen quia diſciplinâ, Inſtitutique Origine ac naturâ nobis conjunguntur; ſuntque ſingulari cooptatione nobis copulati, digni prorſus viſi ſunt, quibus morem gereremus; cùm præſertim eò naturâ ipſâ, ac moribus feramur, ut omnium commoda aucta cupiamus, & pro virili ſemper auxerimus. Neque levis momenti fuit Præſulis; ampliſſimi, ornatiſſimique Franciſci Joſephi Skaiter Sanctæ Mariæ in Gries ad Portam ferream Præpoſiti, adhortatio, cujus voluntatem pro amicitia ac neceſſitudine, quæ intercedit, negligere non debuimus.

Hiſce igitur cauſſis commoti Bullarium hoc curavimus edendum, quod vobis præſertim, qui degitis intra Italiam, gratum acceptumque fore credimus. Porro iis, qui incolunt trans Alpes, utpote hominibus religioſiſſimis amiciſſimiſque, nequaquam contemnendum, cùm maximè perplura documenta ad eos ſpectantia ſpeciali curâ & diligentiâ monumentis noſtris adjunxerimus.

Faxit Deus, ut Opellâ hac aliquantò magis eruditi, dignos fructus, uberesque aliquando capiatis; Quam certe volumus, & ſtudii eſſe in vos noſtri, & paternæ dilectionis argumentum.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſs. Patri Sac. Palatii Apoſtolici Magiſtro.

N. Baccarius Epiſcopus Bojanen. Viceſger.

IMPRIMATUR,

Fr. Gregorius Selleri Ordinis Predicatorum, Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

BULLA
Sanctiſsimi Domini Noſtri
ALEXANDRI
PAPÆ SECUNDI
Pro Eccleſia, & Canonica Divi Frigdiani Lucensis.

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Canonicis Eccleſiæ S. Frigdiani, eorumque ſucceſſoribus in perpetuum: Quotiens à noſtris filiis illa poſcuntur, quæ ab æquitatis ratione non diſcrepant; illorum dignum eſt juſtis condeſcendere petitionibus, eorumque deſideriis vera cordis ſinceritate favere. Tunc namque nobis Dei noſtri voluntatem conciliamus; ſi quod nobis ratione dictante impendi volumus, rectè hoc aliis concedere minimè dubitamus. Et ſi laicorum poſtulationibus ſepiſſimè larga, & benigna manſuetudine annuimus; videlicet, ut ab illis dignè poſtulata largiamur. Multomagis erga Eccleſiarum noſtrarum utilitatem, & Clericorum ibidem Deo militantium devotiſſimum Collegium, munificentiſſimos & benevolos nos eſſe condecet, qui in Eccleſiaſtici ordinis militia, nobiſcum divina operante clementia uniti eſſe videntur. Quapropter ego Alexander ſanctæ & univerſalis Romanæ Eccleſiæ Pontifex, & Eccleſiæ ſanctæ Lucenſis Epiſcopus, inclinati precibus veſtris, & ſperantes meritis & interceſſionibus Beati Frigdiani, apud tremendum judicem adjuvari: Suſcipimus ſub defenſione, & privilegio Apoſtolicæ Sedis, quicquid in Maritima, eidem SS. Frigdiani Eccleſiæ pertinere videtur. Scilicet in rivo Dementbe, & monte Burli, & Caſtani, & Alapetra, & in monte presbyteri Johannis & Pungulini, & quicquid in aliis locis & vocabulis, ab antiquis vetuſtioribuſque hominibus habuiſſe memoratur; ita ſanè, ut ab hac hora in antea, conſiſtant & permaneant ſupra dictæ res in poteſtate veſtra, Presbyteri, & Diaconi, & Subdiaconi, ſive etiam Clerici, qui in præfata dicti Eccleſia modo ordinati eſtis, veſtrorumque ſucceſſorum, qui ibi in antea ordinati fuerint, & officium Dei ibi fecerint. Statuimus præterea, & Apoſtolica auctoritate ſancimus, ut de jam dictis rebus prænominatæ Eccleſiæ, vel Clericis ejuſdem Eccleſiæ, ſeu loco beneficii ab Eccleſia eas retinentibus, nullus præſumat aliquam inferre violentiam, aut moleſtiam facere ſeu deprædari, vel aliquo ingenio diminuere, non aliquis ſucceſſorum noſtrorum, non Dux, non Marchio, non Comes Vicecomes, Capitaneus, Caſtaldus, Exactor, ſeù aliqua ſecularis poteſtas, nec aliqua hominum magna, parvaque perſona. Quod ſi aliquis (quod non credimus) diabolico inſtinctu, quod à nobis firmatum eſt infringere tentaverit, vel aliter permutare præſumpſerit, vel contra interdicta aliquid auſus fuerit moliri. Timeat ſuper ſe venturum omnipotentis Dei judicium, & conſcius ſibi triſtetur de futura ſuper eum Dei, & Sanctorum omnium maledictione, inſuper ſciat ſe ex auctoritate beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & noſtra (niſi reſipuerit) perpetuo anathematis vinculo innodatum; At vero cuſtos, & obſervator hujus Sacri noſtri Privilegii, de cœleſti ſuper ſe ventura benedictione gratuletur. Et poſt præſentis vitæ ſpatium, accipiat perennis vitæ bravium. *Originale eſt Lucæ.*

Datum Lucæ. III. *Idus Octobris, per manus Petri Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi, ac Bibliothecarii. ann.* VII. *Pontificatus* Domini *Alexandri Secundi Papæ; anno videlicet Incarnationis dominicæ milleſimo ſexageſimo octavo. Indict. ſeptima.*

Litteræ Sanctiſſimi Domini Noſtri Paſchalis Papæ Secundi. Ad Præpoſitum, & Capitulum Canonicæ Sancti Frigdiani Lucenſis.

Eſt Lucæ. PASCHALIS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiis Rothoni Præpoſito, & ejus fratribus, in Beati Frigdiani Eccleſia regularem vitam profeſſis, ejuſque ſucceſſoribus in eadem religione permanſuris, in perpetuum. Deſiderium quod ad religioſum propoſitum, & animarum ſalutem pertinere monſtratur auctore Deo, ſiue aliqua eſt dilatione complendum. Quia igitur vos, ò filii in Chriſto Chariſſimi, per divinam gratiam aſpirati, mores veſtros ſub regularis vitæ diſciplina coercere, & communiter ſecundum ſanctorum Patrum inſtitutionem omnipotenti Domino deſervire propoſuiſtis, votis veſtris Paterno congratulamur affectu. Unde etiam petitioni veſtræ benignitate debita impartimur aſſenſum: Vitæ nanque Canonicæ ordinem quem profeſſi eſtis, præſentis privilegii auctoritate firmamus. Et nè cui poſt profeſſionem exhibitam proprium quid habere, nè vè ſine Præpoſiti vel congregationis licentia, de clauſtro diſcedere liceat interdicimus, & tam vos, quàm veſtra omnia, ſedis Apoſtolicæ protectione munimus. Vobis itaque veſtriſque ſucceſſoribus, in eadem religione permanſuris, omnia perpetuò poſſidenda ſancimus, quæ in præſentiarum pro communis victus ſuſtentatione, vel Epiſcoporum Lucanæ Eccleſiæ, vel aliorum fidelium legitimis donationibus, aut jure alio rationabili poſſidere videmini. Et quæcunque in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium, juſtè atque Canonicè poteritis adipiſci. Porrò decimas ab omnibus Eccleſiæ veſtræ Parochianis, citra perſonarum omnium infeſtationes vobis veſtriſque ſucceſſoribus, in eadem religione perſiſtentibus accipere, & in uſus canonicos diſpenſare concedimus, ac decreti præſentis ſanctione firmamus; quibus enim ſpiritualia ſeminatis, æquum eſt ut eorum carnalia cum Apoſtolo metatis. Obeunte te nunc ejus loci Præpoſito, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeù violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, ſeù fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, vel de ſuo, vel de alieno, ſi expedierit diſciplinæ regularis Collegio providerint eligendum. Salva Lucani Epiſcopi canonica reverentia, ſi quidem catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Apoſtolicæ ſedis habuerit. Decernimus etiam, ut nulli omnino hominum liceat, idem cœnobium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablata retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conſerventur, eorum prò quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: Si qua ſanè Eccleſiaſtica ſeculariſvè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit: Secundo tertiovè commonita; ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio, de perpetrata iniquitate cognoſcat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat, & à Sacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatenus & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. amen. amen.

Scriptum per manum Rainerii Scrinarii regionarii, & Notarii Sacri Palatii.

Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Datum Lucæ, per manum Johannis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis V. *Kalen. Novembris Indictione* XIII. *Anno Dominicæ incarnationis.* M. C. V. *Pontificatus autem Domini Paſchalis Secundi Papæ.* VI.

Pri-

Privilegium S. D. N. Paſchalis Papæ Secundi pro Canonica Sanƈti Frigdiani.

PASCHALIS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiis Rothoni Præpoſito, & ejus fratribus in Beati Frigdiani Eccleſia regularem vitam profeſſis, eorumque ſucceſſoribus in eadem religione permanſuris in perpetuum. *eſt Lucæ.*

Deſiderium quod ad religioſum propoſitum, & animarum ſalutem pertinere monſtratur auctore Deo, ſine aliqua eſt dilatione complendum. Quia igitur vos o filii in Chriſto Chariſſimi per divinam gratiam aſpirati, mores veſtros ſub regularis vitæ diſciplina coercere, & communiter ſecundum ſanctorum Patrum inſtitutionem, omnipotenti Domino deſervire propoſuiſtis, nos votis veſtris paterno congratulamur affectu. Unde etiam petitioni veſtræ, benignitate debita impartimur aſſenſum. Vitæ nanque Canonicæ ordinem quem profeſſi eſtis, præſentis Privilegii auctoritate firmamus. Et nè cui poſt profeſſionem exhibitam, proprium quid habere, nè vè ſine Præpoſiti, vel Congregationis licentia, de clauſtro diſcedere liceat interdicimus, & tam vos quam veſtra omnia, ſedis Apoſtolicæ protectione munimus. Vobis itaque veſtriſque ſucceſſoribus in eadem religione permanſuris, omnia perpetuò poſſidenda ſancimus, quæ in præſentiarum pro communis victus ſuſtentatione, vel Epiſcoporum Lucanæ Eccleſiæ, vel aliorum fidelium legitimis donationibus, aut jure alio rationabili poſſidere videmini. Et quæcumquæ in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione Fidelium, juſtè atque canonicè poteritis adipiſci. Porrò decimas ab omnibus Eccleſiæ veſtræ Parochianis citrà perſonarum omnium iuſctationes, vobis veſtriſque ſucceſſoribus in eadem religione perſiſtentibus, accipere & in uſus canonicos diſpenſare concedimus: ac decreti præſentis ſanctione firmamus. Quibus enim ſpiritualia ſeminatis, æquum eſt ut eorum carnalia cum Apoſtolo metatis. Obeunte te nunc ejus loci Præpoſito, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur; niſi quem fratres communi conſenſu, ſeù fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, vel de ſuo vel de alieno, ſi expedierit diſciplinæ regularis Collegio providerint eligendum. Salva Lucani Epiſcopi canonica reverentia; ſi quidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apoſtolicæ ſedis habuerit. A quo nimirum Chriſma, Oleum Sanctum. Conſecrationes altarium, ſivè Baſilicarum, Ordinationes Clericorum accipietis. Si ea gratis, & ſinè pravitate voluerit exhibere; alioquin liceat vobis à quocunque malueritis catholico Epiſcopo, eadem Sacramenta ſuſcipere, qui Apoſtolicæ Sedis fultus auctoritate, quæ poſtulantur indulgeat. Nec eidem Epiſcopo ullo modo liceat, locum ipſum aut fratres illic habitantes, pro noſtrarum conceſſionum æmulatione excommunicare, vel interdicere; niſi pro certis culpis, quas ijdem fratres canonicè admoniti, emendare contempſerint, Baptiſmi uſum in Sabbato Sancto Pentecoſtes, à præteritis temporibus habitum, ita veſtræ Eccleſiæ in perpetuum confirmamus; ut nullis poſſit æmulationibus, vel inditiis prohiberi. Nulli autem ſecularium poteſtatum, intra veſtri cœnobii clauſtrum liceat hoſpitari; nè fratrum regularium quies hujuſmodi præſumptionibus perturbetur. Decernimus etiam, ut nulli omnino hominum liceat idem cœnobium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Si qua ſanè Eccleſiaſtica ſeculariſvè perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo tertiovè commonita; ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſquè ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat. Et à Sacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat, cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus, ſit pax Domini

Digitized by Google

noſtri Jeſu Chriſti; Quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant, amen. amen.

Scriptum per manum Ranierii Scriniarii regionarii, & Not. S. Pal.

Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Datum Laterani per manum Johannis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis *ac Bibliothecarii.* IX. *Kalen. Julii. Indictione* XIIII. *incarnat. Dominicæ anno milleſimo centeſimoſexto Pontificatus autem Domini Paſchalis Secundi Papæ.* VII.

Privilegium Sanctiſſimi Domini Noſtri Paſchalis Papæ Secundi pro Canonica Frigdiana.

Eſt Lucæ. PASCHALIS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis in Chriſto filiis Rothoni Præpoſito, & ejus fratribus, in Beati Frigdiani Eccleſia regularem vitam profeſſis, & ſucceſſoribus in eadem religione permauſuris in perpetuum. Religionis deſideriis dignum eſt facilem præbere couſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum. Veſtræ igitur devotionis deſideriis annuentes, Vitæ Canonicæ ordinem quem profeſſi eſtis, præſentis privilegii auctoritate firmamus. Et ne cui poſt profeſſionem exhibitam, proprium quid habere, neve ſine Præpoſiti, vel Congregationis licentia, de clauſtro diſcedere liceat. interdicimus, & tam vos, quàm veſtra omnia Sedis Apoſtolicæ protectione munimus. Vobis itaque veſtriſque ſucceſſoribus in eadem religione permanſuris, ea omnia perpetuo poſſidenda ſancimus, quæ in præſentiarum pro communis victus ſuſtentatione, vel Epiſcoporum Lucanæ Eccleſiæ, vel aliorum fidelium legitimis donationibus, aut jure aliquo rationabili poſſidere videmini, & quæcumque in futurum conceſſione Pontificum, aut liberalitate Principum, vel oblatione Fidelium, juſtè atque canonicè poteritis adipiſci Porrò decimas ab omnibus Eccleſiæ veſtræ Parochianis, citra perſouarum omnium infeſtationes, vobis veſtriſque ſucceſſoribus, in eadem religione perſiſtentibus accipere, & in uſus canonicos diſpenſare concedimus, & decreti præſentis ſanctione firmamus, Quibus enim ſpiritualia ſeminatis, æquum eſt ut eorum carnalia cum Apoſtolo metatis. Obeuute te nunc ejus loci Præpoſito, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur; niſi quem fratres communi conſenſu, ſeu fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, vel de ſuo vel de alieno, ſi expedierit diſciplinæ regularis Collegio providerint eligendum. Salva Lucani Epiſcopi canonica reverentia, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam; atque communionem Apoſtolicæ ſedis habuerit, à quo nimirum Chriſma, Oleum ſanctum conſecrationes Altarium, ſive Baſilicarum, ordinationes Clericorum accipietis, Si ea gratis, & ſine pravitate voluerit exhibere; Alioquin liceat vobis à quocunque malueritis Catholico Epiſcopo, eadem Sacramenta ſuſcipere, qui Apoſtolicæ Sedis fultus auctoritate, quæ poſtulantur indulgeat. Nec eidem Epiſcopo ullo modo liceat locum ipſum, aut fratres habitantes, pro noſtrarum conceſſionum æmulatione excommunicare, vel interdicere, niſi pro certis culpis, quas ijdem fratres canonicè admoniti emendare contempſerint, Baptiſmi uſum, in Sabbato Sancto Pentecoſtes, à præteritis temporibus habitum; ita veſtræ Eccleſiæ in perpetuum confirmamus, ut nullis poſſit æmulationibus, vel inſidiis prohiberi. Nulli autem ſecularium poteſtati, intra veſtri cœnobii clauſtrum liceat hoſpitari, ne fratrum regularium quies, hujuſmodi præſumptionibus perturbetur; Clericos ſeculares ideſt non communi ſub propoſito vitam degentes, ſi aſpirante Deo ad regulare propoſitum tranſire decreverint, poſt petitam Epiſcoporum licentiam, vobis ſuſcipiendi concedimus facultatem. Quandiù apud vos regularis diſciplinæ vigor Domino præſtante claruerit. Ad hæc adiicientes decernimus, ut nulli omnino hominum liceat, idem cœnobium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura,

tura,

tura, Si qua ſanè Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit. Secundo tertiove commonita; ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat, & à Sacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat; Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus Sit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Scriptum per manum Raincrii, Scriniarii, regionarii, & Not. S. Pal.

Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Datum Laterani, per manum Johannis Sanctæ Roma. Eccleſiæ Diacon. Cardinalis, ac Bibliothecarii. Non. Martii. Indictione II. *incar. Dominicæ anno milleſimo centeſimo undecimo. Pontificatus autem Domini Paſchalis Secundi Papæ* Decimo.

Bulla S. D. N. Paſchalis Papæ Secundi pro Eccleſia & Canonica Sanctæ Mariæ in portu Ravennæ.

PASCHALIS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Petro, Priori, & ejus fratribus in Eccleſia Beatæ Mariæ in Portu regularem vitam profeſſis, tàm præſentibus, quàm futuris in perpetuum. *Originale eſt Ravennæ*

Deſiderium, quod ad religioſum propoſitum, & animarum ſalutem pertinere monſtratur authore Domino ſine aliqua eſt dilatione complendum, quia igitur vos ò filii in Chriſto lectiſſimi, per divinam gratiam aſpirati, mores veſtros ſub regularis vitæ diſciplina coercere, & communiter ſecundum ſanctorum Patrum inſtitutionem, omnipotenti Deo deſervire propoſuiſtis nos votis veſtris paterno congratulamur affectu. Unde etiam petitioni veſtræ benignitate debita impartimur aſſenſum, Vitæ namque canonicæ ordinem quem profeſſi eſtis, præſentis privilegii auctoritate firmamus, ſtatuentes, ut nemini inter vos profeſſione exhibita, liberum ſit ſinè tua, vel eorum qui poſt te in eodem regimine ſucceſſerint aut ſinè ejuſdem congregationis licentia de Clauſtro diſcedere, quod ſi diſceſſerit, & commonitus redire contempſerit, tibi tuiſque ſucceſſoribus facultas ſit, hujuſmodi ubilibet à Sacris officiis interdicere. Interdictum verò nullus Epiſcoporum Abbatumvè ſuſcipiat. Sanè Clericos ſeculares venientes ad converſionem ſuſcipere, nullius Epiſcopi, vel Præpoſiti contradictio vos inhibeat, quamdiu ſcilicet apud vos Canonici ordinis tenor Domino præſtante vigeat, Quieti etiam veſtræ attentius providentes, tàm vos, quam veſtra omnia Sedis Apoſtolicæ protectione munimus. Vobis itaque veſtriſque ſucceſſoribus in eadem religione permanſuris, ea omnia perpetuò poſſidenda ſancimus, quæ vel in præſentiatum ſeu ex conceſſione Pontificum, ſive liberalitate principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis pro communis victus ſuſtentatione poſſidere videmini, aut in futurum largiente Domino, juſtè, atque Canonicè poteritis adipiſci. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat Eccleſiam veſtram temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum pro quotum ſuſtentatione, ac gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salvo Ravennatis Epiſcopi jure Canonico; ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo tertiovè commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus, ſit Pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, Quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. amen, amen, amen.

Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Pontifex,

Ego

Ego Leo Hoſtienſis Epiſcopus conſenſi, & ſubſcripſi.
Ego Cono Præneſtinæ Eccleſiæ Epiſcopus legi, & ſubſcripſi.
Ego Joannes Cardinalis Sanctæ Ceciliæ conſenſi, & ſubſcripſi.
Ego Ugo Diaconu. Sancti Nicolai conſenſi, & ſubſcripſi.

Datum Laterani, per manum Iohannis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinal. ac Bibliothecarii, Tertio Nonas Julii, Indictione ſeptima. Incarnationis Dominicæ anno M. C. X V.

Litteræ S.D.N. *Paſchalis Papæ Secundi.*

Pro confirmatione Conſtitutionum quas Canonicis portuenſibus Petrus peccator Concanonicus compilatas, ad ſummum Paſtorem probandas deſtinarat, hujuſmodi affixo titulo.

Paſchali Dei Nutu ſummæ, & Apoſtolicæ Sedis Epiſcopo Petrus peccator Clericus cum confratribus ſuis in Chriſto ſalutem, & omnem obedientiam.

Hæc Porrò e vetuſtiſſimis exemplaribus exarata.

Sunt Ravenna.

PASCHALIS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis apud Eeeleſiam Beatæ Mariæ in Portu Ravennatis exarcatus, regulariter commorantibus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Hanc inſtitutionis Canonicæ regulam, tam ex Sanctorum Patrum auctoritate conceptam, quam religioſorum virorum exemplis, & morum honeſtate conceptam, nos perſpectam Deo auctore ſuſcipimus, & auctoritate Sedis Apoſtolicæ confirmantes, vobis per Dei gratiam efficaciter obſervandam injungimus; ut quorum ſequi veſtigia devoviſtis in terris, eorum obtinere conſortium poſſitis in cœlis.

Data Tranſtiberim duodecimo Kal. Jan. Indict. 10.
Ego Creſentinus, Sabinenſis epiſcopus confirmo.
Ego Petrus, Portuenſis Epiſcopus confirmo.
Ego Cono, Præneſtinus Epiſcopus confirmo.
Ego Vitalis, Albanus Epiſcopus confirmo.
Ego Bonifacius, Cardinalis S. Marci confirmo.
Ego Deusdedit, Cardinalis S. Laurentii in Damaſo confirmo.
Ego Deſiderius, Cardinalis S. Praxedis confirmo.
Ego Guidus, Cardinalis S. Balbinæ confirmo.
Ego Petrus, Cardinal. Diaconus S. Coſmæ, & Damiani confirmo.
Ego Petrus Cardin. Diaconus Sancti Georgii confirmo.
Ego Comes, Cardinal. Diaconus S. Mariæ in aquiro confirmo.
Ego Gregorius, Cardinal. Diaconus S. Angeli confirmo.
Ego Io. Diaconus Cardinal. Sanctæ Luciæ confirmo.

Bulla S. D. N. *Gelaſii Papæ Secundi. Ad Præpoſitum & Canonicos Divi Frigdiani Lucenſis.*

Eſt Lucæ.

GELASIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis in Chriſto filiis Attoni Præpoſito, & ejus fratribus, in Beati Frigdiani Eccleſia regularem vitam profeſſis, ejuſque ſucceſſoribus in eadem religione permanſuris in perpetuum. Docente nos Apoſtolo Paulo cognoſcimus, quia ubi ſpiritus Domini, ibi libertas. Quia igitur Domini ſpiritum in vobis habitare credimus, & ex ipſorum operum exhibitione confidimus. Libertatem vobis, quæ à prædeceſſore noſtro Sanctæ memoriæ Paſchali Papa collata, eſt nos auxiliante Domino confirmamus. Et quæ ab eo vobis per privilegii paginam conceſſa ſunt, nos quoque præſentis decreti auctoritate concedimus, & rata atque ſtabilia permanere cenſemus: Salva ſicut ab eo conſtitutum eſt, Lucani Epiſcopi reverentia. Præterea Canonicas conſuetudines obſervandi, vobis auctoritatem tribuimus, ad ſuſceptæ religionis augumentum. Neque ullum gravamen vobis inferri permittimus, ex privilegio, quòd à nobis Beati Martini Canonici,

pro

pro antiquis Eccleſiæ ſuæ conſuetudinibus acceperunt. Regularibus enim congregationibus, nihil illa præjudicant. Nulla quietem veſtram proceſſionum, aut litaniarum perturbet indictio. Niſi quæ ante Aſcenſionem Domini, totius concurſu Civitatis publicè fiunt. Parochianos veſtros, niſi forte publico crimine teneantur, nullus invitis vobis excommunicare, aut ad pœnitentiam præſumat admittere. Sicut in ſuprafati prædeceſſoris noſtri epiſtola continetur. Neque ulli capellanorum liceat ſine conſenſu veſtro, mortuos veſtræ Parochiæ ſepelire; Sed vos eos infirmos; ſicut conſueviſtis ungatis & mortuos præter alicujus infeſtationem ſepeliatis. Chriſma, Oleum infirmorum, quæ veſtra ex antiqua conſuetudine ſuſcipit Eccleſia: Majoris Eccleſiæ Clerici, hac vobis occaſione non auferant. Neque Clericos veſtros ordinari prohibeant, ut per Dei gratiam quietè, & pacificè converſantes, profeſſionis veſtræ propoſitum plenius obſervare poſſitis. Si qua ſanè Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit ſecundo tertiovè commonita; ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem, præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Gelaſius, Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopus. ſignum manus meæ Deus in loco Sancto ſuo.

† *Ego Lambertus, Oſtienſis Epiſcopus.*

† *Ego Deusdedit, presbyter Cardinal. Sancti Laurentii in Damaſo.*

† *Ego Guido, presbyter Cardinal. tituli Sanctæ Balbinæ.*

† *Ego Petrus, Diac. Cardinal. Sanctorum Coſmæ & Damiani.*

† *Ego Petrus, Diacon. Cardinal. Sancti Adriani.*

† *Ego Amicho, ſub Diacon. Cardinalis, & Abbas Sancti Laurentii foris muros.*

Datum Piſis per manus Criſogoni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diacon. Cardinal. VI. *Kalen. Octobris. Indictione* XII. *ann. Dominicæ Incarnationis* M. C. XVIIII. *Pontificatus autem domini Gelaſii Secundi Papæ anno primo.*

Bulla Sanctiſſimi Domini Noſtri Caliſti Papæ Secundi. Ad Præpoſitum. & Canonicos Divi Frigdiani Lucenſis.

CALISTUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis in Chriſto filiis Attoni Præpoſito, & ejus fratribus in Beati Frigdiani Eccleſia regularem vitam profeſſis, tam præſentibus, quam futuris in perpetuum. *Eſt Lucæ.* Quæ ſalubri moderamine conſtituta ſunt, inconvulſa debent ſtabilitate ſervari. Domini ſiquidem prædeceſſores noſtri Sanctæ memoriæ Paſchalis, & Gelaſius Pontifices, locum veſtrum pro religionis prærogativa, & præcipua ordinis Canonici obſervantia, ſpecialiter dilexerunt, eumque in Apoſtolicæ ſedis tutelam ſuſcipientes, Beati Petri patrocinio munierunt. Eorum ergo, & nos veſtigia ſubſequentes, quicquid tuitionis, quicquid libertatis, quicquid etiam immunitatis, ab eis vobis & veſtræ Eccleſiæ conceſſum eſt auctore Deo concedimus, & præſentis privilegii pagina confirmamus. Salva canonica Lucani Epiſcopi reverentia, ad ſuſceptæ præterea religionis augumentum, conſuetudines Canonicas obſervandi, vobis auctoritatem tribuimus, occaſione privilegiorum Apoſtolicæ ſedis, à Canonicis Beati Martini, aliquod vobis gravamen inferri penitus prohibentes. Regularibus enim congregationibus nihil illa præjudicant, nulla quietem veſtram proceſſionum, aut letaniarum perturbet indictio; niſi quæ ante Aſcenſionem Domini totius civitatis publicè fiunt. Parochianos veſtros; niſi fortè publico crimine teneantur, nullus invitis vobis excommunicare, aut ad pœnitentiam præſumat admittere; ſicut in ſupradictorum prædeceſſorum noſtrorum ſanctionibus continetur. Neque ulli capellanorum liceat ſine

con-

conſenſu veſtro, mortuos veſtræ Parochiæ ſcpelire. Sed vos ipſi eos infirmos ſicut conſueviſtis ungatis, & mortuos præter alicujus infeſtationem ſepeliaris. Chriſma, Oleum infirmorum, quod veſtra ex antiqua conſuetudine ſuſcipit Eccleſia, Majoris Eccleſiæ Clerici hac vobis occaſione non auferant: neque clericos veſtros ordinari prohibeant, ut per Dei gratiam quietè, & pacificè converſantes profeſſionis veſtræ propoſitum plenius obſervare poſſitis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit. Secundò tertiovè commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ipſi Privilegio careat, reamque ſe divino judicio de perpetrata iniquitate cognoſcat. Te itaque Chariſſime in Chriſto fili Atto Prior, & commiſſam tibi Sancti Frigdiani Eccleſiam, in qua una cum religioſis fratribus regulariter Domino famularis, Beati Petri & noſtra defenſione duximus protegendam. Tuis ſiquidem poſtulationibus benigna charitate aſſenſum præbentes; Eccleſiam Sancti Frigdiani; ut liberius, & ſine inquietitudine divinis aſſiſtatis officiis, ab omni exactione liberam volumus omnimodo permanere. Nec alicui perſonæ ſi pro quolibet ſeculari negotio pecuniam in Civitate Lucana collegerit, liceat ab Eccleſia Sancti Frigdiani aliquid occaſione hac poſtulare, & ut nullum hominum intra cemeterii Eccleſiæ, vel clauſtri veſtri ambitum aſſultum facere, ſive aliquid indè violentur rapere audeat penitus prohibemus, & ſi aliquis Clericus Eccleſiæ veſtræ profeſſus, ſine libera, & rationabili licentia à vobis receſſerit, & tertiò commonitus redire contempſerit eum auctoritate noſtra excommunicandi, tibi tuiſque ſucceſſoribus facultatem concedimus; ſi quis etiam Eccleſiæ Sancti Frigdiani Canonicus, in alia Eccleſia pro inſtituendo, vel conſervando Canonico ordine à vobis conceſſus poſitus fuerit, & manifeſtè à religionis tramite deviaverit, & tertiò à vobis commonitus non reſipuerit: liceat vobis eum ad clauſtrum veſtrum, ſalva Apoſtolicæ Sedis auctoritate, atque reverentia revocare. Prærerea cappellam de Mutiliano; quemadmodum prædeceſſor noſter, Sanctæ memoriæ Alexander Papa vobis conceſſit, præſentis ſcripti noſtri pagina confirmamus. Si quis autem hujus noſtræ conſtitutionis temerator extiterit, & ſecundò tertiovè commonitus, minimè ſatisfecerit, honoris & officii periculum patiatur, aut excommunicationis ultione plectatur.

† *Ego Calixtus, Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
† *Ego Creſcentius, Sabinenſis Epiſcopus.*
† *Ego Petrus, Portuenſis Epiſcopus.*
† *Ego Lambertus, Oſtienſis Epiſcopus.*
† *Ego Gullielmus, Præneſtinus Epiſcopus.*
† *Ego Bonifacius, Cardinal. Sancti Marci.*
† *Ego Gregorius, presbyter Cardinalis tituli S. Apoſtolorum.*
† *Ego Petrus, Cardinalis presbyter tituli Sanctæ Suſannæ.*
† *Ego Gerardus pretbyter Cardin. tit. Sanctæ Crucis.*

Datum Laterani per manum Almerici S. R. Eccl. Diac. Card. & Cancellarii VII. *Kal. Junii. Indictione 2. Incarnationis Dominicæ anno* M. C. XXIIII. *Pontif. autem domini Calixti Secundi Papæ. an. 6.*

Bulla Honorii Papæ Secundi pro Canonica Frigdianæ.

HONORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis in Chriſto Attoni Præpoſito, & ejus fratribus in Beati Frigdiani Eccleſia regularem vitam profeſſis, ejuſque ſucceſſoribus in eadem religione permanſuris in perpetuum. Ad hoc univerſalis Eccleſiæ cura nobis à proviſore omnium bonorum domino commiſſa eſt, ut religioſas diligamus perſonas, & beneplacentem Deo religionem, ſtudeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur; niſi ex charitatis radice procedens, à puritate religionis fuerit conſervatus. Quia igitur Domini ſpiritum in vobis habitare credimus, & ex ipſorum operum exhibitione confidimus *Vitæ Canonicæ ordinem*, quem profeſſi eſtis. Una cum liber-

libertate, quæ à prædeceſſoribus noſtris Sanctæ memoriæ Paſchali, Gelaſio, Calixto, Romanis Pontificibus vobis collata eſt, nos auxiliante Domino confirmamus, & quæ ab eis per privilegii paginam vobis conceſſa ſunt, nos quoque præſentis decreti auctoritate concedentes, tam vos, quam veſtra omnia, Sedis Apoſtolicæ protectione munimus. Videlicet quæcunque pro communis victus ſuſtentatione Epiſcoporum Lucanæ Eccleſiæ, Regum, aliorum fidelium legitimis donationibus, aut alio rationabili jure, infra urbem Lucanam, & extra in præſentiarum juſtè, & legitimè poſſidetis; ideſt in loco, qui vocatur Murla, ſeu Mutiliano, atque Lungithe, & Guindeſo, ſive collem ori, necnon in loco, qui dicitur Parminiano, ſeu Coldiſacco, inter villam Orentani, & altum paſſum, in campis, terris, vineis, pratis, paſcuis, ſilvis molendinis, montibus, vallibus, planitiebus, & univerſa, quæ vos Chariſſimi in Chriſto filii, in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium juſtè, atque canonicè poteritis adipiſci. Firma vobis, veſtriſque ſucceſſotibus, & illibata permaneant. Porrò decimas ab omnibus Eccleſiæ veſtræ Parochianis, citra perſonarum omnium infeſtationes, vobis veſtriſque ſucceſſoribus in eadem religione perſiſtentibus accipere, & in uſus canonicos diſpenſare concedimus, & decreti ptæſentis ſanctione ſtabilimus: quibus enim ſpiritualia ſeminatis æquum eſt, ut eorum carnalia cum Apoſtolo metatis. Obeunte te nunc ejuſdem loci Præpoſito, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeù violentia præponatur: niſi quem fratres communi conſenſu, ſeu frattum pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem, vel de ſuo, vel de alieno ſi expedierit diſciplinæ regularis Collegio prævideriut eligendum. Salva Lucani Epiſcopi Canonica reverentia. Siquidem Catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit. A quo nimirum Chriſma, Oleum ſanctum, Conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, ordinationes Clericorum accipietis, ſi ea gratis, & ſine ptavitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis à quocunque malueritis Catholico Epiſcopo eadem Sacramenta ſuſcipere, qui Apoſtolicæ Sedis fultus auctoritate, quæ poſtulantur indulgeat. Nec eidem Epiſcopo ullo modo liceat, locum ipſum, aut fratres habitantes, pro noſtrarum conceſſionum æmulatione excommunicare, vel interdicere, niſi pro certis culpis, quas iidem fratres canonicè admoniti emendare contempſerint, Baptiſmi uſum in Sabbato Sancto Pentecoſtes à præteritis temporibus habitum; ita veſtræ Eccleſiæ in perpetuum confirmamus, ut nullis poſſit æmulationibus, vel inſidiis prohiberi, nulli autem ſecularium poteſtatum infra veſtri cœnobii clauſtrum liceat hoſpitari, nè fratrum regularium quies hujuſmodi præſumptionibus perturbetur. Nulla quietem veſtram, proceſſionum, aut lætaniarum perturbet indictio; niſi quæ ante Aſcenſionem Domini, totius concurſu Civitatis publicè fiunt. Parochianos veſtros; niſi fortè publico crimine teneantur, nullus invitis vobis excomunicate, aut ad pœnitentiã præſumat admittere. Neque ulli capellanorum liceat ſine conſenſu veſtro, mortuorum Parochiæ veſtræ corpora ſepelire. Sed vos ea præter alicujus infeſtationem ſepeliatis. Oleum, Chriſma, quæ veſtra ex antiqua conſuetudine habet Eccleſia, majoris Eccleſiæ Clerici, hac vobis occaſione non auferant, neque Clericos veſtros ordinari prohibeant. Ad hæc adjicientes decernimus, ut nulli omnino hominum liceat idem cœnobium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuete, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integrè conſerventur, eorum pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Si qua ſanè Eccleſiaſtica, ſeculariſvè perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentavetit. Secundò tertiovè conmonita, ſi non ſatiſfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtete, de petpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Oculi domini ſuper juſtos Sanctus Petrus Sanctus Paulus.

† *Ego Honorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
† *Ego Petrus Portuenſis Epiſcopus.*
† *Ego Guilielmus Præneſtinus Epiſcopus.*
† *Ego Corradus, Savienſis Epiſcopus.*
† *Ego Egidius, Tuſculanus Epiſcopus.*
† *Ego Petrus Cardinal. presbiter titu. Sanctæ Suſannæ.*
† *Ego Saxo Cardinal. presbiter titu. Sancti Stephani.*
† *Ego Petrus presbiter Cardinal. titu. S. Equitii.*
† *Ego Johannes presbiter Card. titu. Sancti Griſogoni.*
† *Ego Petrus presbiter Cardin. titu. S. Caliſti.*
† *Ego Petrus presbiter Cardin. titu. Sanctæ Anaſtaſiæ.*
† *Ego Gregorius Sancti Angeli Diac. Card.*
† *Ego Georgius Diac. Card. Sanctorum Sergii. & Bacchi.*

Dat. Laterani per manum Almerici S. Rom. Eccl. Diac. Card. & Canc. nonis. Maji indict. 6. ann. incarn. Dominicæ M.C.XXVIII. *Pontificatus autem Domini Honorii Papæ Secundi, ann.* IIII.

Bulla S. D. N. Innocentii Papæ Secundi pro Canonica Sancti Frigdiani Lucenſis.

Eſt Lucæ

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis in Chriſto filiis Attoni Præpoſito, & fratribus in Beati Frigdiani Eccleſia regularem vitam profeſſis, eorumque ſucceſſoribus in eadem religione permanſuris in perpetuum. Quoniam ſine veræ cultu religionis, nec charitatis unitas poteſt ſubſiſtere, nec Deo gratum exhibetur ſervitium, expedit Apoſtolicæ auctoritati, religioſas perſonas diligere, & religioſa loca; maximè quæ Beati Petri juris exiſtunt, & ad Romanam ſpecialiter ſpectant Eccleſiam, Sedis Apoſtolicæ munimine confovere. Nos itaque; quia devotionem veſtram in Dei timore, & ſervitio fervere valdè confidimus, *Canonicum ordinem*, quem in Beati Frigdiani Eccleſia inſpirante Domino profeſſi eſtis, & libertatem à prędeceſſoribus noſtris Sanctæ recordationis Paſchale, Gelaſio, Calixto, & Honorio, Romanis Pontificibus vobis collatam, præſentis ſcripti pagina confirmamus. Statuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona pro communi victus ſuſtentatione, ab Epiſcopis Lucanæ Eccleſiæ, Regibus, Principibus, & aliis Dei fidelibus, legitimis donationibus, ſeu aliis juſtis modis infra civitatem Lucanam, & extra, vobis conceſſa in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtè præſtante Domino poteritis adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata manere decernimus, in quibus hæc propriis nominibus expreſſa ſubjunximus. In loco ſ. qui Mutilianus dicitur Eccleſiam Sanctorum Martirum Caſſiani, & Yppoliti, cum omnibus ad ipſam pertinentibus, in loco Senæ, Eccleſiam Beati Martini, & Hoſpitale cum omnibus ad eamdem Eccleſiam & Hoſpitale pertinentibus, in loco Murla, atque Lunghithæ, & Guindelpho, ſeu Collemori, necnon in loco, qui dicitur Parminiano, ſive Coldiſacco, inter villam Orentani, & Altum paſſum, in campis, terris, vineis, pratis, paſcuis, ſilvis, molendinis, montibus, vallibus, planitiebus Porrò decimas ab omnibus Eccleſiæ veſtræ Parochianis, citra perſonarum omnium infeſtationes; vobis veſtriſque ſucceſſoribus in eadem religione perſiſtentibus accipere, & in uſus canonicos diſpenſare concedimus, & decreti præſentis ſanctione ſtabilimus. Equum enim eſt, ut quibus ſpiritualia ſeminatis: eorum carnalia cum Apoſtolo metatis. Obeunte te nunc ejuſdem loci Præpoſito, vel tuorum quolibet ſucceſſorum. Nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur; niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum timorem Dei, vel de ſuo vel de alieno, ſi expedierit diſciplinæ regularis collegio præviderint eligendum. Salva Lucani Epiſcopi reverentia canonica. Si quidem Catho-

licus

licus fuerit, & gratiam, atque communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit. A quo nimirum, Chriſma, Oleum ſanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum Ordinationes Clericorum accipietis, ſi ea gratis & ſine pravitate volverit exibere. Alioquin liceat vobis à quocumque, malueritis Catholico Epiſcopo eadem ſacramenta ſuſcipere. Qui Apoſtolicæ Sedis fultus auctoritate, quod poſtulatur indulgeat. Nec eidem Epiſcopo liceat, locum ipſum, aut fratres habitantes, pro noſtrarum conceſſionum æmulatione, excommunicare, vel interdicere; niſi pro certis culpis, quas iidem fratres canonicè admoniti, emendare contempſerint. Baptiſmi uſum in Sabbato Sancto Pentecoſtes, à præteritis temporibus habitum. Ita veſtræ Eccleſiæ in perpetuum confirmamus; ut nullis poſſit æmulationibus, vel inſidiis prohiberi. Nulli autem ſecularium poteſtatum infra veſtri cœnobii clauſtrum liceat hoſpitari, ne fratrum regularium quies hujuſmodi præſumptione perturbetur. Nulla quietem veſtram proceſſionum, aut lætaniarum, vel ſepulturarum, extra veſtram Parochiam, contra veſtram conſuetudinem perturbet indictio; niſi quæ ante Aſcenſionis Domini totius Civitatis publicè fiunt Parochianos veſtros; niſi fortè publico crimine teneantur, nullus invitis vobis excommunicare, aut ad pœnitentiam præſumat admittere. Neque ulli liceat ſine conſenſu veſtro, mortuorum Parochiæ veſtræ corpora ſepelire. Sed vos ea præter alicujus infeſtationem ſepeliatis. Oleum, Chriſma, quæ veſtra ex antiqua conſuetudine habet Eccleſia, majoris Eccleſiæ clerici hac vobis occaſione non auferant, neque Clericos veſtros ordinari prohibeant. Prohibemus etiam, ut nullus unquam Canonicorum poſt factam ibi poſſeſſionem, abſque libera prioris, & fratrum licentia; quamdiu ibi Canonicus ordo ſervabitur, Eccleſiam veſtram deſerere, & ad alium ejuſdem vel alterius ordinis locum audeat pertranſire. Judicium ſanè, quod ejuſdem loci Prior de aliqua ipſorum fratrum communi, vel ſanioris partis conſilio partis rationabiliter fecerit, nulli retractare, vel immutare liceat. Salva nimirum in omnibus Apoſtolicæ Sedis auctoritate & reverentia. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare. Sed omnia integra ſerventur, eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisvè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiovè commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, ac ſit Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Conſervantibus autem, pax Domini noſtri Jeſu Chriſti quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

† *Ego Innocentius, Catbolicæ eccleſiæ epiſcopus.*
† *Ego Anſelmus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardin.*
† *Ego Goſelmus, presbyter Cardin. titul. Sanctæ Cæciliæ.*
† Ego *Lucas, præsbyer Cardin. tittul. Sanctorum Johannis, & Pauli.*
† *Ego Gregorius Diac. Card. Sanctorum Sergii, & Bacchi.*
† *Ego Guido Diac. Card. Sanctorum Coſmæ & Damiani.*

Dat. Aſtæ per manum Almerici S. Rom. Eccl. Diac. Card. & Canc. XVI. Kal. *Maii indict. decima incarn. Dominica ann.* M. C. XXX. III. *Pontificatus autem Domini Innocentii Papæ.* II. *ann.* III.

Bulla Innocentii Secundi ad Canonicos Sancti Frigdiani.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Antonio Priori eccleſiæ Sancti Frigdiani quæ in Lucana civitate ſita eſt, ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis, in perpetuum. Quemadmodum ea quæ à nobis ſtatuuntur firma, & illibata volumus permanere; ita, quæ à fratribus noſtris rationabili ſtudio invenerimus conſtituta, inconcuſſa cupimus con- *Eſt Luca*

ſervari. Ea propter dilecte in Domino fili Atto Prior, tuis juſtis deſideriis annuentes terram in comitatu Ferrarienſi cum eccleſia ſancti Salvatoris, quæ inibi conſtructa eſſe dignoſcitur, à venerabili fratre noſtro Landulpho Ferrarienſi Epiſcopo, & nobili fœmina, uxore quondam fratris ſui, atque Caſotto filio ejus, tibi, & per te Eccleſiæ Sancti Frigdiani conceſſa, auctoritatis noſtræ munimine duximus roborandam. Statuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona, eadem eccleſia in præſentiarum juſte, & legitimè poſſidet, aut in futurum rationabiliter præſtante Dominæ poterit adipiſci, ab omnium hominum dominio, & exactione penitus abſoluta, prædictæ eccleſiæ firma, & illibata permaneant. Ut videlicet nec Ferrarienſi epiſcopo, nec Archidiacono, nec cuilibet Eccleſiaſticæ ſecularivè perſonæ, aliquid ex eodem loco, præter liberam fratrum inibi Domino famulantium voluntatem auferre, vel conſuetudines aliquas imponere liceat. Decimas ſane, vel primitias terrarum, vinearum, ſeu laborum, quos ipſius loci fratres propriis excolunt ſumptibus, nullus ab eis exigere, vel ſuſcipere audeat. Qui etiam Chriſma, Oleum ſanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, Ordinationes Clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, juxta præfati fratris noſtri, Landhulphi Epiſcopi deſiderium, à quocunque maluerint Catholico epiſcopo, noſtra freti auctoritate ſuſcipiant. Decernimus etiam, ut nullus in ipſa eccleſia ordinetur Præpoſitus; niſi quem tu, aut ſucceſſores tui, fratrum veſtrorum conſilio, ſecundum Canonicum ordinem inibi poſueritis; ut ſicut prænominati fratris noſtri Epiſcopi, noſcitur inſtitutum, fratres ejuſdem loci liberi ab hominum moleſtiis exiſtentes, omnipotenti Domino ſua vota perſolvant, nulli ergo hominum fas omnino ſit, te, vel ſucceſſores tuos, ſuper eadem Eccleſia temere perturbare, vel res ad ipſam pertinentes auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel aliquibus moleſtiis infeſtare. Sed omnia integra conſerventur vobis, & fratribus in ipſa Domino famulantibus in perpetuum profutura. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hujus noſtræ confirmationis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit; ſi non ſatisfactione congrua ſecundò tertiovè commonita, reatum ſuum correxerit, beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli indignationem incurrat, atque excommunicationi ſubjaceat. Conſeri vantes autem, intervenientibus eorundem Apoſtolorum meritis, Omnipotentis Dei gratiam, & æternæ vitæ præmia conſequantur. Amen.

✝ *Ego Innocentius Catholicæ eccleſiæ epiſcopus.*
✝ *Ego Guillelmus Præneſtinus epiſcopus.*
✝ *Ego Romanus Diac. Card. Sanctæ Mariæ in porticu.*
✝ *Ego Gregorius Diac. Card. Sanctorum Sergii, & Bacchi.*
✝ *Ego Oddo Diac. Card. Sancti Georgii ad velum aureum.*

Datum Novantulæ per manum Almerici Sanctæ Romanæ eccleſiæ Diacon. Card & Cancel. Tertio nonas Octobris. Indictione decima. Incarnationis Dominic anno. M. C. XXXIII. *Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ* II. *anno.* III

Innocentii Papæ Secundi pro Præpoſitura Sanctæ Crucis de Mortario; apud Inſubres.

Eſt Mortarii. INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilecto filio Haltano Præpoſito, ejuſque fratribus in Mortarienſi Eccleſia regularem vitam profeſſis, tam præſentibus quàm futuris in perpetuum. Officii noſtri hortatur auctoritas, pro Eccleſiarum ſtatu ſatagere, & earum quieti, & utilitati ſalubriter auxiliante domino providere; dignum namque & honeſtati conveniens eſſe cognoſcitur, ut qui ad Eccleſiarum regimen aſſumpti ſumus, eas & à pravorum hominum nequitia tueamur, & Beati Petri atque Apoſtolicæ Sedis patrocinio muniamus; quotiens enim illud à nobis petitur, quod rationi cognoſci- *Ipſemet conſecravit Pontifex.* tur convenire, animo nos decet libenter concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Mortarienſis quidem Eccleſia, quam utique cum fratribus

tribus noſtris, qui ad nos convenerant, propriis manibus cooperante domino conſecravimus, pro vera religione in qua Dei gratia florere cognoſcitur, tam apud Eccleſiaſticas, quam ſeculares perſonas propè ac longè poſitas, magno honore, & reverentia eſſe cognoſcitur. De cujus nimirum inſtitutione, & honeſtatis odore, majeſtatis divinæ, quæ humilia miſericorditer reſpicit, laus, honor, & gloria exhibetur, & populus Dei, bonæ vitæ & converſationis exemplo, ad meliora plenius informatur. Proinde dilecti in domino filii, veſtris rationabilibus precibus aſſenſum præbentes, Ortanienſem Eccleſiam in qua divino vacatis ſervitio, Apoſtolicæ Sedis privilegio duximus muniendam. Statuentes ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona, eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & legitimè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante domino adipiſci contigerit, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis nominibus exprimenda cenſuimus. In Mediolanenſi videlicet Epiſcopatu, Eccleſiam S. Mariæ de Carpentiaco. In Papienſi, Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Carbonaria. Apud caſtrum Mortarii, Eccleſiam Sancti Caſſiani. Apud Tyſinetum, Eccleſiam Sancti Andreæ. Apud Sanctum Salvatorem, Eccleſiam Sancti Andreæ. In Novarienſi, Eccleſiam Sancti Andreæ de Uvilengo. In Aquenſi, Eccleſiam, Sanctæ Trinitatis de Gamundio. In Aſtenſi, Eccleſiam Sanctæ Mariæ Novæ, & Sanctæ Mariæ apud Caſtrum Sancti Martini. In Albenſi, Eccleſiam Sancti Petri apud Nevias. In Thaurinenſi, Eccleſiam Sancti Andreæ de Braida, à prædeceſſore noſtro beatæ memoriæ Caliſto Papa, ex dono Robaldi militis ſuſcepta, & Eccleſiæ veſtræ ab eodem conceſſa. In Derthonenſi, Eccleſiam Sancti Matthæi, & Eccleſiam Sancti Joannis de Structiouo. In Januenſi Eccleſiam Sancti Theodori. Ad hæc præſenti capitulo firmamus.

Ut ordo Canonicus quem in eadem profeſſi eſtis Eccleſia, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conſervetur. Prohibemus etiam, nè quis poſt factam profeſſionem, proprium quid habere, nevè ſine Præpoſiti vel congregationis licentia, de clauſtro præſumat diſcedere, quod ſi diſceſſerit, & commonitus redire contempſerit, Præpoſito liceat communicato fratrum conſilio, ejuſmodi à ſuis officiis eiicere. Sanè laicos, vel clericos, vel ſeculariter viventes, ad regularis vitæ converſionem ſuſcipiendi, vobis licentiam indulgemus. Tibi vero chariſſime fili Altane Præpoſite ſucceſſoribuſque tuis, concedimus ut quando apud vos Epiſcopi deſunt, ſchiſmaticos ad unitatem Catholicæ Eccleſiæ redeuntes, vel de criminibus pœnitentes, reconciliare per Dei gratiam debeatis, quandiù in loco veſtro Canonici ordinis diſciplina domino auxiliante viguerit. Chriſma, Oleum ſanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, Clericorumvè ordinationes, de benignitate Apoſtolica, à quo malueritis Catholico ſuſcipietis Epiſcopo. Sepulturas quoque loci veſtri, omninò liberas eſſe ſancimus; ut eorum qui ſe illic ſcpeliri deliberaverint, devotioni & extremæ voluntati, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Ex Apoſtolicæ inſuper Sedis benignitate laborum decimas in quibuſcunque Parochiis operemini, ad communes victus ſuſtentationes, vobis quietè habendas, poſſidendaſque concedimus. Statuentes ut nulli Epiſcoporum, vel Epiſcopalium miniſtrorum, liceat ſuper hac re vobis veſtriſque ſucceſſoribus moleſtias irrogare, neque laicis quibuslibet facultas ſit, eaſdem decimas aliqua ſibi violentia vendicare. Manſuro præterea in perpetuum decreto Eccleſias vel Eccleſiarum poſſeſſiones, quæ per diverſas Parochias à confratribus noſtris, ipſarumque Parochiarum Epiſcopis, Canonicæ veſtræ conceſſæ ſunt, aut in futurum largiente domino concedentur, vobis veſtriſque ſucceſſoribus in regularis diſciplinæ obſervantia permanſuris, quietas ſemper, & liberas permanere decernimus, nec Epiſcopis aut perſonis quibuslibet, eas ab Eccleſiæ veſtræ unitate, ac ſubjectione ſubtrahere, neque illic habitantibus liceat, congregationis veſtræ conſuetudines, & obedientias refutare. Omnibus autem Eccleſiæ veſtræ Præpoſitis interdicimus, & omnino prohibemus, ne Poſſeſſiones ubilibet ad ipſas Canonicas pertinentes audeant diſtrahere, aut perſonis ſecularibus in feudum dare, vel quibuslibet ingeniis alienare, aut ſine congregationis conſenſu, in alicu-

Digitized by Google

alicujus perſonæ jus poſſeſſionemque transferre. Porrò Eccleſiarum veſtrarum Presbiteri, Colonorum ſuorum Pœnitentiam, Sacramenta, & cætera Sacerdotalia officia ſolenniter impleant. Decernimus ergo ut nulli omnino fas ſit, prænominatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatus retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; ſed omnia integre conſerventur, eorum pro quorum gubernatione, & ſubſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, Secundò tertiovè commonita, ſi non ſatisfactione emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque divino judicio ſe exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sanctiſſimo Corpore, & Sanguine Dei & domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti alieno fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus, ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti; quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen amen. 1134. Pontific. ann. 5.

Privilegium Innocentii Papæ Secundi pro Canonica Frigdiana.

Eſt Lucæ INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilecto filio Attoni Priori, & fratribus in Eccleſia Sancti Frigdiani regularem vitam profeſſis, tàm præſentibus quàm futuris in perpetuum. Officii noſtri nos hortatur auctoritas Sacroſanctis Eccleſiis, & aliis venerabilibus locis fraterna pietate conſulere, & eorum utilitati cooperante Domino ſalubriter providere. Manifeſtum ſi quidem eſt, nobiles viros, Rolandum videlicet advocatum S. Frigdiani, & filios Lotharium, & Malaſpinam, Baldinottum quoque Guidottum, & Bucca mele germanos filios Denaroli, id quòd in Hoſpitale domo, & Eccleſia S. Johannis, de capite burgis S. Frigdiani videbantur habere. Permiſſione Sedis Apoſtolicæ uſque ad hæc tempora tenuiſſe. Qui nimirum, pro eo quod idem locus propter deſidiam perſonarum ibidem converſantium, tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus attritus fuerat, quicquid juris in præfata domo, & Eccleſia S. Johannis, quæ inibi ſita eſt, in manus noſtras humiliter refutarunt. Rogantes ut idem Xenodochium tibi Atto, & ſucceſſoribus tuis habendum, diſponendum, & libere poſſidendum concederemus; quandiu ſcilicet ordo Canonicus apud vos Domino adjuvante viguerit, & tam vos, quàm fratres veſtri ſine proprio vivere decreveritis. Nos itaque eorum petitioni duximus annuendum, & tam prædictum Xenodochium, quàm Eccleſiam, vobis Apoſtolica diſpenſatione committimus, hoc etiam adiciientes, ut quia præfati viri, reſpectu divini amoris, & noſtris exhortationibus id fecerunt, in eodem loco patronatum defenſionis, noſtra promiſſione, ipſi & eorum hæredes, Apoſtolica auctoritate de cætero habeant & obtineant. Statuimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, quod à nobis ſuper hoc factum eſt ullatenus immutare, aut prædictum Xenodochium, vel Eccleſiam, à veſtra ordinatione & poteſtate ſubtrahere. Sed potius ea omnia habeatis, & diſponatis prout melius ad honorem Dei, & Eccleſiæ expedire noveritis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, Secundò tertiovè commonita; ſi non reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quatenus, & hic fructuum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

† Ego *Innocentius Catholicæ eccleſiæ epiſcopus.*
Signum manus meæ ? Adiuva nos Deus ſalutaris noſter.
† Ego *Guilelmus Prænestinus epiſcopus.*

† *Ego*

† *Ego Matthæus Albanenſis epiſcopus.*
† *Ego Gherardus presbyter Card. titu. S. Crucis in Hieruſalem.*
† *Ego Lucas presbyter Card. titu. SS. Johannis, & Pauli.*
† *Ego Guido indignus Sacerdos.*
† *Ego Gregorius Diacon. Card. Sanctorum Sergii, & Bacchi.*

Datum Piſis per manum Almerici Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diac. Cardinal. & Cancell. Tertio nonas Aprilis Indict. XII. *Incarnationis Dominicæ anno* M.C.XXXV. *Pontificatus verò Domini Innocentii Papæ* II. *anno*. VI.

Privilegium Innocentii Papæ Secundi pro Canonicis Divi Frigdiani.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Attoni Priori, & fratribus in Eccleſia Sancti Frigdiani regularem vitam profeſſis, tàm præſentibus, quàm futuris in perpetuum. Officii noſtri decet valde propoſitum, ea quæ ad noſtram audientiam proferuntur, ſubtili indagatione diſcutere, & ne lites fiant immortales; ſed potius Eccleſiæ conquieſcant ſummopere providere, omnipotenti namque Domino, qui noſtra pax, & vera unitas eſſe creditur, debitus famulatus non valet impendi; ſi non illi qui ejus debent eſſe obſequiis mancipati, a cauſarum litigiis, & negotiis ſint forenſibus alieni, hoc profecto intuitu dilecte in Domino fili Atto Prior, quieti tuæ, & fratrum tuorum ſalubriter in poſterum providentes, controverſiam quæ inter te, & Monacos cœnobii S. Georgii Lucenſis, pro occupatione Parochiæ B. Frigdiani noſcitur ventilata, ad ſequentium memoriam, carta, & atramento duximus annotandam. Tua igitur dilectio ad nos veniens, aduerſus eoſdem Monacos queſta eſt, quòd videlicet terminis à Patribus conſtitutis, improba temeritate tranſgreſſis, ipſi præfatam Parochiam violenter invaſerint, & tres de Parochianis tuis auferre, acſepelire præſumpſerint. Quorum utique tertius, dum dilectus filius noſter Guido Sanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis Lucæ præſens eſſet, ab eiſdem Monachis uſurpatus, & eodem Cardinale per ſuum Nuntium ex parte noſtra denuntiante, & firmiter prohibente, ad idem cœnobium deportatus, & contra dictum Sedis Apoſtolicæ inibi eſt ſepultus. Cujus rei gratia Decanum ejuſdem loci, cum quibuſdam de ſuis fratribus ad noſtram præſentiam evocatum, ſuper hoc ad rationem poſuimus, & quia ſe imparatos veniſſe dicebant, ne fortè ſuam injuſtitiam occaſione aliqua palliarent, competentes inducias eis dedimus; ſtatuto igitur termino utraque pars noſtro ſe conſpectui præſentavit, atque poſt veſtras, & ipſorum allegationes, id tandem noſtro ſedit arbitrio, ut inter vos, & ipſos, datis utrumque pignoribus viginti librarum, de pace & concordia tractaretur. Et ad hoc ipſum efficiendum ſapientes perſonas deputare curavimus. Magiſtrum videlicet, & Boetium ſedis noſtræ Diac. Cardin. Ugonem Piſanum Archipresbyterum, Gregorium Lucanæ Eccleſiæ Canonicum. Quorum nimirum ſtudio, inter vos & illos uſque ad certum terminum grata pax, & concordia fieret, & Tranſacto itaque tempore; cum ipſi de pace ſtatuenda nullatenus profeciſſent; tam vobis, quàm eiſdem Monachis, ante noſtram præſentiam veniendi, & Apoſtolicæ Sedis judicium exequendi, certum diem ex noſtra auctoritate præfiximus. At verò Monachi tergiverſantes, ſe noſtro exhibere conſpectui contempſerunt. Verumtamen nos eos quandoque ad cor redire, & revocari poſſe à tanta malitia arbitrantes, ex Apoſtolicæ Sedis manſuetudine, ipſos diutius ſupportavimus, & longiores ſæpe inducias eis dedimus. Ipſi autem noſtra patientia abutentes contemptum contemptui, & injuriam injuriæ adjecerunt. Nec ad noſtram ulterius venere præſentiam. Unde cum fratribus noſtris Epiſcopis, & Cardinalibus, communicato conſilio, Eccleſiæ Beati Frigdiani ſuam Parochiam invaſam à ſupradictis Monachis, ex integro reſtituentes liberè adjudicavimus, & eoſdem Monachos, ab ejuſdem Parochiæ uſurpatione, ſeù invaſione omninò privavimus. Statuentes, ut de cætero eandem Parochiam integrè habeatis, & poſſideatis. Et neque Monachis, neque aliis, liceat Parochianos veſtros vobis inconſultis, ſeù contradicentibus ſepelire. Si quis igitur huic

Eſt Luca

huic noſtræ conſtitutioni temerario auſu contraire tentaverit; niſi canonicè commonitus congruè ſatisfecerit; poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat. Conſervantibus autem, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

✝ *Ego Innocentius, Catholicæ eccleſiæ epiſcopus.*
✝ *Ego Guilielmus Prenestinus epiſcopus.*
✝ *Ego Romanus Diac. Card. Sanctæ Mariæ in portica.*
✝ *Ego Anſelmus, presbiter Card. titu. Sancti Laurenti.*
✝ *Ego Lictifredus, presbiter Card. titul. Veſtinæ.*
✝ *Ego Lucas presbiter Cardinal. titu. Sanctorum Johannis, & Pauli.*
✝ *Ego Vbaldus, Sanctæ Romanæ eccleſiæ indignus Sacerdos.*
✝ *Ego Oddo Diacon. Cardin. Sancti Georgii ad velum aureum.*
✝ *Ego Guido Card. Diacon. Sancti Adriani.*

Datum Piſis per manum Almerici Sanctæ Romanæ eccleſiæ. Diacon. Card. & Cancell. XII. *Kalen. Junii. Indictione duodecima, Incarnationis Dominicæ anno* M. C. XXXV. *Pontificatus Domini Innocentii Papæ* II. *anno.* VI.

Bulla S. D. N. Innocentii Papæ Secundi, pro Eccleſia, & Canonica Sanctæ Mariæ de Rheno.

Eſt Bononia.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Guidoni Priori, & fratribus in Eccleſia Beatæ Mariæ de Rheno Regularem vitam Profeſſis tàm præſentibus, quàm futuris in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi & honeſtati noſcitur convenire, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Proinde dilecti in Domino filii, veſtris rationabilibus poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam B. Mariæ in qua divino vacatis ſervitio, Apoſtolicæ Sedis privilegio communimus ſtatuentes, *Ut ordo Canonicus, qui ſecundum Beati Auguſtini regulam, in veſtra eccleſia noſcitur inſtitutus, perpetuis futuris temporibus, ibidem inviolabiliter conſervetur.* Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona in præſentiarum eadem Eccleſia juſtè, & Canonicè poſſidet, quæcunque etiam in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus illibata permaneat. Porrò, quia juxta ſacræ ſcripturæ teſtimonium, decimas ſive tributa exigere illicitum à religioſis perſonis, quæ de aliorum eleæmoſynis ſeu beneficentia vivunt, quæ de rebus ſuis non debent moleſtias ſuſtinere, decernimus ut de agris quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, vel etiam de nutrimentis veſtris, nullus à vobis decimas exigere, vel ſuſcipere audeat: liceat etiam vobis clericos ſive laicos è ſeculo fugientes: dummodo nulli condictioni teneantur obnoxii, ad converſionem ſuſcipere, & juxta Canonicæ inſtitutionis regulam, in veſtro Collegio retinere. Nullus ergo hominum eandem Eccleſiam audeat temerè perturbare, vel ejus poſſeſſiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet moleſtiis fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus profutura. Salva nimirum Diæceſani Epiſcopi debita reverentia. Si qua igitur in poſterum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit. Secundò tertiovè commonita; ſi non reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino Judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei ac Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini

Domini Noſtri Jeſu Chriſti; quatenus & hic fructus bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

† *Ego Innocentius Catholicæ eccleſiæ epiſcopus.*
† *Ego Gulielmus Præneſtinus epiſcopus,*
† *Ego Gerardus presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Hieruſalem.*
† *Ego Anſelmus presbyter Cardinalis.*
† *Ego Geafredus presbyter Cardinalis titu. S. Juſtinæ.*
† *Ego Lucas presbyter Cardin. titu. Sanctorum Joannis, & Pauli.*
† *Ego Guido Cardinalis Diaconus Sancti Adriani.*
† *Ego Hubaldus Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ in via Lata.*
† *Ego Griſogonus Diaconus Card. Sanctæ Mariæ in Porticu.*

Data Piſis per manus Almerici S. Romanæ eccleſiæ Diaconi Cardinalis, & Cancellarii VI. *Kalen. Septembris. Indictione* XIV. *Incarnationis Dominicæ Anno*. M. C. XXXVI. *Pontificatus Domini Innocentii Papæ* II. *Anno* VII.

Privilegium Innocentii Papæ Secundi ad Priorem, & Canonicos Sancti Frigdiani Lucenſis.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Hieronymo
Priori Sancti Frigdiani, & ejus Fratribus in eodem loco, Canonicam vi- *Eſt Lucæ.*
tam profeſſis, tam præſentibus, quàm futuris in perpetuum. In Apo-
ſtolicæ Sedis ſpecula diſponente Domino conſtituti, ſolicitè providere
nos convenit, ut quemadmodum Patres vocamur in nomine, ita etiam comprobe-
mur in opere. Nec dubium, quod ſi ſervorum Dei petitionibus miſericorditer conde-
ſcendimus noſtris opportunitatibus clementem Dominum reperiemus. Et quicquid
Sacroſanctis locis intuitu pietatis impenditur, ad auctorem ſuum cum multiplici fru-
ctu revertetur. Quamobrem dilecti in Domino filii, Eccleſiam Sancti Frigdiani, in
qua divino vacatis ſervitio, Apoſtolicæ Sedis privilegio communimus, atque Ec-
cleſia S. Pantaleonis, ad reformandam in ea religionem, & locum ipſum tam in
temporalibus, quàm in ſpiritualibus Deo propitio meliorandam, cum omnibus fra-
tribus, quæ ad eam in præſenti prima indictione juſtè, ac rationabiliter pertinere noſ-
cuntur, Apoſtolica vobis diſpenſatione committimus, ut videlicet, quandiu ibi re-
ligio duraverit, idem venerabilis locus, in veſtra diſpoſitione, veſtroque regimine,
abſque alicujus contrarietate conſiſtat. Porrò ordinationes Clericorum, qui ad Sa-
cros gradus fuerint promovendi, ſeù alia Eccleſiaſtica Sacramenta, à Lucano ſuſci-
pietis Epiſcopo. Siquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem
Apoſtolicæ Sedis habuerit, eaque vobis abſque pravitate, & moleſtia voluerit ex-
hibere, Alioquin liceat Catholicum quemcunque malveritis, adire Antiſtitem,
Qui nimirum noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Liceat etiam vo-
bis Clericos de ſeculo fugientes, poſt petitam ab Epiſcopis ſuis licentiam, ad conver.
ſionem ſuſcipere, & in veſtro collegio retinere. Sanè ſi Canonici S. Martini, juxtà
antiquam conſuetudinem, ad Eccleſiam S. Frigdiani in die S. Sabbati Pentecoſtes,
pro baptiſmo celebrando venire voluerint, nihilominus eodem die baptiſmum
celebrandi licentiam habeatis. Confirmamus inſuper vobis decimas de fundo Loveti
in comitatu Ferrarienſi. Quemadmodum frater noſter Landulfus Ferrarienſis Epiſco-
pus eaſdem Eccleſiæ S. Salvatoris noſcitur contuliſſe. Statuimus ergo, ut nulli
Epiſcopo, & nulli omnino hominum, liceat ſuper hac noſtra conceſſione vos temerè
perturbare, aut aliquod vobis, vel eidem Eccleſiæ gravamenimponere. Sed tam
iſta, quàm alia vobis pertinentia veſtræ univerſitati integra conſerventur, religio-
ſorum fratrum, qui in veſtra & præfata Eccleſia fuerint, uſibus profutura. Salva
nimirum Lucanæ Eccleſiæ Canonica reverentia, Si qua ſanè Eccleſiaſtica ſecularisve
perſona, hanc noſtræ conſtitutionis, ſeu conceſſionis paginam ſciens, contra eam
temere venire tentaverit. Secundo tertiove commonita; ſi non congrue ſatisfe-
cerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere

de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ eccleſiæ epiſcopus.
† *Ego Conradus Sabinenſis epiſcopus interfui.*
† *Ego Drogo Oſtienſis epiſcopus.*
† *Ego Gherardus presbyter Card. titu. S. Crucis in Hieruſalem.*
† *Ego Anſelmus presbyter Cardinalis.*
† *Ego Lutifredus presbiter Card. titu. Sancti Vitalis.*
† *Ego Lucas presbyter Card. titu. Sanctorum Joannis, & Pauli.*
† *Ego Martinus presbyter Card. titu. S. Stephani in Celiomonte.*
† *Ego Gregorius Diac. Cardin. Sancti Adriani.*
† *Ego Griſogonus Diac. Card. Sanctæ Mariæ in porticu.*

Dat. Romæ per manum Almerici S. Rom. Eccl. Diacon. Card. & Cancell. Kal. Novembris. Indictione prima, incar. Dominicæ anno M. C. XXXVII. *Pontific. verò Domini Innoc. Papæ* II. *anno.* VIII.

Litteræ Sanctiſſimi Domini Noſtri Innocentii Papæ Secundi pro Eccleſia, & Canonica S. Mariæ in portu Ravennæ.

Sunt Ravenn. INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabili fratri Epiſcopo Sanenaut ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dilectorum filiorum Prioris, & Conventus S. Mariæ de Portu Ravennat. ordinis S. Auguſtini precibus inclinati, auctoritate litterarum noſtrarum, eis uſque ad triennium duximus indulgendum, ut nullus Sedis Apoſtolicæ, vel ipſius Legatus Delegatus, vel ſubdelegatus à Delegato Sedis ejuſdem executor, ſive etiam conſervator, à Sede deputatus prædicta, in eos excommunicationis, interdicti, vel ſuſpenſionis ſententiam promulgare, aut ipſorum Eccleſiam Eccleſiaſtico ſubiicere interdicto valeat, abſque dictæ Sedis ſpeciali mandato, plenam, vel expreſſam de verbo ad verbum faciente, de ipſa indulgentia mentionem; quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus non permittas, præfatos Priorem, & conventum contra conceſſionis noſtræ tenorem, ſuper his ab aliquibus indebitè moleſtari, moleſtatores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtante conſtitutione de duabus Dietis ædita in concilio generali. Dummodò ultra tertiam, vel quartam, aliquis extrà ſuam Diœceſim, auctoritate præſentium ad judicem non trahatur.

Datum Peruſii 2. Id. Novembris anno incarnationis Dominicæ MCXXXVIIII *Pontificatus noſtri anno decimo.*

Bulla Innocentii Papæ Secundi ad Priorem, & Capitulum Sancti Frigdiani Lucenſis.

Eſt Luca. INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Hieronymo Priori Sancti Frigdiani, ejuſque fratribus Canonicam vitam profeſſis, tam præſentibus, quam futuris in perpetuum. Ad hoc univerſalis Eccleſiæ cura nobis à proviſore omnium bonorum Deo commiſſa eſt, ut religioſas diligamus perſonas, & beneplacentem Deo religionem ſtudeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquis famulatus impenditur; niſi ex charitatis radice procedens, à puritate religionis fuerit conſervatus. Hoc nimirum charitatis intuitu, dilecti in Domino filii, paterna benignitate vobis providere volentes, Eccleſiam Sancti Salvatoris in Muſtiolo, quæ infra muros Lucanæ Civitatis

ſita

ſita eſt, atque B. Petri, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ juris exiſtit, cum omnibus ſuis appenditiis, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus habendam, diſponendamque committimus; Ut videlicet per vos eadem Eccleſia tam in temporalibus, quam ſpiritualibus, augumentum & meliorationem ſuſcipiat. Ad inditium autem hujus noſtræ commiſſionis, & quod eadem Eccleſia Sedis Apoſtolicæ juris eſſe noſcatur, duodecim denarios Lucenſis monetæ nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis cenſualiter perſolvetis; ſi quis autem hujus noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, ac Pauli Apoſtolorum ejus incurrat, & excommunicationi ſubjaceat. Conſervantes hæc Omnipotentis Dei, & eorundem Apoſtolorum benedictionem, & gratiam conſequantur. Amen.

Ego Innocentius catholicæ eccleſiæ epiſcopus.
Ego Conradus Sabinenſis epiſcopus.
Ego Theodeumus, epiſcopus Sanctæ Ruſinæ.
Ego Albericus Hoſtienſis epiſcopus.
Ego Anſelmus presbiter Card. titu. S. Laurentii in Lucina.
Ego Guido Sanctæ Romanæ eccleſiæ humilis Presbiter.
Ego Griſogonus presbiter Card. titu. Sanctæ Praxedis.
Ego Vio presbiter Card. titu. Sancti Laurentii in Damaſo.
Ego Guido presbiter Card. titu. Sancti Griſogoni.
Ego Rainerius presbiter Card. titu. Sanctæ Priſcæ.
Ego Petrus de titulo paſtoris Card. presbiter.
Ego Gotzo presbiter Cardinal. Sanctæ Caciliæ.
Ego Gregorius Diac. Card. Sanctorum Sergii, & Bacchi.
Ego Vaſallus Diac. Card. Sancti Euſtachii.
Ego Gheradus Diac. Card. Sanctæ Mariæ in Dominica.
Ego Octavianus Diac. Card. Sancti Nicolai in Carcere.
Ego Thomas Sanctæ Romanæ eccleſiæ Diac. Card.

Dat. Laterani per manum Almerici S. Rom. Eccl. Diac. Card. & Canc. XI. *Kal. Maii. indict.* 3. *incarn. Dominicæ ann.* M. C. X L. *Pontificatus vero Domini Innocentii Secundi Papæ anno.* XI.

Bulla Innocentii Papæ Secundi ad Priorem, & Capitulum Canonicæ Rhenanæ.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Guidoni Priori eccleſię B. Mariæ de Rheno, ejuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris Canonicè ſubſtituendis in Perpetuum. Apoſtolici moderaminis clementiæ convenit religioſos diligere, & eorum loca pia protectione munire; dignum namque eſt, & Honeſtati conveniens eſſe cognoſcitur, ut qui ad eccleſiarum regimen aſſumpti ſumus, eas & à pravorum hominum nequitia tueamur, & Apoſtolicæ Sedis patrocinio foveamus. Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, in primis ſiquidem ſtatuentes. *Ut ordo Canonicus ſecundum B. Auguſtini regulam, perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conſervetur.* Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona, in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidetis, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſive aliis juſtis modis Deo propitio poteritis adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Prohibemus quoque, ut nullus fratrum poſt factam ibidem profeſſionem, abſque Prioris totiuſque congregationis permiſſione, de eodem Clauſtro audeat diſcedere; diſcedentem vero abſque Communium litterarum cautione, nullus omnino ſuſcipiat. Clericos verò ſive laicos liberos ſeculariter viventes, ad Converſionem ſuſcipiendi,

Eſt Bononiæ.

abſque

abſque alicujus contradictione facultatem liberam habeatis. Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus omnino Clericus, vel laicus, decimas à vobis exigere præſumat. Oleum verò Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad Sacros ordines fuerint promovendi, à Diœceſano ſuſcipiatis Epiſcopo; ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, & ea gratis, & abſque pravitate aliqua vobis exhibere voluerit. Alioquin liceat vobis Catholicum quemcumque malueritis adire Antiſtitem; qui nimirum noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, vel violentia præponatur. Sed liceat vobis communi Conſilio, & pari conſenſu, vel parti conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & Beati Auguſtini regulam, abſque ullius contradictione Priorem eligere. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus; ut eorum qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, devotioni, & extremæ voluntati niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat, Salva tamen Matricis Eccleſiæ juſtitia. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ipſius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva tamen Diœceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundò tertiove commonita, ſi non ſatis factione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatenus & hic bonæ actionis fructum percipiant, & apud diſtrictum Judicem, præmia æternæ pacis inveniant. Amen amen.

† *Ego Innocentius, catholicæ eccleſiæ epiſcopus.*
† *Ego Conradus, Sabinenſis epiſcopus.*
† *Ego Albericus Hoſtienſis epiſcopus.*
† *Ego Stephanus Prenestinus epiſcopus.*
† *Ego Imarus Tuſculanus epiſcopus.*
† *Ego Guido S. Romanæ eccleſiæ indignus Sacerdos.*
† *Ego Georgius presbiter Card. titu. S. Calixti.*
† Ego *Raynerius presbiter Cardinalis Sanctæ Priſcæ.*
† *Ego Goro Presbiter Cardinalis titu. S. Cæciliæ.*
† *Ego Gregorius Diacon. Card. SS. Sergii, & Bacchi.*
† *Ego Otto Diac. Cardin. S. Georgii ad Velum.*
† *Ego Hubaldus Diac. Card. S. Mariæ in via Lata.*
† *Ego Octavianus Diac. Card. S. Nicolai in Carcere.*
† *Ego Petrus Diac. Card. S. Mariæ in Agro.*
† *Ego Petrus Diacon. Card. S. Mariæ in Porticu.*

Dat. Later. per manum Gerardi S. R. eccleſiæ presbiteri Card. ac Bibliothecarii. idibus Februarii. incar. Dominicæ Anno M. C. XIII. *Indict.* VI. *Pontificatus vero Domini Innoc.* II. *Papæ. Anno* XIII.

Bulla

Bulla S. D. N. Celeſtini Papæ Secundi pro Ven. Eccleſia, & Canonica Sacratiſſimi Sepulchri Hjeroſolimitani, Reſidentibus Canonicis Regularibus.

CELESTINVS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Petro Priori, & fratribus Sancti Sepulchri Hjeroſolimitani, tàm præſentibus quàm futuris Canonicè ſubſtituendis in perpetuum. Si manſuetudo, & liberalitas Sanctæ Romanæ Eccleſiæ univerſis Chriſtianis debet opportuna ſolatia miniſtrare; multo magis his qui, religioſam vitam ducunt, & Omnipotenti Domino familiarius adhærere videntur, idipſum convenit propenſius impartiri. *Eſt Ravennæ.*

Quia igitur dilecti in domino filii juxta regulam Beati Auguſtini vivere decreviſtis, & in loco, ubi ſteterunt pedes Domini adorantes, apud glorioſum Sepulchrum ejus, in quo triduo corporaliter requievit, & alia Sacratiſſima loca, in quibus Redemptor mundi pro ſalute noſtra, vincula, flagella, crucis ignominiam, vulnera, mortemque ſuſtinuit, regulariter militatis, majori vos benevolentia, & gratia dignos eſſe cenſemus, & paternis vos affectibus volumus confovere. Veſtris ergo poſtulationibus debita benignitate accomodantes aſſenſum, Sacroſanctam Eccleſiam Sancti Sepulchri, in qua divinis obſequiis inſiſtentes, paſſionem Dominicam, & victorioſiſſimæ Crucis triumphum aſſiduè oculata fide recolitis, necnon etiam perſonas veſtras, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti pagina communimus. Statuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona, eadem Eccleſia in præſentiarum canonicè poſſidet, quæcunque etiam ab egregiæ memoriæ viris, Duce videlicet Godefrido, & utroque Rege Balduino, Venuſto quoque & aliis Patriarchis, eidem loco juſtè collata ſunt, aut inpoſterum à Patriarchis, vel aliis Dei fidelibus, rationabiliter conferentur, firma vobis, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; Medietatem videlicet oblationum Sancti Sepulchri, & omnes oblationes Dominicæ Crucis, necnon & omnes oblationes Altarium, in Eccleſia Sancti Sepulchri exiſtentium; ſicut Patriarcharum dono vobis rationabiliter donatæ ſunt, domos, ſtationes, & furnos omnes Civitatis Hjeruſalem, exceptis duobus Hoſpitalis videlicet, & Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Latinæ, ſicut dono Ducis Godefridi, & fratris ejus Regis Balduini, & aliorum bonorum hominum vobis legitimè conceſſa ſunt, Caſaliaque, quæ poſſidetis in Territorio Hjeruſalem; Mahumeriam videlicet cum pertinentiis ſuis, Sabaret, Caſarcab, Calandriam, Armotiam, Ramittam, Berteligel, Bethſatideſſaris cum pertinentiis ſuis, in territorio Tiri, Caſale de Riva cum pertinentiis ſuis, Hortum, quem habetis inter murum, & antemurale Civitatis Tiri, Hortum, & molendina, & alias poſſeſſiones, quas habetis infra, & circa Antiochiam, Eccleſiam, quarantenæ, cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam Sancti Petri in Joppe cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam Sancti Sepulchri in Aron, cum terra & domo, quam dedit vobis Lambertus Stalas, & aliis pertinentiis ſuis, in Territorio ejuſdem Civitatis Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Numas cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Civitate Tiro, cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam Sancti Sepulchri in Monte Peregrino cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam Sancti Georgii in Montanis cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam Sancti Sepulchri in Brunduſio Civitate cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam Sancti Sepulchri, in Barleto cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam, quam habetis in Venoſa Civitate, dono Nicolai ejus Civitatis Epiſcopi, cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam Sancti Sepulchri, juxta Trojam Civitatem, cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam Sancti Theodori Martiris ante portam Beneventanæ Civitatis, cum pertinentiis ſuis, Caſtellum Correr cum pertinentiis ſuis, quod nobilis vir Albertus Blandracen. Comes Eccleſiæ Sancti Sepulchri donavit, Eccleſiam quam habetis in Epiſcopatu Conſtantien. in Villa, quæ vocatur Trendorf.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut etiam poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet moleſtiis fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum guber-

natio-

natione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salva Apoſtolicæ Sedis, & Patriarchæ Hjeroſolimitani reverentia, & Epiſcoporum in quorum Parochiis Eccleſiæ veſtræ ſitæ ſunt Canonica juſtitia; ſi qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiovè commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris Noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat: Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus, ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. S. Petrus S. Paulus. Celeſtinus Papa II.

Ego Gregorius Presbiter Cardinalis tituli Sancti Caliſti, ſubſcripſi.
Ego Gorzo preſbiter Card. tit. Sanctæ Cæciliæ, ſubſcripſi.
Ego Hubaldus Presbiter Cardin. tit. Sanctæ Praxedis, ſubſcripſi.
Ego Hubaldus Presbiter Cardin. tit. S. Joannis, & Pauli, ſubſcripſi.
Ego Celeſtinus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus, ſubſcripſi.
Ego Theodevuinus Sanctæ Rufinæ, Epiſcopus, ſubſcripſi.
Ego Albericus Oſtienſis Epiſcopus, ſubſcripſi.
Ego Stephanus Praneſtinus Epiſcopus, ſubſcripſi.
Ego Imarus Tuſculanus Epiſcopus, ſubſcripſi.
Ego Gregorius Diaconus Cardin. SS. Sergii, & Bacchi, ſubſcripſi.
Ego Orco Diaconus Cardinalis Sancti Georgii ad velum aureum. ſubſcripſi.
Ego Octavianus Diaconus Cardin. S. Nicolai in Carcere Tulliano, ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum Gerardi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbiteri Cardinalis, ac Bibliothecarii. quarto Idus Januarii. Indictione VII. *incarn. Dominicæ Anno* 1143. *Pontificatus verò D. Celeſtini Papæ* II. *Anno primo.*

Bulla S. D. N. *Celeſtini Papæ Secundi pro Canonica Divi Frigdiani Lucenſis.*

eſt Luca

CELESTINUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Petro Priori Sancti Frigdiani, ejuſque fratribus tam præſentibus, quàm futuris regulariter ſubſtituendis, in perpetuum. Ad hoc univerſalis Eccleſiæ cura nobis à proviſore omnium bonorum Deo commiſſa eſt, ut religioſas diligamus perſonas, & beneplacentem Deo religionem ſtudeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur; niſi ex charitatis radice procedens, à puritate religionis fuerit conſervatus. Oportet igitur omnes Chriſtianæ fidei amatores religionem diligere, & loca venerabilia, cum ipſis perſonis divino ſervitio mancipatis attentius confovere, ut nullis pravorum Hominum inquietentur moleſtiis, vel importunis angariis fatigentur. Almericus ſiquidem bonæ memoriæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cancellarius, & Eccleſiæ Beatæ Mariæ Novæ Diaconus Cardinalis fratres veſtros ad eandem Eccleſiam convocavit, & de bonis ſibi a Deo præſtitis, ad eorum neceſſitatem, & ſuſtentationem honeſtè providit. Ut per eos videlicet ibidem religio ſtatuatur, & locus ipſe tam temporaliter, quam ſpiritualiter, eorum ſtudio auxiliante Domino augeatur. Ne igitur tam ſanctum ipſius propoſitum immutari, vel perturbari in poſterum debeat.

Statuimus, ut Diaconus Cardinalis, qui pro tempore ibidem ordinandus fuerit de conventu Sancti Frigdiani, ſi idoneus ibi repertus fuerit, aſſumatur; ſi forte quod abſit, ibidem reperiri non poterit, de alio regulari collegio vocetur, & ordinetur. Ordinatus autem cum fratribus ipſius Eccleſiæ communiter vivat. Quod ſi facere noluerit,

luerit, tertiam partem de omnibus redditibus antiquæ hæreditatis illius Eccleſiæ, quæ eſt poſita in Valerano, & Galera, ſibi in ſuos uſus accipiat. Cætera verò, quæ regulares fratres ipſius Eccleſiæ in præſentiarum juſtè, & Canonicè poſſident, aut in futurum rationabilibus modis Deo propitio poterunt adipiſci, firma eis, & illibata permaneant. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hujus noſtræ conſtitutionls paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiovè commonita; ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat. Obſervantibus autem ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. S. Petrus. S. Paulus.

Ego Celeſtinus Catholicæ eccleſiæ epiſcopus.
Ego Conradus Sabinenſis epiſcopus.
Ego Theournus Sanctæ Ruffinæ epiſcopus.
Ego Albericus Hoſtienſis epiſcopus
Ego Imarus, Tuſculanus epiſcopus.
Ego Petrus, Albanenſis epiſcopus.
Ego Gregorius presbiter Cardin. titu. Sancti Calixti.
Ego Guido presbiter Diac. titu. Sancti Griſogoni.
Ego Rainerius, presbiter Card. titu Sanctæ Priſcæ.
Ego Petrus, presbiter Card: titul. S. Paſtoris.
Ego Hugo, presbiter Card. Sanctæ Cæciliæ.
Ego Ubaldus, presbiter Card. titu. Sanctæ Praxedis.
Ego Guido, presbiter Cardinal. titu. Sancti Laurentii in Damaſo.
Ego Manfredus, presbiter Card. titu. Sanctæ Savinæ.
Ego Petrus, Diacon. Cardin. Sanctæ Maria in Porticu.
Ego Rodulphus, Cardinal. Diacon Sanctæ Luciæ in ſeptem ſoliis.
Ego Aſtaldus, Diac. Card. S. Euſtachii juxta templum Agrippæ.
Ego Johannes Diacon. Card. Sanctæ Mariæ Novæ.
Ego Gregorius, Diac. Card. Sanctorum Sergii, & Bacchi.
Ego Otto Diacon. Card. Sancti Georgii ad Celum aureum.

Data Laterani per manus Gherardi S. R. E. presbiteri Cardinalis, ac Bibliothecarii. IIII. *Idus Januarii Indictione ſeptima incarnationis Dominicæ anno* MCXLIII. *Pontificatus vero Domini Celeſtini Papæ* II. *anno primo.*

Privilegia Celeſtini Papæ Secundi pro Canonica Sancti Frigdiani

CELESTINUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Petro Priori S. Frigdiani, ejuſque fratribus. tàm præſentibus, quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quoniam ſine veræ cultu religionisnec charitatis unitas poteſt ſubſiſtere, nec Deo gratum exhiberi ſervitium, expedit Apoſtolicæ auctoritati, religioſas perſonas diligere, & religioſa loca maximè quæ Beati Petri juris exiſtunt, & ad Romanam ſpecialiter ſpectant Eccleſiam Sedis Apoſtolicæ munimine confovere; nos itaque, qui devotionem veſtram in Dei timore & ſervitio fruere valde confidimus, Canonicum ordinem, quem in beati Frigdiani Eccleſia aſpirante Domino profeſſi eſtis, & libertatem à prædeceſſoribus noſtris Sanctæ recordationis, Paſchale, Gelaſio, Caliſto, Honorio, & Innocentio Romanis Pontificibus vobis collatam, præſentis ſcripti pagina confirmamus. Statuentes ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona ex dono, vel conceſſione Epiſcoporum Lucanæ Eccleſiæ, largitione regum, vel principum, vel aliorum Dei fidelium, in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidetis, aut in futurum rationabi-

libu

libus modis præſtante Domino poteritis adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus exprimenda ſubjunximus. In loco ſcilicet, qui Mutilianus dicitur, Eccleſiam SS. Martyrum Yppoliti, & Caſſiani, cum omnibus ad ipſam pertinentibus, In loco Senæ Eccleſiam Beati Martini, & Hoſpitale, cum omnibus ad eandem Eccleſiam pertinentibus, Eccleſiam S. Salvatoris de Moſtiolo, quæ infra muros Lucanæ Civitatis ſita eſt, cum omnibus ad eam pertinentibus, Eccleſiam S. Pantaleonis, cum Eccleſia S. Antonii, & Eccleſiam S. Juliani, quæ in Lucana Civitate ſita eſt, & cæteris ſuis pertinentiis, Eccleſiam S. Johannis, quæ ſita eſt in capite Suburbii, cum Hoſpitali ſuo, & cæteris ſuis pertinentiis, Eccleſiam S. Salvatoris, quæ eſt conſtructa in Comitatu Ferrarienſi, & à bonæ memoriæ Landulpho Ferrarienſi Epiſcopo, & nobili fœmina Imicza, & filio ejus Caſotto, olim vobis conceſſa eſſe dignoſcitur, cum omnibus, quæ nunc poſſidet, & in futurum rationabiliter præſtante Domino poterit adipiſci; omnem quoque decimationem totius allodii ejuſdem Eccleſiæ, ſicut à venerabili fratre noſtro Griffone Ferrarienſi Epiſcopo ei canonicè conceſſa eſt. Villa vero ſalaria, quæ à prædeceſſore noſtro bon. mem. Papa Innocentio eidem Eccleſiæ S. Salvatoris conceſſa eſt, cum omnibus ſuis pertinentis, Decimas etiam de fundo Lovelletti ad eandem Eccleſiam pertinentes, ſicut integrè habebantur à Caſotto, quando refutavit eas in manu Landulphi Ferrarienſis Epiſcopi. Quicquid habetis in loco Murla, atque Lungithæ, & Guindelpho, ſive collemori, nec non in loco qui dicitur Parminiano, ſive Coldiſacho, Eccleſiam S. Pauli, quæ eſt inter Villam Orentani, & Altum paſſum, cum omnibus ad ipſum locum pertinentibus, in campis, terris, vineis, pratis, paſcuis, ſylvis, molendinis, montibus, vallibus, planitiebus, paludibus, piſcationibus. Hoſpitale de Cavena propè Burghum Sancti Geneſii ſitum, cum omnibus ſuis pertinentiis. Porrò decimas ab omnibus Eccleſiæ veſtræ Parochianis citra perſonarum omnium infeſtationes vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in eadem religione perſiſtentibus accipere, & in uſus canonicos diſpenſare concedimus, & præſentis decreti ſanctione ſtabilimus. Æquum enim eſt, ut quibus ſpiritualia ſeminatis, eorum carnalia cum Apoſtolo metatis. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum. Nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur; niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, vel de ſuo, vel de alieno, ſi expedierit, diſciplinæ regularis collegio providerint, eligendum. Salva Lucani Epiſcopi Canonica reverentia. Si quidem catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit. A quo nimirum Chriſma, Oleum ſanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, ordinationes Clericorum accipietis. Si ea gratis, & ſine pravitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis à quocunque malueritis catholico Epiſcopo, eadem ſacramenta ſuſcipere. Qui Apoſtolicæ Sedis fultus auctoritate, quod poſtulatur indulgeat. Nec eidem Epiſcopo liceat locum ipſum, aut fratres habitantes ibidem, pro noſtrarum conceſſionum æmulatione excommunicare, vel interdicere, niſi pro certis culpis, quas iidem fratres canonicè admoniti emendare contempſerint. Baptiſmi uſum in Sabbato ſancto Pentecoſtes, à præteritis temporibus habitum, ita veſtræ Eccleſiæ in perpetuum confirmamus, ut nullis poſſit æmulationibus, vel inſidiis prohiberi. Sanè ſi Canonici S. Martini iuxtà antiquam conſuetudinem, ad Eccleſiam S. Frigdiani in die S. Sabbati Pentecoſtes, pro Baptiſmo celebrando venire voluerint, nihilominus eodem die Baptiſmi celebrandi licentiam habeatis. Nulli autem ſecularium poteſtatum, infra veſtri cœnobii clauſtrum liceat hoſpitari, ne fratrum regularium quies hujuſmodi præſumptione turbetur: nulla quietem veſtram proceſſionum, aut lætaniarum, vel ſepulturarum, extra veſtram parochiam, contra veſtram conſuetudinem perturbet indictio; niſi quæ antè Aſcenſionem Domini totius Civitatis concurſu publicè fiunt. Parochianos veſtros, niſi forte publico crimine teneantur, nullus invitis vobis, & inconſultis, excommunicare, aut ad pœnitentiam præſumat admittere. Neque ulli liceat ſine conſenſu veſtro, mortuorum Parochiæ veſtræ corpora ſepelire. Sed vos ea præter alicujus infeſtationem

nem ſepeliatis. Oleum Chriſma, quæ veſtra ex antiqua conſuetudine habet Eccleſia, majoris Eccleſiæ Clerici hac vobis occaſione non auferant, neque Clericos veſtros ordinari prohibeant. Liceat etiam vobis Clericos de ſeculo fugientes, poſt petitam ab Epiſcopis licentiam, ad converſionem ſuſcipere, & in veſtro Collegio retinere. Prohibemus etiam ut nullus unquam Canonicorum, poſt factam inibi profeſſionem, abſque libera Prioris fratrumque licentia, quandiu Canonicus ibi ordo ſervabitur? Eccleſiam deſerere, & ad alium ejuſdem, vel alterius ordinis locum audeat pertranſire. Judicium ſanè quod ejuſdem loci Prior, de aliquo ipſorum fratrum communi, vel ſanioris partis conſilio rationabiliter fecerit, nulli retractare, vel immutare liceat. Salva nimirum in omnibus Apoſtolicæ Sedis auctoritate, & reverentia. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; Sed omnia integra ſerventur, eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione, conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularíſvè perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit. Secundo tertiove commonita; ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo corpre, ac Sanguine Dei,& Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Conſervantibus autem, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quatenus,& hic fructum bonæ actionis percipiant,& apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. S. Petrus S. Paulus.

Ego Celeſtinus Catholicæ eccleſiæ epiſcopus.
Ego Conradus Sabinenſis epiſcopus.
Ego Teudininus, Sanctæ Ruffinæ epiſcopus.
Ego Albericus Hoſtienſis epiſcopus.
Ego Stephanus Praneſtinus epiſcopus.
Ego Petrus, Albanenſis epiſcopus.
Ego Gregorius titu. S. Calixti.
Ego Guido presbiter Card. titu. S. Griſogoni.
Ego Rainerius presbiter Card. titu. S. Priſcæ.
Ego Petrus presbiter Card. de titu. S. Paſtoris.
Ego Thomas presbiter Card. titu. S. Veſtinæ.
Ego Hubaldus, presbiter Card. tit. S. Praxedis.
Ego Petrus Card. presbiter titu. S. Suſannæ.
Ego Gregorius Diac. Card. titu. S. Sergii, & Bacchi.
Ego Otto Diac. Card. S. Georgii ad Selum aureum.
Ego Hubaldus Diac. Card. S. Mariæ in via lata.
Ego Gherardus Diac. Card. S. Mariæ in Dominica.
Ego Octavianus Diacon. Cardinal. S. Nicolai in carcere Tulliano.
Ego Petrus Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.
Ego Petrus Diac. Card. S. Mariæ in porticu.
Ego Gilibertus Diacon. Card.
Ego Guido Diac. Cardin.

Data Laterani per manum Gerardi S. Romanæ Eccleſiæ presbiteri Cardinalis, ac Bibliothecarii. V. *Idus Decembris. indictione* VII. *incarnationis Dominicæ anno* MCXLIII. *Pontificatus vero Domini Celeſtini* II. *Papæ primo.*

Bulla Sanctiſſimi Domini Noſtri Lucii Secundi pro Canonica Divæ Mariæ de Rheno.

Eſt Bononiæ.

LVCIVS, Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Guidoni Priori Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Rheno ejuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris Canonicè ſubſtituendis in perpetuum. Apoſtolici moderaminis clementiæ convenit religioſos diligere, & eorum loca pia protectione munire. Dignum namque eſt, & honeſtati conveniens eſſe cognoſcitur, ut qui ad Eccleſiarum regimen aſſumpti ſumus, eas & à pravorum hominum nequitia tueamur, & Apoſtolicæ Sedis patrocinio foveamus. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam in qua divino mancipiatis eſtis obſequio, ad exemplar prædeceſſoris noſtri fœlicis memoriæ Papæ Innocentii ſub Beati Petri, & noſtra protectioue ſuſcipimus. Et præſentis ſcripti privilegio communimus.

In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Canonicus ſecundum Beati Auguſtini regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona in præſentiarum juſtè, & Canonicè poſſidetis, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poteritis adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Prohibemus quoque, ut nullus fratrum poſt factam ibidem profeſſionem, abſque Prioris totius Congregationis permiſſione, ex eodem clauſtro audeat diſcedere, diſcedentem verò abſque communi literarum cautione, nullus omnino ſuſcipiat. Clericos verò ſive laicos liberos ſeculariter viventes, ad Converſionem ſuſcipiendi, abſque alicuius contradictione facultatem liberam habeatis. Sanè laborum veſtrorum, quos proprias manibus, aut ſumptibus colitis ſive de nutrimentis veſtrorum Animalium, nullus omnino Clericus, vel Laicus decimas à vobis exigere præſumat, Oleum verò Sanctum, Conſecrationes Altarium ſeu Baſilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad Sacros ordines fuerint promovendi, à Dioceſano ſuſcipiatis Epiſcopo; ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, & ea gratis, & abſque pravitate aliqua vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis Catholicum quemcunque malueritis adire Antiſtitem. Qui nimirum noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur indulgeat. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſive violentia præponatur, ſed liceat vobis communi conſilio, & pari conſenſu, vel parti conſilii Sanioris ſecundum Dei timorem, & Beati Auguſtini regulam, abſque ullius contradictione Priorem eligere. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum quiſque illic ſepelliri deliberaverint devotioni, & extremæ voluntati; niſi forte excommunicati ſint nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia Matricis Eccleſiæ. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ipſius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione, & ſubſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura Salva Apoſtolicæ Sedis auctoritate, & Dioceſani Epiſcopi Canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptaverit. Secundò tertiovè commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictè ultioni ſubjaceat. Cunctis autem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego

† *Ego Lucius catholicæ eccleſiæ epiſcopus.*
† *Ego Theodevinus S. Ruffinæ epiſcopus.*
† *Ego Petrus Albanenſis eccleſiæ epiſcopus.*
† *Ego Gregorius presbiter Cardinalis titu. S. Caliſti.*
† *Ego Rainerius presbiter Cardinalis titu. S. Priſcæ.*
† *Ego Thomas presbiter Cardin. titu. Veſtinæ.*
† *Ego Manfredus preſbiter Cardinalis titulus, S. Suſannæ.*
† *Ego Hugo S. R. E. presbiter titu S. Laurentii in Lucina.*
† *Ego Otto Diaconus Cardinalis S. Georgii in Velabro.*
† *Ego Guido Diaconus Cardinalis SS. Coſmæ, & Damiani.*
† *Ego Rodulfus Diaconus Cardinalis S. Luciæ in Septiſolio.*
† *Ego Gregorius Diaconus Cardinalis S. Angeli.*
† *Ego Johannes Diaconus Cardinalis S. Mariæ Novæ.*
† *Ego Aſtaldus Diaconus Cardinalis S. Euſtachii iuxta templum Agrippæ.*
† *Ego Hyacintus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedin.*
† *Ego Bernardus Diaconus Cardinalis S. R. E.*
† *Datum Laterani per manum Baronis S. R. E. Subdiaconi.* VI. *Kalendas Januarii. Indictione Octava. Incarnationis Dominicæ anno* MCXLIIII. *Pontificatus verò Domini Lucii* II. *Papæ Anno primo.*

Alia ejuſdem Lucii Papæ Secundi pro Canonica Lucenſi.

LUcius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Petro Priori S. Frigdiani, ejuſque fratribus tam præſentibus quam futuris, regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Ad hoc univerſalis eccleſiæ cura nobis à proviſore omnium bonorum Deo commiſſa eſt, ut religioſas diligamus perſonas, & beneplacentem Deo religionem ſtudeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impeditur, niſi ex charitatis radice procedens, à puritate religionis fuerit conſervatus. Oportet igitur omnes Chriſtianæ fidei amatores, religionem diligere, & loca venerabilia cum ipſis perſonis divino ſervitio mancipatis, attentius confovere, ut nullis pravorum hominum inquietentur moleſtiis, vel importunis angariis fatigentur. Aimericus ſiquidem bonæ memoriæ S. R. E. Cancellarius, & Eccleſiæ S. Mariæ Novæ Diaconus Cardinalis, fratres veſtros ad eandem Eccleſiam convocavit, & de bonis ſibi à Deo præſtitis, pro redemptione animæ ſuæ, ad eorum neceſſitatem, & ſuſtentationem honeſtè providit, ut per eos videlicet ibidem religio ſtatuatur, & locus ipſe tam temporaliter quàm ſpiritualiter, eorum ſtudio auxiliante Domino augeatur. Nè igitur tam Sanctum ipſius propoſitum immutari, vel perturbari in poſterum debeat. *Eſt Lucæ.*

Statuimus, ut Diac. Card. qui pro tempore ibidem ordinandus fuerit, de conventu S. Frigdiani. Si idoneus ibi repertus fuerit aſſumatur; ſi fortè quod abſit, ibidem reperiri non poterit, de alio regulari Collegio vocetur, & ordinetur. Ordinatus autem cum fratribus ipſius Eccleſiæ communiter vivat. Quod ſi facere noluerit, tertiam partem de omnibus redditibus antiquæ hæreditatis illius Eccleſiæ, quæ eſt poſita in Valerano, & Galera, ſibi in ſuos uſus accipiat. Cætera verò, quæ regulares fratres ipſius Eccleſiæ in præſentiarum juſtè, & Canonicè poſſident, aut in futurum rationablibus modis Deo propitio poterint adipiſci, firma eis & illibata permaneant. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hujus noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiovè commonita; ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Obſervantibus autem ſit pax Dominj noſtri Jeſu Chriſti. Quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Lucius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus.
Ego Petrus Albanenſis Epiſcopus.
Ego Guarinus, Preneſtinus Epiſcopus.
Ego Gregorius presbiter Card. titu. S. Calixti.
Ego Thomas, presbiter Card. titu. S. Veſtinæ.
Ego Gilibertus, indignus Sacerdos S. R. E.
Ego Guido Card. presbiter titu. Sanctorum Laurentii, & Damaſi.
Ego Hugo Rom. presbiter titu. S. Laurentii in Lucina.
Ego Hubaldus, presbiter Card. titu. S. Crucis in Hieruſalem.
Ego Gregorius Diac. Card. Sanctorum Sergii & Bacchi.
Ego Guido, Diac. Card. Sanctorum Coſmæ, & Damiani.
Ego Octavianus Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano.
Ego Gregorius Card. S. Angeli.
Ego Gerardus, Diac. S. R. E.
Ego Jacintus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedim.
Ego Bernardus, S. R. E. Diac. Card.

Data Romæ per manum Roberti S. R. E., presbiteri Card. & Cancell. XVI. *Kal. Martii. Indictione* VIIII. *incarn. Dominicæ anno* M C L I V. *Pontific. vero Domini Lucii* II. *Papæ anno primo.*

Bulla S. D. N. *Eugenii Papæ Tertii pro Canonica Sancti Frigdiani Lucenſis.*

Eſt Lucæ. EUGENIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Petro Priori S. Frigdiani, ejuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Ad hoc vniverſalis eccleſiæ cura nobis à Proviſore omnium bonorum Deo commiſſa eſt, ut religioſas diligamus perſonas, & beneplacentem Deo religionem, ſtudeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur; niſi ex charitatis radice procedens, à puritate religionis fuerit conſervatus. Oportet igitur omnes Chriſtianæ fidei amatores religionem diligere, & venerabilia loca cum ipſis perſonis divino ſervitio mancipatis, attentius confovere, ut nullis pravorum hominum inquietentur moleſtiis, vel importunis angariis fatigentur. Almericus ſiquidem bonæ memoriæ S. R. E. Canc. & Eccleſiæ B. Mariæ Novæ Diac. Card. fratres veſtros ad eandem Eccleſiam convocavit, & de bonis ſibi à Deo præſtitis ad eorum neceſſitatem, & ſuſtentationem honeſtè providit, ut per eos videlicet ibidem religio ſtatuatur, & locus ipſe tam temporaliter quam ſpiritualiter, eorum ſtudio auxiliante Domino augeatur. Ne igitur Sanctum ipſius propoſitum immutari, vel perturbari in poſterum debeat, prædeceſſorum noſtrorum Fœlicis memoriæ Celeſtini, & Lucii veſtigiis inhærentes.

Statuimus ut Diaconus Card. quòd pro tempore ibidem ordinatus fuerit de conventu S. Frigdiani, ſi idoneus ibidem repertus fuerit aſſumatur, ſi forte (quod abſit) ibidem reperiri non poterit, de alio regulari Collegio vocetur, & ordinetur. Ordinatus autem cum fratribus ipſius eccleſiæ communiter vivat, quod ſi facere noluerit, tertiam partem de omnibus redditibus antiquæ hæreditatis illius Eccleſiæ, quæ eſt poſita in Valerano, & Galera ſibi in ſuos uſus accipiat. Cætera verò quæ regulares fratres ipſius Eccleſiæ in præſentiarum juſtè, & Canonicè poſſident, aut in futurum rationabilibus modis Deo propitio poterint adipiſci. Firma eis, & illibata permaneant. Salva in omnibus Apoſtolicæ Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona, hujus noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiovè commonita; ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Obſervantibus autem ſit pax Domini

ni noſtri Jeſu Crhiſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem, præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Conradus, Sabinenſis Epiſcopus.
Ego Theodovinus Epiſcopus S. Ruffinæ.
Ego Petrus, Albanenſis Epiſcopus.
Ego Thomas presbiter Cardin. titu. S. Veſtinæ.
Ego Gilibertus, presbyter Card. titu. S. Marci.
Ego Guido presbiter Card. titu SS. Laurentii, & Damaſi.
Ego Julius presbiter Card. titu. Sancti Marcelli.
Ego Ubaldus presbiter Card. titu. S. Crucis in Hieruſalem.
Ego Guido presbyter Card. titu. S. Paſtoris.
Ego Gregorius Diacon. Card. Sanctorum Sergii, & Bacchi.
Ego Guido Diac. Card. SS. Coſmæ, & Damiani.
Ego Joannes Diac. Card. Sanctæ Mariæ Novæ.
Ego Bernardus S. R. E. Diac. Card.

Dat. apud Civitatem Caſtellanam, per manum Roberti, S. R. E. presbiteri Card. & Cancell. Nonis Aprilis. Indictione VIII. *incarnationis Dominicæ anno* MCXLV. *Pontificatus vero Domini Eugenii* III. *Papæ anno primo.*

Bulla S. R. E. Eugenii Papæ Tertii pro Canonica Lucenſi.

EUGENIUS Epiſcopus ſervus ſervorum, Dei Dilectis filiis Petro Priori S. Frigdiani, ejuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quoniam ſinè veræ cultu religionis, nec charitatis unitas poteſt ſubſiſtere, nec gratum Deo exhiberi ſervitium, expedit Apoſtolicæ auctoritati, religioſas perſonas diligere, & religioſa loca maximèque B. Petri juris exiſtunt, & ad Romanam ſpecialiter ſpectant Eccleſiam, Sedis Apoſtolicæ munimine confovere. Nos itaque quia devotionem veſtram in Dei timore, & ſervitio fervere valdè confidimus, Canonicum ordinem, quem in B. Frigdiani Eccleſia inſpirante Domino profeſſi eſtis, & libertatem à prædeceſſoribus noſtris ſan. recordat. Paſchale, Gelaſio; Calixto, Honorio, Celeſtino, Innocentio, Romanis Pontificibus vobis collatam præſentis ſcripti pagina confirmamus. Statuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona, ex dono vel conceſſione Epiſcoporum Lucanæ Eccleſiæ, largitione Regum, vel Principum, vel aliorum Dei fidelium, in præſentiarum juſtè, & Canonicè poſſidetis, aut in futurum rationabilibus modis præſtante Domino poteritis adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; In loco ſcilicet qui Mutilianus dicitur, Eccleſiam SS. Yppoliti, & Caſſiani cum omnibus ad ipſam pertinentibus. In loco Senæ, Eccleſiam B. Martini, & Hoſpitale, cum omnibus ad eandem Eccleſiam pertinentibus Eccleſiam S. Salvatoris de Moſtiolo, quæ infra muros Lucanæ Civitatis ſita eſt, cum omnibus ad eam pertinentibus, Eccleſiam S. Pantaleonis, cum Eccleſia S. Antonii, & Eccleſiam S. Juliani, quæ in Lucana Civitate ſita eſt, & cæteris ſuis pertinentibus Eccleſiam S. Johannis, quæ ſita eſt in capite ſuburbii cum Hoſpitali ſuo, & cæteris ſuis pertinentibus, Eccleſiam S. Salvatoris, quæ eſt constructa in Comitatu Ferrarienſi, & a bonæ memoriæ Landulpho Ferrarienſi Epiſcopo, & nobili fœmina Imicza, & filio ejus Caſotto, olim vobis conceſſa eſſe dinoſcitur, cum omnibus ad ipſam pertinentibus quæ nunc poſſidet, & in futurum rationabiliter præſtante Domino poterit adipiſci omnem quoque decimationem totius allodii ejuſdem Eccleſiæ, & Eccleſiam S. Syri cum omnibus ad ipſam pertinentiibus, ſicut à venerabili fratre noſtro Griſone Epiſcopo Ferrarienſi, ei Canonicè conceſſæ ſunt. Villam verò Solariam, quæ à prædeceſſore noſtro Beatæ

Eſt Lucæ.

me-

Digitized by Google

memoriæ Papa Innocentio, eidem Eccleſiæ S. Salvatoris conceſſa eſt, cum omnibus ſuis pertinentibus. Decimas etiam de fundo Lovelletti ad eandem Eccleſiam pertinentes; ſicut integrè habebantur à Caſotto, quando refutavit eas in manu Landulphi Ferrarienſis Epiſcopi, Murlam cum omnibus ſuis pertinentiis, & quicquid habetis Lungithe, & Huindelpho. Sive Collomari; nec non in loco, qui dicitur Parmeniano, ſive Coldiſacco Eccleſiam S. Pauli; quæ eſt inter villam Orentani, & Altum Paſſum, cum omnibus ad ipſum locum pertinentibus. In campis, terris, vineis, pratis, paſcuis, ſilvis, molendinis, montibus, vallibus, planitiebus, paludibus, piſcationibus, cultis, & incultis, Hoſpitale Decavena, prope Burgum S. Geneſii ſitum, cum omnibus ſuis pertinentiis. Porrò decimas ab omnibus Eccleſiæ veſtræ Parochianis, citra perſonarum omnium infeſtationes vobis veſtriſque ſucceſſoribus in eadem religione perſiſtentibus accipere, & in uſus Canonicos diſpenſare concedimus, & præſentis decreti ſanctione ſtabilimus. Æquum enim eſt, ut quibus ſpiritualia ſeminatis, eorum carnalia cum Apoſtolo metatis. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, vel violentia proponatur; niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, vel de ſuo, vel de alieno, ſi expedierit, diſciplinæ regularis Collegio providerint eligendum. Salva Lucani Epiſcopi canonica reverentia; ſi quidem Catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit. A quo nimirum Chriſma, Oleum S. Conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, ordinationes Clericorum accipietis. Si ea gratis, & ſine pravitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis à quocunque malueritis Catholico Epiſcopo eadem Sacramenta ſuſcipere, qui Apoſtolicæ Sedis fultus auctoritate, quòd poſtulatur indulgeat. Nec eidem Epiſcopo liceat locum ipſum, aut fratres habitantes ibidem, pro noſtrarum conceſſionum æmulatione excommunicare, vel interdicere, niſi pro certis culpis, quas idem fratres canonicè admoniti emendare contempſerint. Baptiſmi uſum in Sabbato Sancto Pentecoſtes à præteritis temporibus habitum ita veſtræ Eccleſiæ in perpetuum confirmamus, ut nullis poſſit æmulationibus, vel inſidiis prohiberi. Sanè autem ſi Canonici S. Martini, juxta antiquam conſuetudinem, ad Eccleſiam S. Frigdiani in die S. Sabbati Pentecoſtes, pro Baptiſmo celebrando venire voluerint, nihilominus eodem die Baptiſmi celebrandi licentiam habeatis. Nulli autem ſecularium poteſtatum infra veſtri cœnobii clauſtrum liceat Hoſpitari, ne fratrum regularium quies hujuſmodi præſumptione turbetur. Nulla quietem veſtram proceſſionum, aut lætaniarum, vel ſepulturarum extra veſtram Parrochiam contra veſtram conſuetudinem perturbet indictio. Parrochianos veſtros; niſi forte publico crimine teneantur, nullus invitis vobis, & inconſultis excommunicare, aut ad pœnitentiam præſumat admittere. Nullum veſtrorum Parrochianorum quiſquàm Monachorum, aliorumvè Clericorum, etiam liceat urgere, vel mortuum ſepelire, nec etiam ei pœnitentiam dare, abſque veſtro conſenſu. Sed vos hæc omnia præter alicujus infeſtationem, hujus S. Sedis fulti auctoritate peragite. Oleum, Chriſma, quæ veſtra ex antiqua conſuetudine habet Eccleſia, majoris Eccleſiæ Clerici, hac vobis occaſione non auferant. Neque Clericos veſtros ordinare prohibeant; liceat quoque vobis Clericos de ſeculo fugientes, poſt petitam ab Epiſcopis ſuis licentiam ad converſionem ſuſcipere, & in veſtro Collegio retinere. Prohibemus etiam, ut nullus unquam Canonicorum poſt factam inibi profeſſionem, abſque libera Prioris, & fratrum licentia, quamdiu Canonicus ibi ordo ſervabitur Eccleſiam deſerere, & ad alium ejuſdem, vel alterius ordinis locum audeat pertranſire. Judicium ſanè, quod ejuſdem loci Prior de aliquo ipſorum fratrum communi, vel ſanioris partis conſilio rationabiliter fecerit, nulli retractare, vel immutare liceat, ſalva nimirum in omnibus Apoſtolicæ Sedis auctoritate, & reverentia. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum, liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; Sed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona,
hanc

hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit. Secundò tertiovè commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Conſervantibus autem ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Eugenius Catholicæ eccleſiæ epiſcopus.
Ego Conradus Sabinenſis epiſcopus.
Ego Theodevinus S. Rufinæ epiſcopus.
Ego Petrus, Albanenſis epiſcopus.
Ego Gregorius presbiter Cardinal. titu. S. Calixti.
Ego Rainerius, *presbiter Card. titul. S. Priſcæ.*
Ego Thomas presbiter Card. titu. S. Veſtinæ.
Ego Gilibertus presbiter Card. titu. S. Marci.
Ego Guido presbiter Card. titul. S. Laurentii in Damaſo.
Ego Manfredus, presbiter Card. titul. S. Sabinæ.
Ego Aribertus presbiter Card. titul. S. Anaſtaſiæ.
Ego Julius presbiter Card. titul. S. Marcelli.
Ego Ubaldus presbiter Card. titul. S. Crucis in Hjeruſalem.
Ego Guido presbiter Card. Diac. titul. S. Paſtoris.
Ego Villanus presbiter Card. titul. S. Stephani in cœlio Monte.
Ego Gregorius, Diac. Card. SS. Sergii, & Bacchi.
Ego Guido Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.
Ego Octavianus Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.
Ego Johannes Card. Diac. S. Adriani.
Ego Gregorius Diac. Card. S. Angeli.
Ego Johannes Diac. Card. S. Mariæ Nova.
Ego Jacintus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin.
Ego Bernardus Diac. Card. S. R. E.
Ego Bernardus S. R. E. Diac. Card.

Dat. apud Civitatem, Caſtellanam per manum Roberti S.R.E.presbiteri Card. & *Cancell.* III. *Idus Aprilis. Indictione* VIII. *incarnationis Dominicæ anno* MCXLV. *Pontificatus vero domini Eugenii* III. *Papæ, anno primo.*

Privilegium S. D. N. Eugenii Papæ Tertii. Ad præpoſitum, & capitulum Canonicæ Sanctæ Crucis Mortarienſis apud Inſubres.

EUGENIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Oberto Præpoſito, ejuſque fratribus in Mortarienſi Eccleſia regularem vitam profeſſis, tam præſentibus, quam futuris in perpetuum. Deſiderium, quod ad religionis propoſitum, & animarum ſalutem pertinere monſtrantur, animo nos decet libente concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium, ea propter dilecti in domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, atque prædeceſſorum noſtrorum fœlicis memoriæ Innocentii, & Lucii veſtigiis inhærentes, Mortarienſem Eccleſiam in qua de vino mancipati eſtis obſequio, Sedis Apoſtolicæ privilegio communimus, ſtatuentes ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & legitimè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, apud Caſtrum Mortarii Eccleſiam S. Caſſiani, & Eccleſiam S. Geminiani. *Eſt Mortarii.*

Ec-

Digitized by Google

Eccleſiam S. Petri de Lantiano, apud Zemitum Eccleſiam S. Mariæ. In Mediolanenſi Diœceſi Eccleſiam S. Mariæ de Carpenzago, in Papienſi Eccleſiam S. Mariæ de Carbonaria, apud Ticinetum Eccleſiam S. Andreæ. Apud Sanctum Salvatorem aliam S. Andreæ Eccleſiam, quicquid etiam apud eiſdem S. Salvatoris Caſtrum poſſidetis, In Novarienſi Epiſcopatu Eccleſiam S. Andreæ de Gariliago, in Aquenſi Eccleſiam SS. Trinitatis de Gamandio. In Aſtenſi Eccleſiam S. Mariæ Novæ, & S. Mariæ Eccleſiam apud Caſtrum S. Martini. In Albanenſi Eccleſiam S. Petri apud Caſtrum Nevias. In Taurinenſi Eccleſiam S. Andreæ de Braida, à prædeceſſore noſtro fœlicis memoriæ Caliſto Papa, & dono Robaldi militis ſuſceptam, & Eccleſiæ veſtræ ab ipſo conceſſam. In Derthonenſi Eccleſiam S. Matthæi, & S. Joannis de Staciano. In Papia Eccleſiam S. Marcelli, in Placentia Eccleſiam S. Matthæi de Burgo. In Palma Eccleſiam S. Michaelis de Porta Nova. In Vercellis Eccleſiam S. Gratiani. In Januenſi, Eccleſiam S. Theodori, quicquid poſtea in Zevito poſſidetis, ſalva nimirum penſione Novarienſis Eccleſiæ, & Sancti Stephani Vercellenſi. Apud Prianum Eccleſiam Sanctæ Mariæ.

Ad hæc præſenti capituli firmamus, ut ordo Canonicus quem in eadem profeſſi eſtis Eccleſia, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conſervetur. Prohibemus etiam ne quis poſt factam profeſſionem, proprium quid habere, nevè ſine Præpoſiti, vel Congregationis licentia de clauſtro præſumat diſcendere, quod ſi diſceſſerit, & commonitus redire contempſerit, Præpoſito liceat communicato fratrum conſilio, ejuſmodi à ſuis Officiis ejiecere, ejectum verò nullus Epiſcoporum in ſua Parochia miniſtrare permittat. Sanè Laicos ſivè Clericos ſeculariter viventes, ad regularis vitæ converſionem ſuſcipiendi, vobis licentiam indulgemus, tibi verò cariſſime fili Hoberte Præpoſitæ ſucceſſoribuſque tuis concedimus, ut quando apud vos Epiſcopi deſunt, ſchiſmaticos ad veritatem Catholicæ Eccleſiæ redeuntes, vel de criminibus pœnitentes reconciliare per Dei gratiam valeatis, quamdiu Deo auxiliante in loco veſtro Canonici ordinis diſciplina viguerit. Chriſma verò, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, ordinationes Clericorum, ſi Eccleſia in cujus Diœceſi eſtis Catholico paſtore caruerit, à quo malueritis Catholico ſuſcipiatis Epiſcopo, Apoſtolicæ Sedis benignitate ſuſcipiatis, laborum veſtrorum decimas in quibuſcunque Parochiis operamini, ad communis vitæ ſuſtentationem vobis quiete habendas poſſidendaſque concedimus. Statuentes ut nulli Epiſcoporum, vel temporalium miniſtrorum, liceat ſuper hac re vobis veſtriſque ſucceſſoribus moleſtiam irrogare, neque Laicis quibuslibet facultas ſit, eaſdem decimas aliqua ſibi violentia vendicare. Manſuro in perpetuum decreto Eccleſias, vel Eccleſiarum poſſeſſiones, quæ per diverſas Parochias à confratribus noſtris ipſarum Parochiarum Epiſcopis Canonicæ veſtræ conceſſæ ſunt, aut in futurum largiente domino concedentur, vobis veſtriſque ſucceſſoribus in regularis diſciplinæ obſervantia permanſuris, quietas ſemper, & liberas permanere decernimus, nec Epiſcopis aut perſonis quibuslibet, eas ab Eccleſiæ veſtræ unitate, ac ſubjectione contrahere, neque Clericis illic habitantibus liceat congregationis veſtræ conſuetudines, & obedientiam refutare, omnibus autem Eccleſiæ veſtræ Præpoſitis interdicimus, & omninò prohibemus, ne poſſeſſiones ubilibet ad ipſam canonicam pertinentes, audeant diſtrahere, aut perſonis ſecularibus in feudum dare, vel quibuslibet ingeniis alienare, aut ſine congregationis conſenſu, in alicuius perſonæ jus poſſeſſionemque transferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; ſed ea integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiovè commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſvè ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat; atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, qua-

quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Data Viterbi per manum Roberti S. R. E. preſbiteri Card., & Cancell. tertio Kalen. Junii. indictione VIII. *Incarnationis Dominicæ anno* 1145. *Pontificatus verò Domini Eugenii Papæ Tertii anno primo.*

Ejuſdem Eugenii prò Canonica Rhenana.

EUGENIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Guidoni Priori Eccleſiæ B. Mariæ de Rheno, ejuſque fratribus tam præſentibus, quàm futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſis deſideriis dignum eſt facilem præbere conſenſum, ut fidelis intentio celerem ſortiatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii, prædeceſſorum Noſtrorum Fœlicis memoriæ Papæ Innocentii, & Lucii veſtigis inhærentes, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Beatæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ Eccleſiam, in qua divino Mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. *Eſt Bononiæ.*

In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Canonicus ſecundum B. Aug. regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona in præſentiarum juſtè, & Canonicè poſſidetis, aut in futurum conceſſione Pontificum liberalitate Principum, largitione Regum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poteritis adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis Eccleſiam S. Salvatoris in Civitate Bononienſi in Turricella, Eccleſiam S. Andreæ. Eccleſiam S. Donnini juxta bagnum. Prohibemus quoque, ut nullus fratrum poſt factam ibidem profeſſionem abſque Prioris, vel Congregationis ſpontanea permiſſione, ex eodem clauſtro audeat diſcedere. Diſcedentem vero abſque communi litterarum cautione, nullus omnino ſuſcipiat. Sed ſi aliquis ipſorum fratrum extra clauſtrum auſus fuerit ſinè prædicta licentia permanere, ſi ſecundò tertiovè commonitus reſipiſcere forte contempſerit, liceat Priori ejuſdem loci excommunicationis in ipſum tanquam in profeſſus ſuam ſententiam promulgare. Clericos vero ſive laicos liberos ſeculariter viventes, ad converſionem ſuſcipiendi abſque alicujus contradictione, facultatem liberam habeatis. Sanè laborum veſtrorum quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus omninò à vobis decimas exigere præſumat. Oleum quoque Sanctum, ordinationes Clericorum, qui ad Sacros ordines fuerint promovendi à Dioceſano ſuſcipiatis Epiſcopo; ſi quidem Catholicus fuerit, & gratiam atque Communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, & ea gratis, & abſque pravitate aliqua voluerit exhibere, Alioquin liceat vobis Catholicum quemcunque malueritis adire Antiſtitem. Qui nimirum noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur indulgeat. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars Conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & B. Auguſtini regulam providerint eligendum. Ad hæc etiam adiicientes ſtatuimus, ut nullam Archiepiſcopo, vel Epiſcopo, aut alicui omnino perſonæ jus ſit in prædicta Eccleſia B. Mariæ exactionem facere, nec Priori, & fratribus gravamina irrogare. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum qui ſe illic ſeppellire deliberaverint devotioni, & extremæ voluntati, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint nullus obſiſtat. Salva tamen juſtitia Matricis Eccleſiæ. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat ipſam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi Canonica juſtitia,

ſtitia, Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit. Secundò tertiovè commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant: Amen. Amen.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
† *Ego Conradus Sabinenſis epiſcopus.*
† *Ego Ymarus Tuſculanus epiſcopus.*
† *Ego Nicolaus Albanenſis epiſcopus.*
† *Ego Gregorius Card. presbiter titu.* S. *Calixti.*
† *Ego Hubaldus presbiter Card. Sanctæ Praxedis.*
† *Ego Manfredus presbiter Card. titu. Sanctæ Savinæ.*
† *Ego Guido presbiter Card. titu. S. Paſtoris.*
† *Ego Bernardus presbyter Cardin. titu. Sancti Clementis.*
† *Ego Hugo titu. in Lucina presbyter Cardinalis.*
† *Ego Odo Diaconus Cardinals Sancti Georgii ad velum aureum.*
† *Ego Iohannes Paparo Diaconus Cardinalis Sancti Adriani.*
† *Ego Iohannes Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ Novæ.*

Datum Romæ apud S. Petrum, per manum Boſonis S.R.E. ſcriptoris tertio Idus Maii Indictione XIII. Incarnationis Dominicæ Anno M.C. quinquageſimo Pontificatus Domini Eugenii III. Papæ Anno ſexto.

Bulla Sanctiſſimi Domini Noſtri Eugenii Papæ III. pro Archipresbyterali Canonica Montis Belii.

Eſt Roma

EUGENIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, &c. Dilectis filiis N. Archipresbytero ejuſque fratribus in Eccleſia Divæ Mariæ Montis Belii regularem vitam profeſſis, tam præſentibus, quàm futuris in perpetuum.

Officii noſtri nos hortatur authoritas pro Eccleſiarum ſtatu ſatagere, & earum quieti, & utilitati ſalubriter auxiliante Domino providere. Dignum namque, & honeſtati conveniens eſſe cognoſcitur, ut qui ad Eccleſiarum regimen aſſumpti ſumus, eas à pravorum hominum nequitia tueamur, & Beati Petri, atque Apoſtolicæ Sedis patrocinio muniamus. Quapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus gratum impertientes aſſenſum, prædictam Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ Eccleſiam, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, Eccleſiam videlicet de Luparolo Eccleſiam de Banzano ſicut ex ſententia Venerabilis fratris Moiſi Ravennatis Archiepiſcopi vobis adjudicata eſt, Eccleſiam de Montalognio, Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Fagnano cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam de Pontiano, Eccleſiam de Lupamalaria, Eccleſiam Sancti Petri de Savignano, Eccleſiam Sancti Blaſii de Lacumiano, Eccleſiam Sanctæ Mariæ Roſiliolo, Eccleſiam Sancti Nicolai in Roncaliis cum omnibus ſuis pertinentiis, Eccleſiam Sancti Domini de Campere majori, Eccleſiam Sancti Pauli de Palude, Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Pratobonelli, Eccleſiam Sancti Marci,

Eccle-

Eccleſiam S. Vincentij, Eccleſiam S. Fabiani juxtà Flumen Lavini, cum aliis Eccleſiis ad Plebem Montisbellii pertinentibus.

Statuimus, etiam ut ordo Canonicus, qui in eadem Eccleſia ſecundum Dei timorem, & Beati Auguſtini regulam noſcitur inſtitutus, perpetuis, inibi temporibus inviolabiliter conſervetur. Sanè locorum veſtrorum, quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſeu de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus à vobis omninò decimas exigere præſumat. Ad hæc prohibemus, ut de terris, quæ jure proprietatis ad Eccleſiam veſtram ſpectant, nullus Laicorum à vobis decimas ullatenùs accipere, vel petere audeat. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum, qui de Territorio Eccleſiæ veſtræ ſe illic ſepeliri deliberaverint devotioni, vel extremæ voluntati, niſi excommunicati, vel interdicti fuerint nullus obſiſtat, ſalva in omnibus Dioceſani Epiſcopi Canonica iuſtitia. Decernimus verò, ut nulli omninò hominum liceat præfatum locum temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu aliqualiter vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolicæ authoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſticam ſæcularisvè perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiovè commonita ſi non ſatiſfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sanctiſs. Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatenùs & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Fac mecum Domine ſignum in bonum.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Illebaldus Presbyter Card. tit. S. Praxedis.
Ego Manfredus Presbyter Card. tit. S. Sabinæ.
Ego Aribertus Presbyter Card. tit. S. Anaſtaſiæ.
Ego Julius Presbyter Card. tit. S. Marcelli.
Ego Ubaldus Presbyter Card. tit. S. Crucis in Jeruſalem.
Ego Odo Diaconus. Card. tit. S. Georgii ad velum aureum.
Ego Octavianus Diaconus Card. tit. S. Nicolai in carcere Tulliano.
Ego Gregorius Diaconus Card. tit. S. Angeli.
Ego Joannes Diaconus Card. tit. S. Mariæ Novæ.
Ego Guido Diaconus Card. S. Mariæ in porticu.
Ego Joannes Diaconus Card. Sergii, & Bacchi.
Ego Rolandus SS. Coſmæ, & Damiani.
Ego Himarus Tuſculanen. Epiſcopus.

Datum Ferentini per manum Mariniani S. R. E. Scriptorjs 8. Kal. Decembris, Indict. 8. Incarnationis Dominicæ anno 1150. Pontificatus D. Eugenii Papæ III. anno VI.

Confirmata per Urbanum III. de anno 1186. ac deinde per Gregorium VIII. de anno 1188. & erat dicta Canonica Sanctum inſtitutionem S. Frigdiani.

Bulla Sanctiſſimi Domini Noſtri Eugenii Papæ III. pro Eccleſia S. Andreæ Carrariæ, unita Capitulo S. Frigdiani Lucenſis.

Ex Luca

EUGENIVS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Petro Priori S. Frigdiani ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Quæ à fratribus noſtris Epiſcopis, maximè pro Religione ſtatuendu, vel præparanda pia, & rationabili providentia fiunt, in ſua volumus ſtabilitate perſiſtere, & ut futuris obſerventur temporibus auctoritatis noſtræ munimine roborare. Quocircà dilecte in Domino fili Petre, tuis juſtis poſtulationibus benignum impartientes aſſenſum, conceſſionem Baptiſmalis Eccleſiæ S. Andreæ de Carraria cum Cappellis ſuis, Hoſpitale de Monte Furca, cum Cappella Sancti Sixti, & Cappella S. Pancratii, & cæteris pertinentibus ſuis, atque omnibus bonis, & poſſeſſionibus ejuſdem Plebis, quæ in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum rationabilibus modis Deo propitio poterit adipiſci, quàm Venerabilis Frater noſter Gottifredus Lucenſis Epiſcopus conſultatione priùs ad nos facta, & noſtro præcedente aſſenſu, tibi & per te Eccleſiæ Beati Frigidiani, cui Deo auctore præces Religionis intuitu feciſſe, & ſui ſcripti pagina roboraſſe dignoſcitur; quemadmodùm ab eodem fratre noſtro conſtitutum, tibi, tuisque ſucceſſoribus, auctoritate Sedis Apoſtolicæ confirmamus, & conceſſionem ipſam perpetuis temporibus ratam, & inconuvlſam permanere decernimus. Prætereà Hoſpitale, qui in capite paludis ſitum eſt, cum Cappella S. Leonardi, decimis, & aliis pertinentiis ſuis, & viginti jugera terræ in eadem palude. Sex jugera in Broilo, duo in Lavandario, & caſagium juxtà prædictam Plebem, quæ ad jus, & proprietatem ipſius Epiſcopi pertinentia memoratæ plebis S. Andreæ pro ſuſtentatione fratrum inibi Domino famulantium, devotionis intuitu contulit, eidem Plebi pariter confirmamus, ſalva Lucenſis Epiſcopi, & Eccleſiæ ſuæ ſicut in ſcripto ejuſdem Epiſcopi continetur debita reverentia. Nulli ergò hominum fas ſit conceſſionem ipſam, temerario auſu infringere, ſeu quibuslibet moleſtiis perturbare. *Si* qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hujus noſtræ confirmationis páginam ſciens, contra eam venire temptaverit, ſecundò, tertiovè commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit: Clericus Eccleſiaſtico beneficio: Laicus verò Chriſtiana communione privetur.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Imarus Thuſculanus epiſcopus.
Ego Ubaldus presbyter Card. S. Praxedis.
Ego Manfredus presbyter Card. S. Sabinæ.
Ego Aribertus presbyter Card. tit. S. Anaſtaſiæ.
Ego Guido presbyter Card. tit. S. Paſtoris.
Ego Gerardus presbyter Card. tit. Stephani in Celio monte.
Ego Otto Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum.
Ego Joannes Diac. Card. S. *Mariæ Novæ.*
Ego Joannes Diac. Card. SS. Sergii, & Bacchi.
Ego Centius Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.

Datum Ferentini per manum Boſonis S.R.E. Scriptoris. VI. Idus Mai, Indictione XIII. Incarnationis Dominicæ Anno MCLI. Pontificatus verò Domini Eugenii Papæ anno VII.

Bulla Sanctiſſimi Domini Noſtri Anaſtaſij Papæ IV. pro Patriarchali Baſilica SALVATORIS Lateranenſis.

ANASTASIVS Epiſcopus ſeruvs ſervorum Dei. Dilectis filiis Joanni Priori Sacroſanctæ Patriachii Baſilicæ SALVATORIS Domini, quæ Conſtantiniana vocatur: pariterque Joannis Baptiſtæ, ac Joannis Evangeliſtæ, ejusque fratribus Canonicis tàm præſentibus, quàm futuris, Regularem Vitam profeſſis in perpetuum. *Eſt Romæ.*

Poteſtatem ligandi, atque ſolvendi tàm in Cœlis, quàm in Terra B. Petro, ejusque ſucceſſoribus auctore Deo principaliter traditam, illis Eccleſia verbis agnoſcit; quibus Petrum eſt idem Dominus alloquutus: Quodcunque ligaveris ſuper Terram, erit ligatum, & in Cœlo, & quodcunque ſolveris ſuper Terram, erit ſolutum & in Cœlis: Ipſi quoque, & propriæ firmitas, & alienæ fidei confirmatio, eodem Deo auctore præſtatur, cum ad eum dicitur: Rogavi pro te, ut non deficiat fides tua,& tu converſus aliquandò confirma fratres tuos. Oportet igitur nos, qui (licèt indignè) B. Petri reſidemus in loco, prout divina nobis clementia, & ſcire, & poſſe donaverit prava corrigere, recta firmare, & in ejus Eccleſia ſic ad arbitrium judicii diſponendi diſponere; ut de vultu ejus judicium noſtrum prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem. Æquum eſt ergò, ac rationabile; ut ſuus unicuique honor Eccleſiæ, ac dignitas conſervetur: Et ſicut in humani corporis compage, naturalis ratio ſingulis quibuſcumque membris ad ſalutem providens, ſpeciales, & proprios actus edocet; nobilioribus verò ſuam dignitatem conſervat; Ita in corpore Eccleſiæ, Apoſtolica providentia ſecundum ſacrorum inſtitutiones Canonum, univerſas regit Eccleſias; digniores autem, & famoſiores in ſui ſtatus prærogativa cuſtodit: Hujus itaque rationis debito provocati; licèt omnium Eccleſiarum nobis ſolicitudo, & cura immineat, prædictæ tamen Sanctæ Lateranenſis Eccleſiæ, per quam datur, ut invigilare cæteris omnibus debeamus, quæ ſpecialius, & familiarius ad Romani Pontificis ordinationem ſpectare dignoſcitur, ampliori, & attentiori nos convenit ſtudio providere.

Ea proptèr vobis in Domino filiis, Eccleſiam ipſam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ad exemplar prædeceſſoris noſtri beatæ memoriæ Alexandri Papæ II. Apoſtolicæ Sedis Privilegio communimus. *In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Canonicorum, qui ſecundùm Deum, & Beati Auguſtini regulam ibi noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conſervetur.* *Canonicus ordo.* Prætereà quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona, eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut inpoſterùm conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poteris adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Medietatem omnium oblationum principalis, Altaris in integrum ſine diſpendio aliquo. Dationem, ſeu reditum, qui Glandaticum dicitur, vel Herbaticum ex noſtris porcis, & pecoribus, ſeu omnem fruitionem ab eodem prædeceſſore noſtro ipſi Eccleſiæ collatam: Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur; ſed fratres in aliqua perſona de veſtro Collegio, ſi idonea reperta fuerit, vel de alio Religioſo Conventu, priùs conveniant, & poſtmodùm cum conſilio, deliberatione, & judicio Romani Pontificis eligant. Electus autem nulli, niſi tantùm ipſi Romano Pontifici de obedientia, vel ſubjectione aliqua teneatur.

Liceat vobis prætereà Clericos è ſæculo fugientes, vel Laicos liberos undecumque ſint; niſi excommunicati, vel interdicti ſint abſque alicujus contradictione ad converſionem ſuſcipere, & qui ſuſcepti fuerint cum communi conſilio Prioris, & fratrum nulli de obedientia teneantur niſi Romano Pontifici, & Priori

ejuſ-

ejuſdem Eccleſiæ. Et ſi quid ſcriptum contrà hoc noſtrum privilegium aliquo tempore apparuerit id irritum ducimus. Prohibemus autem ut nulli fratrum poſt factam in eodem loco profeſſionem ſine Prioris ſui licentia, fas ſit de Clauſtro diſcedere, diſcedentem verò abſque hujuſmodi litterarum cautione, nullus audeat retinere. Adhibentes ſuggeſtione, & voluntate fratrum noſtrorum Cardinalium Epiſcoporum ſanximus, ut eadem Eccleſia tanquàm Principalis, Mater, & Domina omninò libera ſit, & nulli penitùs, niſi ſolo Romano Pontifici ſit ſubjecta, atque iidem Epiſcopi ſalubri providentia, veluti cooperatores, & Vicarii noſtri, ipſius Venerabilis Baſilicæ utilitatem, & honeſtatem provideant.

Nulli ſubjecta, niſi Romano Pontifici.

Illud verò, quod à memorato prædeceſſore noſtro Alexandro ſtatutum eſt, maximè obſervare præcipimus. Videlicèt, ut vaſa, ſeù veſtes Altaris, & cuncta ſacri miſterii ornamenta non tangantur, vel proferantur, ſeù reponantur, aut etiam qualeſcunque oblationes, deſuper Altari à non ſacratis Deo miniſtris tollantur. Porrò celebrantibus ibidem Epiſcopis ſacra Miſſarum ſolemnia, in Clericalibus tunicis præſentes ſitis, cantum imponatis, & ex vobis Presbyterum, Diaconem, Subdiaconem, atque Accolitum ſemper providere curetis. Prætereà minùs quatuor fratribus aſſiſten. Miſſa in eadem Eccleſia, etiam diebus privatis minimè celebretur. Diebus verò Dominicis, & in Sanctorum feſtivitatibus, quantuſcumque fuerit plenarius veſter adſit Conventus. Ut autem in Eccleſia ipſa regularis Ordinis, & diſciplinæ vigor inviolabiliter auxiliante Deo cuſtodiatur, & ſervetur: unumquemque prædictorum Cardinalium Epiſcoporum, qui ſunt ad principalis Altaris ſervitium deputati, ſemel in hebdomada de obſervantia Regulæ cum fratribus ipſius loci Capitulum tenere, & ſi quid grave corrigendum fuerit, cum communi conſilio Prioris, & Fratrum, per ipſos vice noſtra emendari ſtatuimus. Si qua igitur inpoſterùm Eccleſiaſtica ſæcularisve perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis, & Confirmationis paginam ſciens, contrà eam auſu temerario venire temptaverit; ſecundò, tertiòve commonita, ſi non ſatiſfactione congrua emendaverit; poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco jura ſervantibus ſit pax Domini Jeſu Chriſti; quatenùs & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Capitulum ad obſervantia Regulæ Cardinalis adſit vice Pontificis.

Pontificatus anno ſecundo 1154.

Eiuſdem Anaſtaſii Papæ IV. pro Canonica Rhenana.

ANASTASIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Guidoni Priori Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Rheno, ejuſque fratribus tam præſentibus, quàm futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, Sacræ Religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii, prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ Papæ Innocentii, Lucii, & Eugenii veſtigiis inhærentes, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuentes, præfatam Beatæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio ſub B.Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti Privilegio communimus.

Eſt Bononiæ.

In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Canonicus ſecundum B.Auguſtini regulam, perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conſervetur. Prætereà quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeù aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc

pro-

propriis duximus exprimenda vocabulis, Eccleſiam S. Salvatoris in Civitate Bononienſi in Curticella, Eccleſiam S. Andreæ, Eccleſiam Sancti Donnini juxta Bagnum, Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Raticoſa cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam Sancti Jacobi, quæ dicitur Caſa Dei cum pertinentiis ſuis. Pontem qui juxtà Eccleſiam veſtram ſuper Rhenum ſitus eſt cum ſuis poſſeſſionibus. Prohibemus quoque, ut nullus fratrum poſt factam ibidem profeſſionem abſque Prioris, vel Congregationis ſpontanea permiſſione, ex eodem Clauſtro audeat diſcedere. Diſcedente verò abſque communi litterarum cautione, nullus omninò ſuſcipiat. Sed ſi aliquis ipſorum fratrum, extrà Clauſtrum auſus fuerit ſine prædicta licentia permanere; ſi ſecundò, tertiòve commonitus reſipiſcere fortè contempſerit, liceat Priori ejuſdem loci, excommunicationis in ipſum tanquàm in profeſſum ſuum ſententiam promulgare. Clericos verò, ſivè Laicos liberos ſæculariter viventes, ad converſionem ſuſcipiendi abſque alicujus contradictione, facultatem liberam habeatis. Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſivè de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus omninò à vobis decimas exigere præſumat. Oleum quoque Sanctum, Ordinationes Clericorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promovendi, à Diœceſano ſuſcipiatis Epiſcopo; ſi quidem Catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, & ea gratis, & abſque pravitate aliqua voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis Catholicum quemcumque malueritis audire Antiſtitem. Qui nimirùm noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur indulgeat. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeù violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundùm Dei timorem, & Beati Auguſtini regulam providerint eligendum. Ad hæc etiam adjacentes ſtatuimus, ut nulli Archiepiſcopo, vel Epiſcopo, vel alicui omninò perſonæ, fas ſit in prædicta Eccleſia Beatæ Mariæ exactiones, nec Priori, & Fratribus gravamina irrogare. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint devotioni, & extremæ voluntati; niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia Matricis Eccleſiæ. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat ipſam Eccleſiam temerè perturbare, aut ei poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeù quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi Canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisvè perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contrà eam temerè venire temptaverit, ſecundò, tertiòve comonita; ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quatenùs, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Datum Laterani per manum Rolandi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Card. & Cancell. XII. Kal. Junii Indict. II. Incarnat. Dominicæ Anno MCLIIII. Pontif. verò Domini Anaſtaſii IIII. Papæ anno primo.

Ego Anaſtaſius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

† *Ego Tmarus Tuſculanus Epiſcopus.*

† *Ego Rodulfus Diaconus Card. S. Luciæ in ſepta Sol.*

† *Ego Guido Diac. Card. S. Mariæ in porticu.*

† *Ego Odo Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.*

† *Ego Gregorius Presbyter Card. tit. S. Calixti.*

† *Ego Guido Presbyter Card. tit. S. Griſogoni.*

Ego

† *Ego Vbaldus Preſbyter Card. tit. S. Praxedis.*
† *Ego Manfredus Preſbyter Card. tit. S. Savinæ .*
† *Ego Aribertus Preſbyter Card. tit. S. Anaſtaſiæ.*
† *Ego Julius Preſbyter Card. S. Marcelli.*
† *Ego Guido Preſbyter Card. tit. Paſtoris.*
† *Ego Bernardus Preſbyter Card. tit. S. Clementis.*
† *Ego Centius Portuenſis Epiſcopus &c. S. Rufinæ .*
† *Ego Octavianus Preſbyter Cardin. S. Cæciliæ .*
† *Ego Aſtaldus Presbyter Cardin.titu. S. Priſcæ .*
† *Ego Gerardus Preſbyter Cardin. tit. S.Stephani in Cælio monte .*
† *Ego Johannes Preſbyter Cardin. SS.Johannis & Pamachii.*
† *Ego Henricus Preſbyter Cardin. titu. SS.Nerei Archilei .*
† *Ego Johanes Preſbyter Cardin. titu. SS.Silveſtri , & Martini :*

Bulla SS. D. Noſtri Adriani Papæ IV. pro Eccleſia S.Potentianæ de Vrbe unita Canonicæ Rhenanæ.

Eſt Bononia.

ADRIANUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei . Dilecto filio Guidoni Priori Eccleſiæ S. Mariæ de Rheno , ejusque Fratribus tàm præſentibus , quàm futuris canonicè viventibus in perpetuum .

Decor domus Domini diligendus eſt , & locus habitationis gloriæ ejus attenta diligentia , & reverentia honorandus , Eccleſia namque Dei , quæ non ſine multo ſudore , & labore peregrinatur in Terris pro illius amore , & deſiderio , quæ perpetuis, & inconcuſſis gaudiorum præmiis fruetur in Cœlis Religioſas perſonas , quæ famulatui conditoris noſtri mancipatæ ſunt attentiùs reveretur , & diligir . Nos quoque quibus à proviſore omnium bonorum Domino , univerſalis Eccleſiæ cura ipſo diſponente commiſſa eſt , beneplacentem Deo Religionem pro noſtri officii debito laboramus ſtatuere , & ſtabilitam exacta diligentia conſervare , maximè in Urbe Roma , in qua ſicut antiquitùs caput totius erroris fuerat , ita nimirùm Chriſtianitatis tempore dignum eſt , ut in ea totius Sanctitatis lumen effulgeat . Hujus itaque rationis debito provocari cariſſimi filii noſtri Guidonis Presbyteri Cardinalis Tit. Paſtoris precibus annuentes , Eccleſiam S. Potentianæ , conſilio Fratrum noſtrorum ribi, tuisque ſucceſſoribus ordinandam , regendamque Apoſtolicæ Sedis auctoritate committimus, ſtatuentes .

Vt ordo Canonicus in ea per vos Deo Auctore conſtituatur , & juxta inſtitutionem , & obſervantiam regulæ veſtræ perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conſervetur . Ad hæc medietatem omnium poſſeſſionum , quas prædicta Eccleſia in præſentiarum rationabiliter poſſidet , cum medietate Vinearum , & penſionum ad eamdem Eccleſiam pertinentium , juxtà diſpoſitionem prædicti filii noſtri Guidonis Presbyteri Cardinalis , Canonicis veſtris in eadem Eccleſia commorantibus confirmamus *quandiù Canonicus ordo iuxtà Beati Auguſtini regulam in loco ipſo Domino præſtante viguerit* in uſibus , & diſpoſitione fratrum ibidem Domino ſervientium ſtatuimus permanere , in quibus nimirùm poſſeſſionibus has propriis decrevimus vocabulis annotandas in Marana tres , pedicas Taudiulo tres pedicas, & tres petiolas . Salone unam pedicam . Ad Turrem S. Blaſii in loco , qui vocatur Sanctus Alexander , unam pedicam . Ad Sanctum Pedium unam Pedicam, & novem petias Vinearum , ſex Ortos circà Eccleſiam S. Joannis in Potirolo cum pertinentiis ſuis . Nulli ergò omninò hominum fas ſit hujus noſtræ Conſtitutionis , & confirmationis paginam temerario auſu infringere , ſeu quibuslibet moleſtiis perturbare, ſi quis igitur id attentare præſumpſerit , ſecundò , tertiòve commonitus , niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, honoris , & officii ſui periculum patiatur,aut excommunicationis pœna mulctetur.Amen.Amen.

Datum Romæ apud S.Petrum per Manum Rolandi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis , & Cancellarii XVI.Kal. Aprilis, Indictione tertia Incarnationis

tionis Dominicæ Anno MCLIIII. Pontificatus verò Domini Adriani Papæ IV, Anno primo.

Ego Adrianus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

† *Ego Ymarus Tuſculanus Epiſcopus.*

† *Ego Hubaldus presbyter Cardinalis tit. S. Praxedis.*

† *Ego Manfredus presbyter Cardinalis tit. S. Savinæ.*

† *Ego Aribertus presbyter Cardinalis tit. S. Anaſtaſiæ.*

† *Ego Julius presbyter Cardinalis tit. S. Marcelli.*

† *Ego Hubaldus presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Jeruſalem.*

† *Ego Aſtaldus presbyter Cardinalis tit. S. Priſcæ.*

† *Ego Guido presbyter Cardinalis tit. S. Paſtoris.*

† *Ego Gerardus presbyter Cardinalis tit. S. Stephani in cælio monte.*

Ego Johannes presbyter Cardinalis SS. Johannis & Pauli Pamachii.

† *Ego Johannes presbyter Cardinalis SS. Silveſtri, & Martini.*

† *Ego Rodolphus Diaconus Cardinalis S. Luciæ in ſepta ſolis.*

† *Ego Guido Diaconus Cardinalis S. Mariæ in porticu.*

† *Ego Iohannes Diaconus Cardin. SS. Sergii, & Bacchi.*

† *Ego Gerardus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in via lata.*

† *Ego Odo Diaconus Card. S. Nicolai in carcere Tuliano.*

Ejuſdem Adriani pro Priore, & Canonicis S. Frigdiani.

Eſt Lucæ.

ADRIANUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dileƈtis filiis, Verno Priori, & cæteris Canonicis S. Frigidiani ſalutem, & Apoſtoli cam Benediƈtionem iniunƈti nobis à Deo Apoſtolatus honorificamus officium, & in die meſſionis æternæ ſempiternæ fœlicitatis præmium expeƈtamus, ſi Religioſorum quieti attenta cura proſpicimus, & rationabilibus eorum petitionibus facilem præbemus aſſenſum, præſertim cum id, quod expetitur, & præceptis Dominicis, & Sanƈtorum Patrum conſonat institutis. Ea propter dileƈti in Domino filii, quieti veſtræ inpoſterùm providere volentes auƈtoritate Apoſtolica conſtituimus, ut nulli omninò ſine conſenſu veſtro liceat in Parochia veſtra, vel in Parochiis Eccleſiarum, quæ regimini veſtro ſunt commiſſæ, novas Eccleſias in detrimenrum veſtrum ædificare. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, & ſecundò tertiòve commonitus, præſumptionem ſuam ſatisfaƈtione congrua non correxerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani Kal. Junii 1155.

Privilegium Alexandri III. pro Canonica S. Frigdiani Lucen.

Eſt Lucæ.

ALEXANDER Epiſcopus ſervuus ſervorum Dei. Dileƈtis filiis Vener. Priori Eccleſia S. Frigdiani, ejuſque fratribus tam præſentibus, quàm futuris canonicam vitam profeſſis in perpetuum.

Ad hoc univerſalis Eccleſiæ cura nobis à proviſore omnium bonorum Deo conceſſa eſt, ut Religioſas perſonas, & beneplacentem Deo religionem ſtudeamus modis omnibus propagare: non enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, niſi ex chariratis radice procedens, à puritate Religionis fuerit conſervatus; oportet igitur omnes Chriſtianæ fidei amatores, religionem diligere, & religioſa loca cum perſonis inibi Domini ſervitio mancipatis attentius confoveri, vt nullis pravorum hominum inquinentur moleſtijs, nullis angariis fatigentur. Americus ſiquidem S. R. E. Cancellarius, & Eccleſiæ B. Mariæ novæ Diaconus Cardinalis, fratres veſtros ad eandem Eccleſiam convocavit, & de bonis ſibi à Deo præſtitis ad eorum neceſſitatem, & ſubſtentationem honeſtè providit, ut per eos ibidem Religio ſtatueretur, & locus ipſe tam

F ſpiri-

ſpiritualiter; quàm temporaliter eorum ſtudio (auxiliante Deo) augeretur: Ne igitur tam Sanctum ipſius propoſitum immutari, vel perturbari in poſterum debeat, prædeceſſorum noſtrorum Innocentii III., Cœleſtini II. Eugenii III., & Alexandri II. Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes.

Statuimus ut Diaconus Cardinalis, qui pro tempore ibidem ordinandus fuerit, de Conventu S. Frigdiani, ſi idoneus ibidem fuerit repertus aſſumatur, ſi fortè (quod abſit) ibidem reperiri non poterit, de alio Regulari Collegio vocetur, & ordinetur. Ordinatus autem cum fratribus ipſius Eccleſiæ communiter vivat, quod ſi facere noluerit, tertiam partem de omnibus reditibus antiquæ hæreditatis illius Eccleſiæ, quæ eſt in Valerano, & Galera, ſibi in ſuos uſus recipiat. Cætera verò quę regulares fratres ipſius Eccleſiæ in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſident: aut futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, liberalitate Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis (præſtante Domino) potuerunt adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa fuerunt uſibus omnimodis profutura. Salva in omnibus Apoſtolicæ Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisvè perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiovè commonita; niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti Redemptoris noſtri aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Avenioni per manus Hermani S.R.E.Subdiaconi, & Notarii XII. Kalendas Januarii. Indict. IX. Incarnat. Dominicæ Anno MCLX. Pontificatus verò Domini Alexandri Papæ III. anno primo.

Privilegium Alexandri III. pro Eccleſia, & Canonica S.Crucis in Hieruſalem dictæ, de Vrbe Reſidentibus Canonicis Regularibus.

E.7 Romæ

ALEXANDER Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis, Ubaldo Præsbytero Cardinali, ejusque Fratribus tàm præſentibus, quàm futuris in Eccleſia S. Crucis, quæ dicitur in Hyeruſalem, Regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Quotiès illud à nobis poſtulatur, quòd Religioni, & honeſtati convenire dignoſcitur, animo nos docet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impartiri. Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis petitionibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam cum omnibus pertinentiis ſuis, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ad exemplar Prædeceſſoris noſtri piæ recordationis Lucii Papæ Apoſtolicæ Sedis protectione, & præſentis ſcripti privilegio communimus.

In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Canonicus, qui ſecundùm Deum, & B.Auguſtini Regulam, & Inſtitutionem Ordinis S. Fridiani ibi noſcitur inſtitutus perpetuus ibidem temporibus obſervetur, nec alius niſi de ipſa, aut S. Frigdiani Congregatione in eadem Eccleſia Cardinalis Presbyter ordinetur. Si autem (quod abſit) in ipſa Congregatione idoneus reperiri non poterit, de alio Regulari Clauſtro ejuſdem Ordinis aſſumatur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones extrà &c. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè pertur-

turbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſubſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate: ſi qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæcularisvè perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire tentaverit, ſecundò, tertiòve commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani per manus Hermani Tit. S.Suſannæ præsb.Card.xvi.Kalen. Maii Indict.xiii.Incarnationis Dominicæ Anno MCLVI. Pontif.verò Alexandri Papæ III. Anno ſeptimo.

Bulla Alexadri Papæ III. Ad Præpoſitum, & Canonicos S.Crucis de Mortario.

ALEXANDER Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Bonifacio Præpoſito in Mortarienſi Eccleſia, ejuſque Fratribus tàm præſentibus, quàm futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quanto Eccleſia veſtra pro Religionis, & honeſtatis virtute, ac pro bonæ opinionis odore, quo redolere dignoſcitur à prædeceſſoribus noſtris majori ſemper fuit prærogativa, & privilegio decorata, tantò nos eorum imitatione ipſam Eccleſiam cupimus ampliori charitate diligere. Et vobis pro Fide Catholica multa dura, & aſpra ſuſtinentibus, quæ ad incrementum, & exaltationem ejus pertinent benigniori animo indulgere; cum hæc præſertim ad jus, & diſpoſitionem Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & tutelam uoſtram ſpecialiter dignoſcatur nullo mediante ſpectare. *Eſt Mortarii.*

Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prædeceſſorum noſtrorum fel.mem.Innocentii, Lucii, & Eugenii Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, præfatam Mortarienſem Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia impræſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Præterea paci, & quieti veſtræ paterna ſolicitudine perſpicere cupientes, Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, & firmiter prohibemus, ut Fratres veſtros in quibuſcumque Parochiis fuerint, nulli Epiſcoporum, vel Clericorum fas ſit excommunicationis, vel interdicti ſententia innodare, & vobis in Eccleſia veſtra cum generale Interdictum Provinciæ, vel Civitatis veſtræ fuerit, ſuppreſſa voce, non pulſatis Campanis divina liceat celebrare.

Oblationes quoque, quæ in Eccleſiis veſtris gratuita, & pia devotione offeruntur, abſque alicujus contradictione recipiatis. Interdicimus inſupèr nè intrà Parochias Eccleſiarum veſtrarum ſine conſenſu Diœceſani Epiſcopi, & veſtro, aliqua Eccleſia conſtruatur. Adiicimus autem, ut nullus Epiſcopus, Clericus vel Laicus ab Eccleſiæ Sanctæ Crucis, & obedientiis ejus, Hoſpitium aut aliquod temporalium rerum ſervitium ex debito poſſit exigere, niſi quod à vobis pro penſione fuerit conſtitutum aut pro alio.

Ad hæc pro veſtro, & Religionis veſtræ ſtatu ſoliciti admodum exiſtentes,

præſenti ſcripto ſancimus, ut cum ab Epiſcopis, vel aliis perſonis, in quorum Epiſcopatibus Eccleſiæ veſtræ factæ ſunt, pro Legatis, aut aliis Nunciis Sedis Apaſtolicæ, ſive procuratoribus Romanorum Pontificum, aliquæ factæ fuerint collectæ pro capite, & pro illis Eccleſiis, quæ eandem libertatem habent cum capite, non per alios, ſed per vos ipſos exindè teneamini reſpondere.

Chryſma verò, & Oleum Sanctum, & Conſecrationes Altarium, ſive Baſilicarum, Ordinationes Clericorum, ſi Eccleſia, in cujus Diœceſi eſtis, Catholico Poſtore carverit, à quo malueritis Catholico ſuſcipiatis Epiſcopo.

Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum liceat ſupradictam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia, & integra couſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, Salva nimirum Apoſtolicæ Sedis auctoritate, ſi qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona, hanc noſtræ conceſſionis paginam ſciens, contra eam venire temtaverit. Secundò tertiovè commonita, niſi præſumptione ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisvè ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sanctiſſio Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemproris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant Amen amen.

D tum Beneventi per manum Gratiani Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconi, & Notarii. Kal. Decembr. indict. I. Incarn. Domin. Anno MCLXVIII. Pontific. verò Domini Alexandri Papæ III. Anno X.

✝ *Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus*

✝ *Ego Bernardus Portuen. & S. Rufinæ Epiſcopus.*

✝ *Ego Hubaldus Presbyter Card. S. Crucis in Jeruſalem.*

✝ *Ego Joannes Presbyter Card. S. Anaſtaſiæ.*

✝ *Ego Boſo Presbyter Card. S. Pudentianæ tit. S. Paſtoris.*

✝ *Ego Petrus Presbyter Card. tit. S. Laurentii in Damaſo*

✝ *Ego Theodorus Presbyter Card. S. Vitalis tit. S. Veſtinæ.*

✝ *Ego Arditio S. Theodori Diaconus Card.*

✝ *Ego Manfredus Card. S. Georgii ad Velum Aureum.*

✝ *Ego Vgo Diac. Card. S. Euſtachii juxta Templum Agrippæ.*

Bulla Sanctiſſimi D. N. Alexandri Papæ III. pro Eccleſia, & Canonica S. Mariæ de Rheno.

Eſt Bononiæ.

ALEXANDER Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Guidoni Priori Eccleſiæ S. Mariæ de Rheno ejuſque fratribus tàm præſentibus, quàm futuris Regularem vitam Profeſſis in perpetuum. Effectum juſta poſtulantibus indulgere, & rigor æquitatis, & ordo exigit rationis; præſertim quando petentium voluntatem, & pietas adjuvat, & veritas non relinquit. Quapropter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prædeceſſorum noſtrorum fœlicis memoriæ, Innocentii, Lucii, Eugenii, & Anaſtaſii Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, præfatam Eccleſiam Beatæ Dei genitricis ſemperque Virginis Mariæ, in qua Divino eſtis obſequio mancipati, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus.

In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Canonicus qui ſecundum Deum, & B. Auguſtini in regulam in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quæcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futu-

futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis Eccleſiam S.Salvatoris in Civitate Bononiæ; In Turricella Eccleſiam S.Andreæ, Eccleſiam S. Dominici juxta Bagnum, Eccleſiam S. Mariæ in Raſicoſa cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam S.Jacobi, quæ dicitur Caſa Dei cum pertinentiis ſuis, Pontem, qui juxta Eccleſiam veſtram ſuper Rhenum ſitus eſt cum ſuis poſſeſſionibus, prohibemus quoque ut nullus fratrum poſt factam in eodem loco profeſſionem, abſque Prioris, vel Congregationis ſpontanea permiſſione ex eodem clauſtro diſcedat. Diſcedentem verò abſque communium litterarum cautione nullus omninò ſuſcipipiat, ſed ſi aliquis ipſorum fratrum extra clauſtrum auſus fuerit ſine prædicta licentia permanere, ſi ſecundò tertiovè commonitus reſipiſcere forte contempſerit, liceat Priori ejuſdem loci excommunicationis in ipſum tamquam in profeſſum ſuum ſententiam promulgare, Clericos verò ſive laicos liberos ſeculariter viventes, ad converſionem ſuſcipiendi, abſque alicujus contradictione liberam facultatem habeatis. Sanè laborum veſtrorum, quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum Animalium, nullus omninò à vobis decimas exigere præſumat, Oleum quoque Sanctum ordinationes Clericorum qui ad Sacros ordines fuerint promovendi à Diœceſano ſuſcipiatis Epiſcopo, ſi quidem Catholicus fuerit, & gratiam atque commmunionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, & ea gratis, & abſque pravitate aliqua voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis adire antiſtitem. Qui nimirum noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur indulgeat. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni, & eſtremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi excommunicati, vel interdicti ſint nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia Matricis Eccleſiæ. Ad hæc etiam adjicientes ſtatuimus, ut nulli Archiepiſcopo, Epiſcopo, aut alicui omnino perſonæ, fas ſit in prædicta Eccleſia B. Mariæ exactionem facere, ſeu Priori, & Fratribus gravamina irrogare obeunte verò te nunc eidem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptione, aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem. Et B. Auguſtini Regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis pro futura ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica juſtitia, ſi qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiovè commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque; ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini Jeſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Datum Beneventi per manum Gerardi S.R.E. Notarij XVII. Kalen. Junii. Indict. 2. Incarnat. Dominicæ Anno MCLXVIV. Pontificatus verò Domini Alexandri Papæ III. Anno X.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

✝ *Ego Hubaldus Hoſtien. Epiſcopus.*

✝ *Ego Bernardus Portuenſis, & S.Rufinæ Epiſcopus.*

✝ *Ego Hubaldus presbyter Card. tit. S.Crucis in Hieruſalem.*

✝ *Ego Joannes presbyter Card. SS. Io. & Pauli tit. S. Pamachii.*

✝ *Ego*

† *Ego Boſo presbyter Card. S. Pudentianæ Paſtoris.*
† *Ego Iacintus Diaconus Card. S. Mariæ in Coſmedin.*
† *Ego Ardiſio Diaconus Card. S. Theodori.*
† *Ego Cinthius Diaconus Card. S. Adriani.*
† *Ego Hugo Diaconus Card. S. Euſtachii juxta Templum Agrippæ.*
† *Ego Vitellus Diaconus Card. SS. Sergii, & Bacchi.*

Privilegium Alexandri III. pro Canonica SS. Quadrgainta Martyrum Tarviſii.

Eſt Romæ.

ALEXANDER Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Priori Eccleſiæ Sanctorum Quadraginta Martyrum extra muros Civitatis Tarviſinæ in loco, qui dicitur Ricina ejuſque Fratribus tàm præſentibus, quàm futuris Regularem vitam profitentibus in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus, Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, nè forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur (quod abſit) Sacræ Religionis infringat.

Ea propter Dilecti in Domino filii veſtri juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, præfatam Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus.

In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Canonicus, qui ſecundum Deum, & B. Auguſtinum Regulam, & Inſtitutionem Ordinis Eccleſiæ S. Frigdiani eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Prætereà quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis (præſtante Domino) poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis ex donatione Venerabilis Fratris noſtri Tarviſini Epiſcopi Eccleſiam S. Vitalis de Valle Aſten. cum omnibus maſſaritiis, & poſſeſſionibus, rebus etiam mobilibus, ſimul immobilibus, quas in præſenti habet, vel in futuro habuerit, totamque terram, quam in loco, qui vocatur Cilian. idem Epiſcopus ad manus ſuas tenebat, & uſum nemorum ejuſdem Epiſcopi de prædicto loco tàm pro igne, quàm pro domibus ibidem ædificandis. Piſcationem verò, quam vobis pro communi Fratrum neceſſitate, cum veſtris privatis Piſcatoribus à Ponte Sileris, uſque ad locum, qui dicitur Caſagorba, Inſulam etiam fluvium prædicti, Sileris adjacentem, quàm vobis cum aquæductu pro molendinis extruendis idem Epiſcopus de mera liberalitate donavit: ad hæc quemadmodùm prænominatus Epiſcopus vobis, & Eccleſiæ veſtræ rationabili deliberatione indulſit, & ſcripto proprio confirmavit. Videlicet, ut quisque Vaſſallorum Eccleſiæ ſuæ ab Eccleſia eadem quinque, vel plures manſos habens, Eccleſiæ veſtræ de quinque unum, & de decem duos, & ſi infrà quinque manſos habuerit, de feudo ſuo unum, aut duo, ſeu tria, vel quatuor jugera, & ſi quis unum, vel plures Agros à via, quæ dicitur Calle de muro, uſque ad Civitatem ab Epiſcopo habens Agrum, vel Terram, liberè donare valeat vendere, aut in teſtamento dimittere, cunctæ vobis, & etiam Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica confirmamus. Nihilominùs etiam ſicut vobis ab eodem Epiſcopo indultum eſſe dignoſcitur, ſicque de conſueta liberalitate Sedis Apoſtolicæ indulgemus, ut quicunque de Fidelibus dicti Epiſcopi, habitum in Eccleſia veſtra voluerit converſionis aſſumere omnes feudos ſuos, quos habet ab Epiſcopatu redditus, dum vixerit habeat ſine moleſtia, ita quod poſt mortem, vel ad Eccleſiam Tarviſinam, aut hæredes illius idem feudus liberè revertatur, nullique Epiſcopo Tarviſino ab Eccleſia veſtra præter unum Bizantium, qui per cenſum conſtitutus eſt ſingulis annis in feſto S. Andreæ octo diebus ante, vel poſt, Tarviſino Epiſco-

po

Digitized by Google

po perſolvendus exigete liceat, vel exactionem eidem imponere; Chriſma verò, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, Dedicationes Eccleſiarum, & Ordinationes Clericorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promovendi à Diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, & ea gratis, & abſque ulla pravitate vobis voluerit exhibere, alioquin liceat vobis, quem malueritis adire Antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur indulgeat, cum autem ad Synodum, vel Capitulum Tarviſini vocati fueritis. Prior cum uno, vel duobus fratribus ad Synodum, vel Capitulum ſemper debeant veluti ſtatutum eſt convenire. Nec novalium veſtrorum, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſivè de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus à vobis decimas præſumat exigere, ſepulturamque illius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat; ſalva tamen Juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte vero te ejuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris, de veſtro, ſi ibi idoneus inventus fuerit, aut de Collegio, vel Ordine S.Frigdiani ſecundùm Dei timorem, & Beati Auguſtini Regulam, providerint eligendum. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatam, Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia, & integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; Salva Sèdis Apoſtolicæ auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi pro dicto cenſu, & debita reverentia, ſi qua igitur Eccleſiaſtica in futurum, ſæcularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contrà eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiovè commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo nomine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Tuſculani per manum Gratiani S. Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi, & Notarii 13. Kalen. Decembris Indictione quinta Incarnationis Dominicæ Anno 1172. Pontificatus verò D.Alexandri Papæ III. Anno XIII.

Ejuſdem Alexandri pro Canonica Rhenana.

ALEXANDER Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Gerardo Priori Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Rheno, ejuſque fratribus tam præſentibus, quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Cum nobis ſit licet immeritis omnium Eccleſiarum cura, & ſollicitudo commiſſa, pro ſtatu Eccleſiæ veſtræ paſtoralem cogimur ſollicitudinem gerere, & paci veſtræ, prout nobis Dominus dederit intendere diligenter, ut autem à pravorum incurſibus Apoſtolica ſitis defenſione muniti, Eccleſiam in qua divino eſtis obſequio mancipati Indulto præſenti, precibus, & juſtis poſtulationibus veſtris ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſenti ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in quo prædicta Eccleſia conſtructa eſt, cum omni-

Eſt Bononiæ.

omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam Sancti Andreæ in Turricella, Eccleſiam Sancti Donnini juxta Bagnum, Eccleſiam S. Salvatoris, Eccleſiamque S. Praxedis, ſicut a piæ memoriæ prædeceſſore noſtro Papa Anaſtaſio vobis conceſſa eſt; ſalvo jure, & reverentia Cardinalis, qui pro tempore in eadem Eccleſia fuerit, vobis auctoritate Apoſtolica confirmamus, libertates quoque, & immunitates rationabiliter indultas a bonæ memoriæ Gerardo quondam Bononien. Epiſcopo Eccleſiæ veſtræ, & aliis Eccleſiis veſtris quas prædiximus, videlicet, ut enim omnibus rebus ſuis tam mobilibus, quàm immobilibus, ab omni conditione, & in ſervitio, & tributo tenentium ab Epiſcopo tàm Monachorum, & Clericorum, quàm Laicorum, vel alicujus tàm magnæ, quàm parvæ perſonæ dominio, præter Epiſcopale jus liberæ ſint penitùs, & quietè ratas habemus, & firmas, eaſque perpetuis temporibus illibatas manere cenſemus. Liceat quoque vobis Clericos, & Laicos è ſæculo fugientes, liberos, & abſolutos, ad converſionem recipere, & in veſtra Eccleſia abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Fratrum veſtrorum poſt factam in loco veſtro profeſſionem fas ſit de eodem loco abſque licentia Prioris ſui, niſi obtentu arctioris Religionis diſcedere. Diſcedentem verò ſinè communium litterarum veſtrarum cautione, nullus audeat retinere. Si verò diſceſſerit, & a vobis commonitus redire contempſerit, fas ſit tibi fili Prior, tuiſque ſucceſſoribus, ſicut præfatus Bononien. Epiſcopus ſtatuit, ipſum a divinis officiis interdicere, interdictum verò nullus Abbas, ſeu Prælatus Bononien. Epiſcopatus contra ſtatum ejuſdem Epiſcopi infra Epiſcopatum ipſum recipere audeat. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimur, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepelliri deliberaverint niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint nullus obſiſtat. Salva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Ad hæc, ordinationes Clericorum veſtrorum, a qua malueritis Catholico Epiſcopo ſuſcipiendi, liberam vobis concedimus facultatem, ſicut memoratus Epiſcopus facultatem ipſam vobis per ſcriptum autenticum noſcitur indulſiſſe, fructuum quoque veſtrorum undecumque de Epiſcopatu Bononiæ advenientium, decimas vobis confirmamus, ſicut eædem decimæ ſunt ab eodem Epiſcopo Eccleſiæ veſtræ provida circumſpectione conceſſæ. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra, & illibata ſerventur, eorum pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Bononiæ Epiſcopi canonica juſtitia; ſi qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculareſvè perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò, tertiòve commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque & extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniat. Amen. Amen.

Datum Anagniæ per manus Gratiani Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi, & Notarii, x. Kalen. Februarii, Indictione 11. Pontificatus verò Domini Alexandri Papæ III. Anno XVIIII.

† *Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*

† *Ego Hubaldus Hoſtien. Epiſcopus.*

† *Ego Joannes presbiter Card. SS. Joannis, & Pauli tit. S. Pamachii.*

† *Ego Albertus presbiter Card. tit. S. Laurentii in Lucina.*

† *Ego Boſo presbiter Card. S. Pudentianæ tit. S. Paſtoris.*

† *Ego Joannes presbiter Card. tit. S. Marci.*

† *Ego*

† *Ego Preſbiter Card. tit. S.Suſannæ.*
† *Ego Iacobus Diaconus Card. S. Mariæ in Coſmedin.*
† *Ego Cinthius Card. S.Adriani.*
† *Ego Hugo Diaconus Card. S.Angeli.*
† *Ego Laborans Diaconus Card. S. Mariæ in Porticu.*

Bulla Sanctiſſimi Domini Noſtri Alexandri Papæ III. pro Canonica Rhenana.

ALEXANDER Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis N. Priori Eccleſiæ S. Mariæ de Rheno, ejuſque Fratribus tam præſentibus, quàm futuris regularem vitam profeſſis. In perpetuum. *Deeſt in Originali.*

Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur (quod abſit) Sacræ Religionis infringat.

Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam in qua Divino manciperi eſtis obſequio, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & & illibara permaneant. In quibus hoc propriis duximus exprimenda vocabulis Eccleſiam S.Salvatoris, Eccleſiam S. Andreæ de Turricella, Eccleſiam S. Jacobi de Caſa Dei, Eccleſiam S. Donnini iuxta Bagnum, Eccleſiam S. Praxedis, ſalvo jure Cardinalis qui pro tempore fuerit, decimas quas à quadraginta annis inconcuſſe tenuiſtis, & nunc pacificè tenere noſcimini, vobis, & Eccleſiæ veſtræ auctoritate Apoſtolica confirmamus. Prohibemus etiam ut nullis fas ſit vobis, vel Eccleſię veſtræ novas, & indebitas exactiones imponere. Decernimus ergo ut nulli omninò hominum liceat pręfatam Eccleſiam, temerè perturbare, aut ei poſſeſſiones ſuas aufere, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum ſuſtentatione, ac gubernatioue conceſſa ſunt uſibus omnimodis profurura; Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Ad indicium autem hujus à Sede Apoſtolica perceptę protectionis, duos ſol. Lucen. monetæ nobis noſtriſq; ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiovè commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſs. Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax, D. N. Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructuum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternę pacis inveniant. Amen.

Datum Tuſculan. per manum Alberti S.R.E. Presbyteri Card.& Cancellarii. XII. Kal. Januarii, Indict. XII. Incarnat. Dominicæ Anuo MCLXXVIII. Pontificatus verò Domini Alexandri Papę III. Anno XX.

† *Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
† *Ego Io. Presbiter Card. SS. Ioann. & Pauli tit. S. Pamachii.*
† *Ego Ioannes Presbiter Card. tit. S. Anaſtaſiæ.*
† *Ego Ioannes Presbiter Card. tit. S. Marci.*
† *Ego Petrus Presbiter Card. tit. S.Suſannæ.*
† *Ego Cinthius Presbiter Card. S.Cæciliæ.*
† *Ego Hugo Presbiter Card. S. Clementis.*

Digitized by Google

† *Ego Ardiutius Preſbiter Card. tit. S.Crucis in Hieruſalem,*
† *Ego Gratianus Diaconus Card. SS.Coſmæ, & Damiani.*
† *Ego Ioannes Diaconus Card.S.Angeli.*
† *Ego Raynerius Diaconns Card. S. Adriani.*
† *Ego Matthæus Diaconus Card. S.Mariæ Novæ.*
† *Ego Bernardus Diaconus Card. S.Nicolai Tulliani.*

Ejuſdem Alexandri Papæ III. pro Canonica de Rheno,

Eſt Bononiæ.

ALEXANDER Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Gerardo Priori Ecelefiæ Sanctæ Mariæ de Rheno, ejuſque fratribus Regularem vitam profeſſis.

Cum nobis ſit licet immeritis omnium Eccleſiarum cura, & ſollicitudo commiſſa pro ſtatu Eecleſiæ veſtræ Paſtoralem cogimur ſollicitudinem gerere, & paci veſtræ, prout nobis Dominus dederit intendere diligenter, ut autem a pravorum incurſibus Apoſtolica ſitis defenſione muniti, Eccleſiam veſtram, in qua divino eſtis obſequio mancipati, inducti piis precibus, & juſtis poſtulationibus veſtris ſub B.Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus.

Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia *in* præſentiarum *juſtè*, & canonicè poſſidet, aut *in* futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, forma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in quo prædicta Eceleſia conſtructa eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Andreæ in Turriſella, Eccleſiam S. Domnini juxtà Bagnum, Eccleſiam S. Salvatoris, Eccleſiam quoque S. Praxedis ſicut a piæ mem. prædeceſſore noſtro Papa Anaſtaſio vobis conceſſa eſt, ſalvo jure, & reverentia Cardinalis, qui pro tempore præerit Apoſtolica auctoritate confirmamus, Libertates quoque, & immunitates rationabiliter *indultas* a bonæ mem. Gerardo quon. Bononien. Epiſcopo Eccleſiæ veſtræ, & alils Eccleſijs veſtris, quas prædiximus, videlicet, ut cum omnibus rebus ſuis tàm mobilibus, quàm immobilibus ab omni conditione, & a ſervitio, & tributo tenentium ab Epiſcopo tàm Monacorum, & Cleticorum, quàm parvæ perſonæ dominio; præter Epiſcopale jus, liberæ ſint penitùs, & quietæ, ratas habemus, & firmas, eaſque perpetuis temporibus illibatas manere cenſemus. Liceat quoque vobis Clericos, & *Laicos* è ſæculo fugientes, liberos, & abſolutos, ad converſionem recipere, & in veſtra Eccleſia abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in loco veſtro profeſſionem, fas ſir de eodem loco abſque licentia Prioris ſui, niſi obtentu arctioris Religionis diſcedere. Diſcedentem verò abſque communium litterarum veſtrarum cautione, nullus audeat retinere. Si verò diſceſſerit, & à vobis commonitus redere contempſerit, fas ſit Prior, tuiſque ſucceſſoribus, ſicut præfatus Bononiæ Epiſcopus ſtatuit, ipſum a divinis Officiis interdicere, interdictum verò nullus Abbas, ſeu Prelatus Bononię Epiſcopatus contra ſtatutum ejuſdem Epiſcopi, infra Epiſcopatum ipſum recipere audeat. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremę voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Ad hęc Ordinationes Clericorum veſtrorum, a quo malueritis Catholico Epiſcopo ſuſcipiendi, liberam vobis concedimus facultatem, ſicut memoratus Epiſcopus facultatem ipſam vobis per ſcriptum authenticum noſcitur indulſiſſe. Fructuum quoque veſtrorum undecumque de Epiſcopatu Bononiæ venientium decimas vobis confirmamus, ſicut eędem decimę ſunt ab eodem Epiſcopis Eccleſię veſtrę provida circumſpectione conceſſę. Decernimus ergò, ut

nulli

nulli omninò hominum liceat prefatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra illibata ſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis pro futura. Salva Sedis Apoſtolicę auctoritate, & Bononien. Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſ̨ecularisve perſona hujus noſtrę Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiòve commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictę ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem prẹmia ẹternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Datum Anagnię per manus Gratiani S. Romanę Eccleſię Subdiaconi, & Notarii Kal.Februarii Indict. XI. Incarnationis Dominicę Anno MCLXXXVII. Pontificatus verò Domini Alexandri Papę III. Anno XVIII.

† *Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
† *Ego Ioannes Presbiter Card. SS. Joann. & Pauli tit. S. Pamachii &c.*
† *Ego Albertus Presbiter Card. tit. S. Laurentii in Lucina.*
† *Ego Boſo Presbiter Card. S. Pudentianæ tit. S. Paſtoris &c.*
† *Ego Ioannes Presbiter Card. tit. S. Marci.*
† *Ego Petrus Presbiter Card. tit. S. Suſannæ &c.*
† *Ego Ubaldus Hoſtienſis Epiſcopus &c.*
† *Ego Jacobus Diaconus Card. S. Mariæ in Coſmedin &c.*
† *Ego Ego Eutichius Diaconus Card. S. Adriani &c.*
† *Ego Hugo Diaconus Cardin. S. Angeli &c.*
† *Ego Laborans Diaconus Card. S. Mariæ in Porticu.*

Bulla S. D. N. Lucii Papæ Tertii, pro Canonica Rheni.

LUCIVS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Gerardo Priori Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Rheno, ejuſque fratribus tàm præſentibus, quàm futuris vitam profeſſis in perpetuum. Cum nobis ſit licet canonicam immeritis omnium Eccleſiarum cura, & ſollicitudo commiſſa, pro ſtatu Eccleſiæ veſtræ paſtoralem cogimur ſollicitudinem gerere, & pacis veſtræ, prout nobis Dominus dederit intendere diligenter, ut autem à pravorum incurſibus Apoſtolica ſitis defenſione muniti, Eccleſiam veſtram, in qua divino eſtis obſequio mancipati, inducti piis præcibus, & juſtis poſtulationibus veſtris ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante dominio poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & ilibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in quo prędicta Eccleſia conſtructa eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Andreæ in Turricella, Eccleſiam S. Donnini juxta Bagnum, Eccleſiam S. Salvatoris, Poſſeſſiones, quæ fuerunt Gerardi de Sala, Eccleſiam S. Praxedis ſicut a pię memoriæ prædeceſſoribus noſtris Anaſtaſio, Alexandro, Romanis Pontificibus vobis conceſſa eſt, ſalvo jure & teverentia Cardinalis, qui pro tempore in eadem Eccleſia fuerit, Eccleſiam S. Jacobi, quæ dicitur Caſa Dei, cum pertinentiis ſuis, Pontem, qui juxta Eccleſiam veſtram ſuper Rhenum ſitus eſt cum ſuis poſſeſſionibus, libertates quoque, & immunitates rationabiliter indultas a bonæ mem. Henerico, & Gerardo Bononien.

Epiſcopis, Eccleſiæ veſtræ, & aliis Eccleſiis veſtris quas prędiximus, videlicet, ut tum omnibus rebus ſuis tàm mobilibus, quàm immobilibus ab omni conditione, & à ſervitio, & tributo tenentium ab Epiſcopo, tàm Monacorum, & Clericorum, quàm Laicorum, vel alicujus tàm magnæ quàm parvæ perſonę dominio, prętet Epiſcopale jus, liberę ſint penitus, & quietę, ratas habemus, & firmas, eaſque perpetuis temporibus illibatas manere cenſemus. Liceat etiam vobis Clericos, & Laicos è ſeculo fugientes liberos, & abſolutos ad converſionem recipere, & in veſtra Eccleſia abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in loco veſtro profeſſionem, fas ſit de eodem loco abſque licentia Prioris ſui, niſi obtentu arctioris Religionis diſcedere; Diſcedentem verò abſque communium litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere, & ſi aliquis ipſorum fratrum extra Clauſtrum auſus fuerit ſine prędicta licentia permanere, ſi ſecundò, tertiovè commonitus reſipiſcere fortè contempſerit, liceat Priori ejuſdem loci excommunicationis in ipſum tanquam in profeſſum ſuum ſententiam promulgare. Præterea decimas, quas à quadraginta annis inconcuſſę tenuiſtis, & nunc pacificè retinere noſcimini vobis, & Eccleſiæ veſtræ auctoritate Apoſtolica confirmamus. Prohibemus etiam, ùt nulli fas ſit vobis, vel Eccleſiæ veſtrę novas, & indebitas exactiones imponere. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremę voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Ad hęc Ordinationes Clericorum veſtrorum, a quo malueritis Catholico Epiſcopo ſuſcipiendi, liberam vobis concedimus facultatem, ſicut memorati Epiſcopi facultatem ipſam vobis per authentica ſcripta indulſiſſe noſcuntur, fructuum quoque veſtrorum undecumque de Epiſcupatu Bonon. venientium, vobis decimas confirmamus, ſicut eædem decimæ ſunt ab eiſdem Epiſcopis, Eccleſiæ veſtræ provida circumſpectione conceſſæ. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & Beati Auguſtini providere eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Bononien. Epiſcopi Canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiovè commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictę ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem pręmia ęternę pacis inveniant Amen. amen.

Dat. Velletri per manum Alberti S. Rom. Eccl. Preſbyteri Card. & Cancel. v. Non. Martii indict. xv. Incarnationis Dominicę Anno MCLXXXVII. Pont. verò Domini Lucii Papę III. Anno. I.

† *Ego Lucius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*

† *Ego Chonradus Sabinen. Epiſcopus.*

† *Ego Theodinus Portuen. & S.Rufinæ Epiſcopus.*

† *Ego Petrus Tuſculanus Epiſcopus.*

† *Ego Petrus tit. S.Suſannæ Presbyter Card.*

† *Ego Vibianus tit. S. Stephani in Cælio monte Presbiter Card.*

† *Ego Cinthius Presbiter Card. tit. S.Cæciliæ.*

Ego

† *Ego Arduinus Presbiter Card. tit. S.Crucis in Jeruſalem.*
† *Ego Matthæus Presbiter Card. tit. S.Marcelli.*
† *Ego Laborans Presbiter Card. S.Mariæ Tranſtiberim tit. S.Calixti.*
† *Ego Jacintus Diaconus Card. S. Mariæ in Coſmedin.*
† *Ego Ardicio S.Theodori Diaconus Card.*
† *Ego Raynerius Diac. Card. S.Georgii ad Velum Aureum.*
† *Ego Gratianus SS.Coſmæ, & Damiani Diac. Card.*

Bulla SS.D.N. Urbani Papæ III. pro Eccleſia, & Canonica S.Marię de Rheno.

URBANUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Hugoni Priori Eccleſię Sanctę de Rheno, ejuſque fratribus tàm pręſentibus, quàm futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuum. *Eſt Bononiæ.*

Cum nobis ſit, licet immeritis omnium Eccleſiarum cura, & ſollicitudo commiſſa pro ſtatu Eccleſię veſtrę paſtoralem cogimur ſollicitudinem gerere, & paci veſtrę, prout nobis Dominus dederit intendere diligenter, ut autem a pravorum in curibus Apoſtolica ſitis defenſione muniti, Eccleſiam veſtram, in qua divino eſtis obſequio mancipati, inducti piis precibus, & juſtis poſtulationibus veſtris ſub B.Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & pręſentis ſcripti privilegio communimus.

Statuentes, ut ordo canonicus, qui ſecundum Deum, & B. Auguſtini regulam in eadem Eccleſia noſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Pręterea quaſcumque poſſeſſiones, quęcumque bona eadem Eccleſia in pręſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis pręſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in quo prędicta Eccleſia conſtituta eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S.Andreę in Turricella, Eccleſiam S. Donnini juxta Bagnum, Eccleſiam S.Salvatoris, Poſſeſſiones, quę fuerunt Gerardi de Sala cum decimis, & fictis, & omnibus pertinentiis ſuis, Hoſpitale de Caſarola cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam S.Praxedis ſicut a pię mem. prędeceſſoribus ſuis Anaſtaſio, Alexandro, & Lucio Romanis Pontificibus vobis conceſſa eſt, ſalvo jure, & reverentia Cardinalis, qui pro tempore in eadem Eccleſia fuerit, Eccleſiam S.Jacobi, quę dicitur Caſa Dei cum pertinentiis ſuis, Pontem, qui juxta Eccleſiam veſtram ſuper Rhenum ſitus eſt, cum ſuis poſſeſſionibus, libertates quoque, & immunitates rationabiliter indultas a bonę mem. Henrico, & Gerardo Bononien. Epiſcopis Eccleſię veſtrę, & aliis Eccleſiis veſtris, quas prędicimus, videlicet, ut cum omnibus rebus ſuis tàm mobilibus, quàm immobilibus, ab omni conditione, & a ſervitio, & tributo tenentium ab Epiſcopo tàm magnę, quàm parvę perſonę dominio pręter Epiſcopale Jus liberę ſint penitùs, & quietę, ratus habemus, & firmas, eaſque perpetuis temporibus illibatas permanere cenſemus, liceat etiam vobis Clericos, & Laicos è ſęculo fugientes liberos, & abſolutos ad converſionem recipere, & in Eccleſia veſtra abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum in loco veſtro poſt factam profeſſionem fas ſit de eodem loco abſque licentia Prioris ſui, niſi obtentu arctioris Religionis diſcedere. Diſcedentem verò abſque communium litterarum veſtrarum cautione, nullus audeat retinere, & ſi aliquis ipſorum fratrum extra Clauſtrum auſus fuerit ſine prędicta licentia permanere, ſi ſecundò, tertiovè commonitus reſipiſcere fortè contempſerit, liceat Priori ejuſdem loci excommunicationis in ipſum, tanquam in profeſſum ſuum ſententiam promulgare. Pręterea decimas, quas a quadraginta annis inconcuſsè tenuiſtis, & nunc pacificè tenere noſcimini, vobis, & Eccleſię veſtrę auctoritate Apoſtolica confirmamus. Prohibemus etiam, ut nulli fas ſit vobis, & Ec-

cleſię

Digitized by Google

cleſię veſtrę, novas, & indebitas exactiones imponere, ſed ipſam ea ga udere decernimus libertate, quam a quadraginta annis elapſis, uſque ad hęc tempora noſcitur habuiſſe, ſepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremę voluntati, qui ſe illic ſepelliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati ſint, vel interdicti, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Ad hęc Ordinationes Clericorum veſtrorum, a quo malueritis Epiſcopo ſuſcipiendi, liberam vobis concedimus facultatem, ſicut memorati Epiſcopi facultatem ipſam vobis per authentica ſcripta indulſiſſe noſcuntur; fructuum quoque veſtrorum undecumque de Epiſcopatu Bononien. venientium vobis decimas confirmamus, ſicut eædem decimæ ſunt ab eiſdem Epiſcopis Eccleſiæ veſtræ provida circumſpectione conceſſæ. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & B. Auguſtini regulam providerint eligendum. Ad indicium autem hujus à Sede Apoſtolicà perceptæ protectionis, & libertatis, duos Lucen. ſol. monetæ perſolventes nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Bononien. Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſvè perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò, tertiòve commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perperata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quatenùs & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Datum Veronæ per manum Tranſmundi S.Romanæ Eccleſiæ Notarii VI. Februarii Indict. IV. Incarnationis Dominicæ Anno 1185. Pontificatus verò Urbani Papæ III. Anno primo.

✠ *Ego Urbanus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
✠ *Ego Theodinus Portuen., & S.Rufinæ Epiſcopus.*
✠ *Ego Henricus Albanen. Epiſcopus.*
✠ *Ego Theodinus Hoſtien., & Velitren. Epiſcopus.*
✠ *Ego Io. Presbiter Card. tit. S.Marci.*
✠ *Ego Laborans Presbiter Card. S.Mariæ Tranſtiberim tit. S.Calixti.*
✠ *Ego Pandulfus Presbiter Card. tit. XII. Apoſtolorum.*
✠ *Ego Albitius Presbiter Card. tit. S.Crucis in Jeruſalem.*
✠ *Ego Melior Presbiter Card. SS. Ioan. & Pauli tit. S.Pamachii.*
✠ *Ego Adelardus tit. S. Marcelli Presbiter Card.*
✠ *Ego Arditio Diaconus Card. S.Theodori.*
✠ *Ego Gratianus SS.Coſmæ, & Damiani Diaconus Card.*
✠ *Ego Soffredus S.Mariæ in Via lata Diac.Cardin.*
✠ *Ego Rolandus S.Mariæ in Porticu Diaconus Card.*
✠ *Ego Petrus S.Nicolai in carcere Tullian. Diac.Card.*
✠ *Ego Rodulfus S.Georgii ad Velum Aureum Diaconus Card.*

Bulla

Bulla SS.D.N. Urbani Papæ III. ad Præpoſitum, & Canonicos Creſentiacos propè Mediolanum.

VRBANUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Præpoſito, & Fratribus de Creſcentiaco, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum vita præſens nimis ſit fragilis, & caduca, ad futuram votivis nos convenit deſideriis anhelare, quæ non novit occaſum, & benemerentibus præbet gaudia ſempiterna, ſanè ſi ex ſuſceptæ adminiſtrationis officio tenemur alios ad opera charitatis inducere, eis nos ipſos bonum præſtare debemus exemplum, ut efficacior noſtra prædicatio fiat, cum a nobis fuerit opere comprobata. *Eſt Brinati*

Ea propter dilecti in Domino filii conſideratione ſupernæ retributionis inducti, Eccleſiæ S. Georgii de Brinate, quæ in alodio noſtro paterno fundata eſt, & omnibus poſſeſſionibus deſtituta, univerſas poſſeſſiones ſivè a Monialibus de Charono, excepto portu, & glarea, ſivè a Monachis S. Vincentii, aut militibus de Archonate, vel a militibus de Dugano emimus, ſicut in Inſtrumentis factis de his continetur, & poſſeſſiones etiam, quas apud locum ipſum de Brinate Germani noſtri quietas nobis, & liberas dimiſerunt, & poſſeſſiones inſuper, quas apud Caſale comparavimus, ſicut in Inſtrumento authentico continetur, largitione perpetua duximus concedendas, ut eadem Eccleſia fiat Canonica Regularis.

Statuimus igitur, ut de Collegio Eccleſiæ veſtræ ſit in ipſa Præpoſitus, & tantus Canonicorum numerus, quantus de facultatibus ipſius Eccleſiæ poſſit commodè ſuſtentari; *Et ut in ipſa Eccleſia S. Georgii ordo Canonicus ſecundum Dei timorem, & B. Auguſtini Regulam, atque inſtitutionem veſtram perpetuis temporibus inviolabiliter obſervetur*, & unus Presbyteri illius Eccleſiæ ad hoc ſit omni tempore ſpecialiter deputatus, ut pro animabus parentum, & domeſticorum noſtrorum, & pro aliis Fidelibus defunctis, necnon etiam pro ſalute noſtra ſingulis diebus, quibus de generali conſuetudine convenienter id facere poſſit, Miſſarum ſolemnia cantet.

Præpoſito autem præfatæ Eccleſiæ, qui pro tempore fuerit decedente, Fratres ejuſdem Eccleſiæ de ſeipſis, ſi inter eos idoneus repertus fuerit, aut Collegio Fratrum veſtrorum ſibi Præpoſitum eligendi liberam habeant facultatem, ita tamen, ut electus à Præpoſito, qui in Eccleſia veſtra pro tempore fuerit, ſicut canonicum eſt, debeat confirmari.

Statuimus etiam, ut eadem Eccleſia S. Georgii de Ordinis obſervantia, Eccleſiæ veſtræ ſicut filia Matri reſpondeat, eique debitam obedientiam exhibeat, & honorem, & Præpoſitus Eccleſiæ veſtræ, in Eccleſia illa correctionem habeat Regularem; ita tamen, ut Fratrum ejuſdem Eccleſiæ S. Georgii, ſi quandò defuerint, ſupplere teneatur aliorum ſubrogatione defectum.

Verum, ut Fratres illius Eccleſiæ liberiùs obſequiis poſſint vacare divinis, & Regularem Ordinem obſervare, ipſos, & eorum Eccleſiam ab omni Iuriſdictione Corbetæ, et Dairagi plebium auctoritate, qua donante domino præemineus eximimus, et ab omni gravamine Mediolanenſis Eccleſiæ liberam decernimus, & immunem: Itaque prædictis plebibus quicquid juris aliquandò ſibi in Eccleſia illa vendicare, aut Mediolanenſis Eccleſiæ in ipſa exactionem quamlibet exercere minimè liceat; eo duntaxàt excepto, quòd Mediolanen. Archiepiſcopo annuam libram Ceræ, nomine cenſus in ipſa Eccleſia S. Georgii reſervamus, ut ab eo Canonicis ipſius Eccleſiæ opportunæ defenſionis auxilium in ſuis neceſſitatibus impendatur; Si verò Archiepiſcopus eandem Eccleſiam contra ſtatutum noſtrum malitiosè aliquo tempore moleſtaverit, ex tunc eam non ſolùm in aliis, ſed etiam in ſolutione cenſus a perſolutione ipſius exemptam fore ſtatuimus, & ſicut ſpecialem filiam ad jus, & proprietatem Romanæ Eccleſiæ. Salvo jure Eccleſiæ noſtræ liberè devolvendam;

Germa-

Germanis autem noſtris, & eorum hæredibus, Juspatronatus in ipſa Eccleſia reſervamus, ut eam in ſuis juſtitiis defendere teneantur, non tamen, ut in ipſa quicquam ſibi aliud vendicare debeant, niſi quod Eccleſiarum fundatoribus in eiſdem Eccleſiis ſecundùm Sacrorum Canonum ſtatuta debentur, videlicet, ut ſi quis eorum ad converſionem Fratrum ejuſdem Eccleſiæ S. Georgii aliquandò tranſire voluerit, in conſortium illorum recipi debeat, vel ſi vergeret ad inopiam, non ex debito, ſed ex gratia charitatis ei ſecundum facultates Eccleſiæ ſubſidium conferatur.

Ut igitur Conſtitutio noſtra ſuper iis inviolabilem firmitatem obtineat, ſub interminatione anathematis inhibemus, ne quis eam infringere audeat, vel in aliquo diminuere; ſed omnia ſicut prædicta ſunt, futuris temporibus obſerventur: ſi quis autem hujus noſtræ Conſtitutionis paginam temerè violare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Veronæ VII. Kal. Decembris 1186. Pontificatus Anno primo.

Urbanus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Eſt Mortarii.

Bulla Urbani III. pro Præpoſitum S. Crucis de Mortario apud Inſubres.

VRBANUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Nicolao Præpoſito Eccleſiæ Sanctæ Crucis Mortarien., ejuſque Fratribus tàm præſentibus, quàm futuris, Regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Quanto Eccleſia veſtra pro Religionis, & honeſtatis virtute, ac bonæ opinionis odore, quo redolere dignoſcitur a prædeceſſoribus noſtris majori ſemper fuit prærogativa, & privilegio decorata; tantò nos eorum imitatione ipſam Eccleſiam ampliori cupimus charitate diligere, & vobis pro Fide Catholica multa dura, & aſpera ſuſtinentibus, quæ ad incrementum, & exaltationem ejus pertinent benigniori animo indulgere, cum hæc præſertim, ad juris diſpoſitionem Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & tutelam noſtram ſpecialiter dignoſcitur nulla mediante ſpectare.

Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prædeceſſorum noſtrorum fel. me. Innocentii, Lucii II., Eugenii, & Alexandri Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, præfatam Mortarienſem Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus.

In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo canonicus, qui ſecundum Deum, & B. Auguſtini Regulam in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, aut largitate Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis [præſtante Domino] poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus illibata permaneant, in quibus hic propriis duximus exprimenda vocabulis.

Locum ipſum, in quo Eccleſia ſita eſt cum omnibus pertinentiis ſuis. In Epiſcopatu Mediolanenſi, Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Carpenzago. In Papienſi Eccleſia Sancti Marcelli. Apud Carbonariam, Eccleſia Sancti Victoris, Eccleſiam Sanctæ Mariæ, & Hoſpitale juxtà poſitum. In Suburbio Mortarien., Eccleſiam Sancti Caſſiani, Eccleſiam Sanctorum Siri, & Geminiani, Eccleſiam Sancti Petri de Cantiano. Apud Zemitum, Eccleſiam Sanctę Marię. Apud Ticinetum, Eccleſiam S. Andreæ. Apud Caſtrum S. Salvatoris, Ecclecleſiam S. Andreę. In Epiſcopatu Novarienſi, Eccleſiam S. Jacobi. Apud Guilengnum, Eccleſiam S. Andreę. In Epiſcopatu Vercellenſi, Eccleſiam S. Gratiani

in

in Civitate. Apud Plancheram, Eccleſiam S. Mariæ. Apud Pontemſturię, Eccleſiam S. Agathæ. In Epiſcopatu Hiporegienſi, Eccleſiam S. Laurentii. In Epiſcopatu Taurinen. apud Braidam Eccleſiam S. Andreæ in Villa. In Caſtro Eccleſiam S. Mariæ. In Albanenſi Epiſcopatu ap. Nevias, Eccleſiam S. Petri, & Cappellam S. Michaelis, & Eccleſiam S.Juliani. In Epiſcopatu Aſten. in Civitate, Eccleſiam S.Mariæ Novę. Apud Caſtrum S. Martini, Eccleſiam S.Marię, & S. Martini. In Epiſcopatu Aquen. Apud Lamerias, Eccleſiam S. Joannis, Eccleſiam S. Michaelis. Apud Gamundium, Eccleſiam SS.Trinitatis, & Hoſpitale S.Rainerii. In Derthonen. Epiſcopatu in Civitate, Eccleſiam S. Matthęi, Prioratus. Apud Peanariam, Eccleſiam S. Petri, Prępoſitura, Apud Struoranum, Eccleſiam S. Joannis. Apud Veſulam, Eccleſiam S. Mariæ. In Epiſcopatu Januen. in Civitate, Eccleſiam S. Theodori. Apud Dęveranum Eccleſiam S. Joannis, Eccleſiam S. Mariæ de Albarion, Eccleſiam S. Marię de Monte. Apud Prianum, Eccleſiam S. Marię. Apud Pratum, Eccleſiam S. Petri. In Epiſcopatu Placentino, Eccleſiam S. Matthęi. In Epiſcopatu Parmenſi, Eccleſiam S. Michaelis. Apud Zonzonum, Eccleſiam S.Michaelis.

Quicquid pręterea in Zemito poſſideris, ſalva jurium penſione Eccleſiæ Novar. & S. Stephani Vercellen. liceat quoque vobis Clericos, vel Laicos ad Eccleſiam fugientes liberos, & abſolutos ad converſionem recipere, & eos abſquę alia contradictione retinere.

Prohibemus etiam, ne quis poſt factam profeſſionem, proprium quid habere, neve ſine Prępoſiti, vel congregationis licentia de clauſtro pręſumat diſcedere; quod ſi diſceſſerit; & monitus redire contempſerit, liceat communicato fratrum conſilio hujuſmodi ab officiis ſuis ſuſpendere. Suſpenſum verò nullus Epiſcoporum in Parochia miniſtrare permittat.

Tibi verò chariſſime fili Nicolaę Præpoſitę, ſucceſſoribuſque tuis concedimus, ut quando apud vos Epiſcopi deſunt; ſciſmaticos ad veritatem Eccleſiæ redeuntes, vel de criminibus pœnitentes reconciliare per Dei gratiam debeas, quandiù in loco voſtro Canonici Ordinis diſciplina Domino auxiliante viguerit.

Chriſma verò, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, Ordinationes Clericorum, ſi Eccleſia, in cujus Diœceſi eſt eſtis Catholico Paſtore caruerit, aut Ordines non dederit, a quo malueritis Catholico ſuſcipiatis Epiſcopo.

Ex Apoſtolica inſuper Sedis benignitate, laborum veſtrorum decimas in quibuſcumque Parochiis operamini, ad communis victus ſuſtentationem vobis quietè habendas, poſſidendaſque concedimus; ſtatuentes ut nulli Epiſcoporum, vel Epiſcopalium miniſtrorum liceat ſuper hac re, veſtriſque ſucceſſoribus moleſtiam irrogere, neque Laicis quibuslibet facultas ſit eaſdem decimas aliqua ſibi violentia vendicare.

Manſuro prætereà Decreto in perpetuum Eccleſias, vel Eccleſiarum poſſeſſiones, quæ per diverſas Parochias Canonicę veſtræ conceſſæ ſunt, aut in futurum largiente Domino conceduntur vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in Regularis diſciplinæ Obſervantia permanſuris, quietas ſemper, & liberas decernimus permanere. Nec Epiſcopis, aut perſonis quibuslibet eas ab Eccleſiæ veſtræ unitate, ac ſubjectione ſubtrahere, neque Clericis in illis habitantibus, lięeat Congregationis veſtræ conſuetudines, & obedientiam refutare.

Omnibus autem Eccleſiæ veſtræ Præpoſitis interdicimus, & omninò prohibemus, nè poſſeſſiones ubilibet ad ipſam Canonicam pertinentes audeant diſtrahere, aut perſonis ſæcularibus in feudum dare, vel quibuslibet ingeniis alienare, aut ſine Congregationis conſenſu in alicujus perſonæ jus poſſeſſionemque transferre.

Porrò Eccleſiarum veſtrarum Presbyteri colonorum ſuorum pœnitentiam, ſepulturam, & cætera ſacerdotalia officia ſolemniter impleant.

Prætereà paci, & quieti veſtræ paterna ſolicitudine proſpicere cupientes,

H Apoſto-

Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, & firmiter prohibemus. Ut Fratres veſtros in quibuſcumque Parochiis fuerint, nulli Epiſcoporum, aut Clericorum fas ſit excommunicationis, vel interdicti ſententia innodare. Quum verò generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, clauſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis Campanis, ſuppreſſa voce divina Officia celebrare.

Interdicimus inſuper infrà nè Parochias Eccleſiarum veſtrarum ſine conſenſu Diœceſani, & veſtro aliqua Eccleſia conſtruatur.

Adiicimus autem, ut nullus Epiſcopus, Clericus, vel Laicus ab Eccleſia S.Crucis, & obedientiis ejus, Hoſpitium, aut aliquid temporalium rerum ſervitium ex debito poſſit exigere, niſi quod à vobis pro penſione, aut pro alio fuerit conſtitutum.

Ad hæc pro veſtro, & Religionis veſtræ profectu ſollicita admodùm exiſtentes, præſente ſcripto ſancimus, ut cum ab Epiſcopis, aut aliis perſonis, in quorum Epiſcopatibus Eccleſiæ veſtræ ſitæ ſunt pro Legatis, aut aliis Nunciis Apoſtolicæ Sedis ſivè Procuratoribus Romani Pontificis aliquæ factæ fuerint collectæ pro capite, & pro illis Eccleſiis, quæ eandem libertatem habent cum capite, non per alios, ſed per vos ipſos exindè teneamini reſpondere.

Sepulturam prætereà ipſius loci liberam eſſe ſancimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat quemadmodùm prædeceſſoris noſtri Papæ Lucii privilegio continetur.

Oblationes quoque, quæ in Eccleſiis veſtris gratuita, & pia devotione offeruntur abſque alicujus contradictione recipiatis.

Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet fatigationibus vexare, quæ omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura; Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur Eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiovè commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sanctiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptorrs noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Dat. Veronæ per manum Alberti Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis, & Cancellarius. Kalen. Junii, Indictione v. Incarnationis Dominicæ, Anno 1187, Pontificatus verò D. Urbani Papæ III. anno ſecundo.

✠ *Ego Urbanus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
† *Ego Petrus de Bonis presbiter Card. S.Suſannæ.*
† *Ego Laborans presbiter Card. S.Mariæ Tranſtiberim, tit. S.Calixti.*
† *Ego Pandulfus presbiter Card.SS.Apoſtolorum.*
† *Ego Melchior presbiter Card.SS.Joann.Pauli tit. S.Pantalei.*
† *Ego Adelardus tit. S.Marcelli presbiter Card.*
† *Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus.*
† *Ego Paulus Prænestinus Epiſcopus.*
† *Ego Theobaldus Hoſtienſis, Veletrenſis Epiſcopus.*
† *Ego Jacintus in Coſmedin Diac.Card.*
† *Ego Gratianus SS.Coſmæ, & Damiani Diac. Card.*
† *Ego Rolandus S.Mariæ in Porticu Diac.Card.*
† *Ego Petrus S. Nicolai in Carcere Diac.Cardin.*
† *Ego Rodulfus S.Georgii ad Velum aureum Diac. Card.*

Ejuſdem

Digitized by Google

Ejuſdem Vrbani III. pro Præpoſitura S. Agathę Cremonæ.

URBANUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Lanfrancho Præpoſito S. Agatæ Cremonen. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cùm fęl. mem. Alexander, & Lucius prędeceſſores noſtri, ſicut ex eorum litteris manifeſtè nobis innotuit prędeceſſori tuo quam tibi, de benignitate Apoſtolicę Sedis indulſerint, ut proceſſionibus Eccleſiæ veſtrę diebus ſolemnibus defferetis. Baculum Paſtoralem, nos eiſdem prędeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhęrentes, eumdem Baculum diebus ipſis in Proceſſionibus deferendi, liberam ſibi ejuſque ſucceſſoribus concędimus facultatem; nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Veronę 4. Kal.Julii. *Eſt Cremonæ.*

Vrbanus Papa III.

Bulla SS. D. N. Clementis Papę III. Ad Priorem, & Canonicos Rhenan.

CLEMENS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Hugoni Priori Eccleſiæ S. Mariæ de Rheno ejuſque Fratribus tàm præſentibus, quàm futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuum. Cum uobis ſit licet immeritis, omnium Eccleſiarum cura, & ſollicitudo commiſſa, pro ſtatu Eccleſiæ veſtræ paſtoralem cogimur ſollicitudinem gerere, & paci veſtræ, prout nobis Dominus dederit intendere diligenter, ut autem a pravorum incurſibus Apoſtolica noſtra ſitis defenſione muniti. Eccleſiam veſtram, in qua divino eſtis obſequio Mancipati inducti piis precibus, & juſtis poſtulationibus veſtris, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſpicimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. *Eſt Bononiæ.*

Statuentes, ut ordo Canonicus, qui ſecundum Deum, & B. Auguſtini Regulam in eadem Eccleſia noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones quæcumque bona, eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in quo præſcripta Eccleſia ſita eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Andreæ in Turicella, Eccleſiam S. Donnini juxta Bagnum, Eccleſiam S. Salvatoris, Poſſeſſiones, quæ fuerunt Girardi de Sala cum decimis, & fictis, & omnibus pertinentiis ſuis, Hoſpitale de Caſariola cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Praxedis, ſicut a Piæ memorię prædeceſſoribus noſtris Anaſtaſio, Alexandro, Lucio, & Vrbano Romanis Pontificibus vobis conceſſa eſt, ſalvo jure, & reverentia Cardinalium, qui pro tempore in eadem Eccleſia fuerint, Eccleſiam S. Jacobi, quæ dicitur Caſadei cum pertinentiis ſuis, Pontem qui juxta Eccleſiam veſtram ſuper Rhenam ſitus eſt, cum ſuis poſſeſſionibus. Libertates quoque, & immunitates rationabiliter indultas à bon.mem. Henrico, & Gerardo Bononien. Epiſcopis Eccleſię veſtræ, & aliis Eccleſiis veſtris quas prędiximus, videlicet, ut cum omnibus rebus ſuis tàm mobilibus, quàm immobilibus, ab omni condictione, & à ſervitio, & tributo tenentium ab Epiſcopo, tàm Monacorum, & Clericorum, quàm Laicorum, vel alicujus tam magnę, quam parvę perſonę dominio, pręter Epiſcopale jus, liberę ſint penitùs, & quietæ, ratas habemus, & firmas, eaſque perpetuis temporibus illibatas permanere cenſemus. Liceat etiam vobis Clericos, & Laicos è ſeculo fugientes, liberos, & abſolutos ad con-

verſionem recipere, & eo in Eccleſia veſtra abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper ut nulli Fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem, fas ſit de eodem loco abſque Prioris ſui licentia, niſi obtentu arctioris religionis diſcedere. Diſcedentem verò abſque communium litterarum veſtrarum cautione, nullus audeat retinere, & ſi aliquis ipſorum Fratrum extra clauſtrum auſus fuerit ſine prædicta licentia permanere, ſi ſecundò tertiovè commonitus reſipiſcere fortè contempſerit, liceat Priori ejuſdem loci excommunicationis in ipſum tamquam in profeſſum ſuum ſententiam promulgare. Pręterea decimas quas à quadraginta annis inconcuſsè tenuiſtis, & nunc pacificam tenere noſcimini, vobis, & Eccleſię veſtræ auctoritate Apoſtolica confirmamus. Prohibemus etiam, ut nulli fas ſit vobis, & Eccleſiæ veſtrę novas, & indebitas exactiones imponere, ſed ipſam ea gaudete decernimus libertate, quam a quadraginta annis elapſis, uſque ad hæc tempora noſcitur habuiſſe. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremę voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommuicati, vel interdicti ſint nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Ad hęc ordinationes Clericorum veſtrorum, à quo malueritis Epiſcopo Catholico ſuſcipiendi, liberam vobis concedimus facultatem, ſicut memorati Epiſcopi facultatem ipſam vobis per authentica ſcripta indulſiſſe noſcuntur. Fructuum quoque veſtrorum vndecumque de Epiſcopatu Bonon. venientium decimas confirmamus, ſicut eædem decimę ſunt ab eiſdem ipſis Eccleſię veſtrę provida circumſpectione conceſſę. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia pręponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & Beati Auguſtini regulam providerint eligendum. Ad indicium autem hujus à Sede Apoſtolica perceptæ protectionis, & libertatis, duos ſolidos Lucen. monetę nobis noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum fas ſit pręfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quotum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Bononien. Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisuè perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundo tertiovè commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſu Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chtiſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictę ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quatenus, & hìc fructum bonę actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem pręmia ętemę pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani per manum Moyſi S. R. E. Suſidiaconi Vicem agentis Cancellarii xvi. Kal. Aprilis Indict. vi. Incarnat. Dominicę Anno MCLXXXVIII. Pontificatus D. Clementis Papę III. Anno primo.

† *Ego Clemens Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
† *Ego Theobaldus Hoſtien. Vellitren. Epiſcopus.*
† *Ego Johannes presbiter Card. tit. S. Marci.*
† *Ego Laborans presbiter Card. S. Mariæ Tranſtiberim tit. S. Calixti &c.*
† *Ego Albanus tit. S. Crucis in Hieruſalem presbiter Card. &c.*
† *Ego Melior presbiter Card. SS. Ioann. & Pauli tit. S. Pamachii.*
† *Ego Iacobus Diaconus Card. S. Mariæ in Coſmedin &c.*
† *Ego Gratianus SS. Coſmæ, & Damiani Diac. Card. &c.*
† *Ego Gerardus S. Adriani Diaconus Card. &c.*
† *Ego Octavianus SS. Sergii, & Bacchi Diaconus Card. &c.*

Ego

† *Ego Soffredus S. Mariæ in Via lata Diac. Card. &c.*
† *Ego Petrus S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card.*
† *Ego Rodulfus S. Georgii ad Velum aureum Diac. Card.*

Privilegium Clementis Papæ III. pro Canonica S. Georgii de Brinate propè Mediolanum.

CLEMENS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filii Conrado Prępoſito Eccleſiæ S. Georgii de Brinate ejuſque fratribus Regularem vitam profeſſis. *Et reliqua, ut ſupra. Mox.* *Eſt Brinati.*

Cum poteſtate tranſeundi portum Ticini, pro Canonicis, & eorum familia, & uſu piſcandi, & nemorum glarex, & celebrandi tempore interdicti Januis clauſis, & recipiendi ordines, ac conſecrationes à quovis Catholico Epiſcopo.

Datum Laterani MCLXXXIX. pridie idus Januarii. Indictione 7. Pontificatus noſtri Anno II.

Clemens Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Bulla Celeſtini Papæ III. pro Canonica S. Georgii de Brinate, propè Mediolanum.

CELESTINUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Conrado Præpoſito S. Georgii de Brinate, ejuſque Fratribus tam præſentibus, quàm futuris Regularem vitam profeſſis in præfatæ Præpoſiturę Monaſterio Religioſam vitam eligentibus: Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur [quod abſit] Sacræ Religionis infringat. *Eſt Brinati.*

Ea propter dilecti in Domino filii veſtris poſtulationibus clementer annuimus, & prędictam Eccleſiam S. Georgii de Brinate, in qua Divino eſtis obſequio mancipati, ad exemplar fœl. record. Urbani, & Clementis Papę prędeceſſorum noſtrorum, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & pręſentis ſcripti privilegio communimus.

In primis ſiquidem ſtatuentes, ut in eadem Eccleſia ordo Canonicorum ſecundum Dei timorem, & B. Auguſtini Regulam, & Inſtitutionem fratrum de Creſcentiaco, perpetuis temporibus inviolabiliter obſervetur. Eidem verò Eccleſię de Creſcentiaco veſtra Eccleſia de Ordinis obſervantia, ſicut filia matri reſpondeat, & debitam obedientiam exhibeat, & honorem ac Prępoſitus ipſius Eccleſię de Creſcentiaco, in Eccleſia veſtra correctionem habeat regularem, ita tamen ne fratrum veſtrum ejuſdem Eccleſię ſi quando defecerint, ſupplere teneantur aliorum ſubrogatione defectum.

Pręterea quaſque poſſeſſiones; quęcumque bona eadem Eccleſia in pręſentiarum juſtè, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis [pręſtante domino] poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in quo præfata Eccleſia ſita eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, Parochiam totius Curtis de Brinate, univerſas poſſeſſiones, quas prædictus anteceſſor noſter a Monialibus de Caron emptionis titulo acquiſivit, excepto portu, & glarea, ita tamen, quod in eo etiam pro vobis, & familia veſtra uſum piſcandi, & portus tranſitum de ipſius, & noſtra conceſſione ſine exactione aliqua habeatis, nemora glareæ ſi qua ibi fuerint, in veſtros uſus pariter ſine contradictione aliqua convertentes; cæteris uſibus tàm glareæ, quàm portus Germano, & Nepotibus memorati prędeceſſoris noſtri, & eorum hæredibus reſervatis, poſſeſſiones etiam, quas a Monachis S. Vincentii, aut a Militibus Dugnano, idem anteceſſor noſter

compa-

comparuit, ſicut in Inſtrumentis factis exindè continetur, & poſſeſſiones, quas apud locum ipſum de Brinate jam dicti Germani, & Nepotes ipſius quietas eidem, & liberas dimiſerunt, & poſſeſſiones inſuper, quas compararunt apud Graſciar. ſicut in Inſtrumento authentico continetur; quæ omnia vobis, & per vos Eccleſiæ veſtræ ad honorem Dei, & B. Georgii Martyris intuitu pietatis donavit, & firmavit, decimam verò dictarum poſſeſſionum, & omnium, quæ in Curte, & Brinate juſtis modis poteritis adipiſci vobis, & Eccleſiæ veſtræ ab eodem anteceſſore noſtro Metropolitanę Mediolani Eccleſiæ auctoritate conceſſa eſt, & auctoritate Apoſtolica confirmata; ita quòd Monialibus ejuſdem loci, occaſione, cujusque reſcripti eis ab Eccleſia Mediolani indulti, quod contra hujus conceſſionis tenorem ad inſtàr ipſius prędeceſſoris noſtri habere volumus firmitatem, vel aliis perſonis nequaquàm de poſſeſſionum ipſarum proventibus teneamini decimas exhibere.

Verùm, ut liberiùs obſequiis poſſitis vacare divinis, & Regularem Ordinem obſervare, vos & Eccleſias veſtras, & Parochiam ſuam ſuperiùs annotatam ab omni juriſdictione Corbetæ, & Dairaghi Plebium, auctoritate qua dante domino univerſali Eccleſiæ præminemus, ad exemplar jam dicti prædeceſſoris noſtri eximimus, & ab omni gravamine Mediolani Eccleſiæ liberam decernimus, & immunem, ita quod prædictis plebibus quidquam juris aliquandò ſibi in Eccleſia veſtra, vel Parochia vendicare, aut Mediolanenſis Eccleſiæ in ipſas exactionem aliquam exercere minimè liceat, eo dumtaxàt excepto, quòd Mediolani Archiepiſcopo annuam liberam Ceræ, nomine cenſus quemadmodùm idem anteceſſor noſter in veſtra Eccleſia reſervamus, ut ab eo vobis opportunæ defenſionis auxilium in veſtris neceſſitatibus impendatur. Si verò Archiepiſcopus eamdem Eccleſiam contra prædictum ſtatutum malitioſè aliquo tempore moleſtaverit, niſi tertio requiſitus congruè emendaverit; ex tunc eam non ſolùm in aliis, ſed etiam in ſolutione cenſus; à juriſdictione ipſius, ſicut idem prædeceſſor noſter ſtatuit exemptam, ſtatuimus, & ſicut ſpecialem filiam ad jus, & proprietatem Romanæ Eccleſiæ, ſalvo jure Eccleſiæ de Creſcentiaco liberè devolvendam.

Germano autem, & Nepotibus ejuſdem anteceſſoris noſtri, & eorum hæredibus ad inſtàr ipſius, Juspatronatus in ipſa Eccleſia reſervamus, ut eam in ſuis juſtitiis defendere teneantur, non tamen, ut in ipſam quidquam aliud ſibi vendicare debeant; niſi quæ Eccleſiarum fundatoribus in eiſdem Eccleſiis ſecundùm Sacrorum Canonum ſtatuta debentur. Videlicèt, ut ſi quis eorum ad converſionem veſtram aliquandò tranſire voluerit, in conſortium veſtrum recipi debeat, aut ſi vergeret ad inopiam, non ex debito, ſed gratia charitatis ei ſecundùm facultates Eccleſiæ veſtræ pium ſubſidium conferatur.

Sanè laborum veſtrorum, quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſivè de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas extorquere præſumat.

Liceat quoque vobis perſonas liberas, & abſolutas è ſæculo fugientes ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere, ita dumtaxàt, quòd Mulieres ad converſionem recipiendi omnem vobis interdicimus auctoritate Apoſtolica facultatem.

Sepulturam quoque illius liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepelliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur, liceat auctoritate vobis ad cadavera eorum, qui apud vos elegerint ſepulturum cum Cruce veſtra ſine contradictione accedere, & eos ad Eccleſiam veſtram deportare.

Cum autem generale interdictum Terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis excluſis Excommunicatis, & interdictis, non pulſatis Campanis, ſuppreſſa voce, divina Officia celebrare.

Chriſma verò, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, Ordina-

Ordinationes Clericorum, qui ad Sacros fuerint Ordines promovendi, & cætera Eccleſiæ Sacramenta à Mediolanenſi ſuſcipietis Archiepiſcopo, ſiquidèm Catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, & ea gratis, & abſque pravitate aliqua vobis voluerit exhibere alioquin liceat vobis, quem malueritis adire Antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur impendat.

Inhibemus autem nè in Eccleſias, vel perſonas veſtras quiſquam excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſententiam ſine manifeſta, & rationabili cauſa, & ſervato juris ordine audeat promulgare, niſi tale commiſſum fuerit, in quo non ſit ordo judiciarius requirendus.

Verùm tranquillitati Ordinis veſtri, & honeſtati providere volentes, in cujus Eccleſiæ veſtræ, donec per Teſtes idoneos, vel publica Inſtrumenta intentio veſtra probari potuerit præſtandi juramentum, quod in partibus veſtris novam ſuſpicionem requiritur; omnem vobis interdicimus facultatem, & ut Fratres veſtri, qui idonei fuerint ad teſtificandum pro vobis liberè inducatis per eos veſtram juſtitiam vendicantes, vel injuriam repellentes, vobis, & per vos Eccleſiæ veſtræ auctoritate Apoſtolica indulgemus.

Prohibemus inſuper nè ulli Fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco Profeſſionem, fas ſit abſque Præpoſiti ſui licentia de eodem loco diſcedere, diſcedentem verò ſine communium litterarum cautione, nullus audeat retinere, quòd ſi ea gravitate, qua decet, a vobis ſecundò, tertiovè commonitus, egreſſus Frater obedientiam Præpoſiti ſui, qui pro tempore fuerit, ad Collegium veſtrum venire contempſerit, liceat eidem Præpoſito vinculo ipſum excommunicationis aſtringere, quæ ſententia donec ad dictam ſatisfactiouem redierit, minimè relaxatur.

Ad hæc, quià nonnulli per appellationis diffugium in Religioſis Conventibus ſuorum Prælatorum correctiones evitaret, & quod ad tutelam innocentiæ eſt inventum, in diſſolutionis materiam abutatur, ſtatuimus, ut nullus in domo veſtra profeſſus à Regulari correctione Præpoſiti, vel obſervantia Religionis, & Ordinis ſecundùm ſtatuta Lateranenſis Concilii, in vocem appellationis erumpat, quod ſi attentare quisquam præſumpſerit, appellationum ipſi decernimus nullatenùs differendam, quominùs id, quod Regularis diſciplinæ popoſcerit, idem Præpoſitus cum conſilio ſenioris partis Capituli exequatur.

Quòd ſi aliquis in domo veſtra profeſſus in Fratrem ſuum Clericum, vel Converſum manus violentas injecerit, liceat eidem Præpoſito ipſum de Apoſtolicæ Sedis auctoritate abſolvere, vel delinquentem correctione debita caſtigare.

Præpoſito autem Eccleſiæ veſtræ, qui pro tempore fuerit decedente, Fratres ejuſdem Eccleſiæ de ſe ipſis, ſi inter eos idoneus repertus fuerit; alioquin de Collegio, Fratrum ipſorum de Creſcentiaco, ſibi Præpoſitum eligendi liberam habeant facultatem: Ita tamen, quòd electus à Præpoſito de Creſcentiaco, confirmationem accipiat, nec ibi aliquis per violentiam, ſeu cujuslibet ſubreptionis aſtutiam proponatur, niſi quem Fratres taliter, ut prædictum eſt ſecundùm Deum, & ſtatuta canonica duxerint eligendum.

Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Mediolani Eccleſiæ reverentia ſupradicta, qua perpetuis temporibus ſit contenta.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisvè perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiòvè commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini noſtri

noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat; cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, fiat pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus, & hic fractum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ gloriæ inveniant. Amen.

Datum Romæ apud S.Petrum per manum Egidii S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconi Card.quinto Kal.Julii, Indict. IX. Anno Incarnat.Dominicæ 1191. Pontificatus noſtri Domini Celeſtini Papæ III. anno primo,

† *Ego Celeſtinus Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopus.*
† *Ego Albanus Albanen. Epiſcopus ſubſcript.*
† *Ego Octavianus Oſtien. & Velitren. Epiſcopus ſubſcript.*
† *Ego Joannes Præneſtinus Epiſcopus ſubſcript.*
† *Ego Pandulfus presbiter Card. Baſilicæ tit.XII. Apoſt. ſubſcript.*
† *Ego Petrus tit. S.Cæciliæ presbit. Card. ſubſcript.*
† *Ego Petrus presbit. Card.S.Petri ad Vincula ſubſcrip.*
† *Ego Jordanus presbit. Card, S.Pudentianæ tit.S.Paſtoris ſubſcript.*
† *Ego Joannes tit. S.Clementis Card, Tuſculan. Epiſcopus ſubſcript.*
† *Ego Gratianus tit. SS.Coſmæ, & Damianæ Diaconus Card. ſubſcript.*
† *Ego Gerardus S.Adriani Diac.Card. ſubſcript.*
Ego Sofredus S. Mariæ in Vialata Diacon. Card. ſubſcript.
† *Ego Ego Georgius S. Mariæ in Porticu Diacon. Card. ſubſcript.*
† *Ego Bernardus S.Mariæ Novæ Diac. Card. ſubſcript.*
† *Ego Lotarius SS. Sergii, & Bacchi Diaconus Card. ſubſcript.*

Privilegium SS. D. N. Innocentii Papæ III. pro Canonica quæ dicitur Caſadei apud Placentiam.

Ex Placentia.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Joanni Priori domus, quæ eſt in loco, quæ Mariadura dicitur, ejuſque Fratribus in perpetuum. Quoties a nobis petitur, quod rationi, & honeſtati convenire dignoſcitur, animo nos docet libenti petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis in Domino poſtulationibus clementer annuimus, & prædeceſſorum noſtrorum felicis mem. Caliſti, Innocentii, Celeſtini, Anaſtaſii, Adriani, Alexandri, Lucii, Urbani, Clementis, & Celeſtini Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, Hoſpitalem domum, quæ eſt in loco, quæ Mariadura vocatur, quàm nobilis vir Gandulfus, & Uxor ejus Ghisla, Beato devotionis intuitu obtulerunt, in qua domino deſervitis ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut præfata domus tàm ab Epiſcoporum, quàm aliarum Eccleſiaſticarum, vel ſæcularium perſonarum ſit gravamine libera, & in eadem ſtatus libertate ſub Principis Apoſtolorum Petri, & noſtra protectione, ac tutela remaneat. Præterea quaſcumque poſſeſſiones quæcumque bona tàm ex dono prædicti Gandulfi, & Uxoris illius Ghislæ, quàm aliorum Dei Fidelium conceſſione, vel oblatione, idem Hoſpitale impræſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum Deo propitio rationabiliter poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & eidem Hoſpitali ad ſuſtentationem Peregrinorum, & Pauperum Chriſti, & illibata permaneant. In quibus hæc duximus propriis exprimenda vocabulis, Eccleſiam, videlicèt S. Leonardi de Cario, Hoſpitale, quod dicitur Fontana Theodorici. Auctoritate quoque Apoſtolica interdicimus, ut de laboribus, quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſeù de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus omninò Clericus, ſeù Laicus a vobis decimas extorquere præſumat. Ordinationes ſanè Presbyterorum, vel Clericorum veſtrorum à Placentino capietis Epiſcopo, ſi tamen Catholicus fuerit, & ea vobis gratis, & abſque moleſtia voluerit exhibere, alioquin pro eodem Sacramento Catholicum, quem malueritis

Præſu-

Præſulem adeatis, libertates præterea, & immunitates, necnon antiquas, & rationabiles conſuetudines domui veſtræ conceſſas, & hactenùs obſervatas, ratas habemus, & eas futuris temporibus illibatas manere ſancimus. Obeunte verò te, nunc ejuſdem loci Priore, vel ſucceſſoribus tuis, nullus ibi qualibet conjurationis aſtutia, ſeù violentia præponatur, niſi Clericus, quem Fratres communi conſenſu, vel major pars conſilii ſanioris ſecundùm Deum providerint eligendum. Ad judicium autem, quod domus veſtra propriè ad jus Beati Petri pertineat nobis, noſtriſque ſucceſſoribus tres libras Ceræ ſingulis annis perſolvetis. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatam domum temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeù quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra, & illibata ſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisvè perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam venire temptaverit, ſecundò, tertiòve commonita, niſi præſumptionem ſuam condigna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sanctiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia ęternę pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani per manum Rainaldi Archiepiſcopi Acherontini Cancellarii Vicemgerentis IV. nonas Julii. Indict. ſecunda. Incarnat. Dominicæ Anno 1199 Pontif. verò Domini Innocentii Papæ III. anno ſecundo.

Privilegium SS. D. N. Innocentii Papę III. pro Canonica Portuenſi.

Eſt Ravenn.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabili Fratri Epiſcopo Saxeciaten. Et dilecto filio electo Ravenaten. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Exhibita nobis dilectorum filiorum Prioris, & Conventus Eccleſiæ S. Mariæ in Portu Ravenaten. Ordinis S. Auguſtini petitio continebat, quod cum ipſi in diverſis Civitatibus, & locis Romandiolæ, diviſas habeant poſſeſſiones, Poteſtates, Rectores, & Conſiliarii Civitatum, & locorum ipſorum, eoſdem Priorem, & Conventum nè proventus hujuſmodi poſſeſſionum ad eoram conducant Eccleſias, propriæ voluntatis libito præſumunt impedire ab eis pedagia, & datia de hujuſmodi proventibus extorquentes, propter quod nobis humiliter ſupplicarunt, ut providere ſuper hoc ipſorum indemnitatibus curaremus. Cum ergò ſub Religionis habitu vacantibus, ſtudio piæ vitæ ſic debeamus eſſe propitii, quòd in divinis pro beneplacitis exequendis non poſſint aliquorum moleſtiis impediri, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs Poteſtates, Rectores, & Conſiliarios eoſdem, ex parte noſtra diligentiùs moneatis, & inducere procuretis, nè præfatos Priorem, & Conventum, proventus poſſeſſionum ſuarum undique ad eorum Eccleſiam deducere ſecura libertate, & abſque contradictione permittant, ſine Datii cujuslibet exactione, eos ab his, ſi fortè monitis veſtris acquieſcere contempſerint, monitione præmiſſa, per Cenſuram Eccleſiaſticam Apoſtolicè compeſcentes (non tamen in aliquam Univerſitatem Romandiolæ interdicti, vel excommunicationis ſententias proferatis, niſi a nobis ſuper hoc mandatum receperitis ſpeciale). Non obſtante ſi prædictæ ex Indulto Apoſtolico excommunicari nequeant, vel ſuſpendi, ſeu Conſtitutione de duabus die ædita in Concilio Generali. Quod ſi non ambo iis exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum nihilominùs exequatur.

Datum Aſſiſii nonis Auguſti Pontificatus noſtri Anno II. Incarnationis Dominicæ Anno 1209.

Privilegium Eccleſiæ, & Canonicæ Lateranen. Honorii Papæ III.

Eſt Romæ.

HONORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Priori, & Canonicis Lateranen. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Eccleſia veſtra, quæ ſpecialius Pontifici Romano conjungitur, ſicut in ſpe ſuæ nititur gratiæ, ita ipſius debet protectione muniri, ut quę illius erga ſe abundare cognoſcit propitiationis affectum, ejus quoque benignitatis præſidiis perfruatur.

Litteræ Apoſt. niſi faciant de his mentionem.

Facultas ædificandi Eccleſias.

Ea propter dilecti filii veſtris ſupplicationibus annuentes, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut ſi quando contra Eccleſias ad vos pertinentes litteræ Apoſtolicæ apparverint, non facientes de vobis, vel veſtra Eccleſia mentionem, per eas vos, vel Eccleſia veſtra non teneamini reſpondere. Concedimus autem ut domos, Eccleſias, Monaſteria, Hoſpitale, ac etiam Oratoria, & alia Pia loca in omni Diœc. abſque aliqua licentia cujuſcunque Epiſcopi, ſeu locumtenentis ejuſdem in veſtris fundis tantùm fundare, conſtrucre, & ædificare poſſitis, & ibidem Pauperum Hoſpitalitates, divini cultus, & alia divina miniſteria ad devotionem Populi commodè valeant celebrari.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ cocneſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Data Lateranen. 3. Idus Novembris 1220. Pontificatus noſtri Anno II.

Privilegium Honorii Papæ III. pro Baſilica Salvatoris Lateranenſis.

Eſt Romæ.

HONORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Priori, & Conventui Lateranen. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Sedis Apoſtolicæ circumſpectio, quæ circa omnes Eccleſias ſuæ providentiæ conſuevit adhibere cautelam, illarum indemnitatibus propenſiori debet ſtudio præcavere, quæ ipſi tanquàm membra capiti cohærentes, ſpecialis ſibi neceſſitudinis vincula ſunt aſtrictæ. Indè eſt, quod cum Lateranenſis Eccleſia ſpeciale membrum Apoſtolicæ Sedis exiſtat, ſtatuimus, & ſancimus, ut ſicut contra Romanam Eccleſiam non niſi centenaria currit præſcriptio ſecundùm Conſtitutiones Canonicas, & legitimas ſanctiones, ita quoque ipſi Eccleſiæ minoris temporis præſcriptio non obſiſtat. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Præſcriptio centenaria.

Datum Lateranen. nono Kalen. Maii Pontificatus noſtri anno quinto 1224.

Bulla SS. D. N. Honorii III. ad Epiſcopum Hoſtienſem Legatum Lombardiæ pro reducendis Canonicis Regularibus ad Eccleſiam Divi Petri de Cœlo aureo Papiæ.

Eſt Papiæ.

HONORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabilis Fratri Epiſcopo Hoſtienſi Apoſtolicæ Sedis Legato. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Benignè tuas recepimus litteras continentes, quod te accedente Papiam inter, alia reperiſti Monaſterium S. Petri in Cœlo Aureo nobis immediatè ſubjectum, adeò in ſpiritualibus, & temporalibus eſſe collapſum, quod niſi per Sedis Apoſtolicæ providentiam relevetur, nunquàm adiicere poterit, ut reſurgat, idem quoque Monaſterium pro magna

eſt

eſt parte dirutum, & debito ſeptem millium librarum monetæ Papienſis oppreſſum, rursùs Abbas ejuſdem loci ea occaſione, quod ad vim jam memoratum Monaſterium diſſolutionem pervenit noviter eſt occiſus. Sanè conſtitutis per te Religioſis perſonis ad bona Monaſterii procuranda in ſolutionem debiti convertenda, & Monachis interim, donec illud ab hujuſmodi reſpirat onere, in diuerſis Monaſteriis collatis, cum nunquàm ſperetur, quod locus ipſe per nigros valeat Monachos reformari, conſideraſti eſſe congruum, & reformationi ejuſdem expedire vidiſti, ſi Mortarienſis Eccleſia Ordinis S. Auguſtini ad prædictum Monaſterium, ubi Corpus ipſius requieſcere dinoſcitur transferatur, cum Canonici ejuſdem Eccleſiæ laudabile habeant teſtimonium, & dictum Monaſterium ſatis fuerit honorabile inter cætera Provinciæ Lombardiæ, inſuper a nobis in eiſdem litteris poſtulaſti, ut noſtrum ſuper hoc beneplacitum ſcriberemus. Multorum etiam Prælatorum ejuſdem Provinciæ recepimus litteras ſupplicantium, ut ad prædictum Monaſterium eandem Eccleſiam transferamus, ac proponentium hoc ipſi Monaſterio, & eiſdem Canonicis expedire, pro eo, quod præfatum Monaſterium per eoſdem Canonicos, qui vita, & converſatione Deo, & hominibus ſunt accepti, faciliùs, & meliùs, quàm per alios creditur reformandum, & indè iidem Canonici liberiùs inſiſtere poterunt Regularibus Inſtitutis, qui hactenùs in eadem Eccleſia ſæpè paſſi propter continua Guerrarum diſcrimina, deſtructionis, & combuſtionis incommodum, nequirunt, quæ ſui ſunt Ordinis commodè obſervare. Nos igitur plenam de fraternitate tua fiduciam obtinentes; per Apoſtolica tibi ſcripta mandamus, quatenùs ſuper hoc conſideratis ſingulis circumſtantiis, auctoritate noſtra cum ea, qua convenit maturitate procedas, prout ſecundùm Deum videris procedendum.

Datum Laterani Idibus Junii Pontific. noſtri Anno quinto 1224.

Bulla ejuſdem Honorii III. ad Præpoſitum, & Canonicos Mortarienſes.

HONORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filio Præpoſito, & Fratribus Mortarienſibus Ordinis S. Auguſtini ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. *Eſt Papia.*

Quæ Apoſtolicæ Sedis firmitatis auctoritate providè ordinantur,, ab eadem debent robur accipere, ne in poſterùm facilè quatiantur. Sanè Venerabili Fratri noſtro Hugoni Hoſtienſi Epiſcopo Apoſtolicæ Sedis Legato, & nonnullis aliis Viris Religioſis, ac fidedignis, nobis olim per ſuas litteras intimantibus; Monaſterium S. Petri in Cœlo Aureo de Papia, nobis immediatè ſubjectum in ſpiritualibus, & temporalibus graviter corruiſſe; ita ut ejuſdem loci Abbate occaſione multæ diſſolutiones, ad quam Monaſterium ipſum devenerat interempto, & uſuris jugitèr excreſcentibus, non ſperaretur, quod locus ipſe per nigros poſſet Monachos reformari, ac ſuggerentibus nobis, ut caput domus veſtræ ad prædictum Monaſterium, ubi Corpus ipſius Sancti noſcitur requieſcere transferemus. Nos eidem Epiſcopo dedimus in mandatis, ut conſideratis circumſtanriis univerſis in negorio ipſo auctoriiate noſtra procederet, prout ſecundùm Deum cognoſceret procedendum; porrò idem Epiſcopus variis negotiis occupatus mandavit Venerabili Fratri noſtro Jacobo Epiſcopo Taurinenſi, ut perſonaliter ad memoratum Monaſterium accedens, diligenter inquireret voluntatem Epiſcopi, Cleri, & Populi Papienſis, etſi videret poſſe fieri ſine ſcandalo, mortarienſium domui Monaſterium concederet ſæpiùs dictum; alioquin, quod ſuper hoc inveniret ei per ſuas litteras intimaret: præfatus verò Taurinenſis juxtà ipſius Legati mandatum perſonaliter ad Papienſem Civitatem accedens, & ſuper prædicto negotio diligenter inquirens Epiſcopi, Cleri, & Populi voluntatem, omnes in hoc invenit unanimes, & concordes, & cum tandem deliberato conſilio reſpondiſſent, quod hujuſmodi translationem plurimùm acceptabant, ſalvo tamen jure Apoſtolicæ Sedis, & Imperii, & Epiſcopi, & Civitatis Papienſis, ac

Digitized by Google

jure, & honore Advocatorum Monaſterii memorati: idem Taurinenſis ad ſæpedictum Monaſterium cum præfato Papiæ Epiſcopo, & Cleri, & Populi multitudine copioſa procedens, Monaſterium ipſum cum omnibus Eccleſiis, Poſſeſſionibus, juribus, & pertinentiis ſuis domui Mortarienſi liberè, & abſolutè ea, qua fungebatur auctoritate conceſſit, expreſſo, ut Monaſterium ipſum caput Mortarienſis Ordinis de cætero habeatur, ac te fili Præpoſitę vice, & nomine dictæ domus in ipſius Monaſterii corporalem poſſeſſionem induxit, tribuendo tibi liberam facultatem, poſſeſſionem omnium temporalium, & ſpiritualium, quæ ad ipſum Monaſterium pertinent auctoritate propria nanciſcendi, ejuſque proceſſum auctoritate largitionis ſibi commiſſæ, confirmavit præfatus Epiſcopus Hoſtienſis. Nos igitur Inſtrumentis, in quibus omnia ſupradicta pleniùs continentur diligenter inſpectis, conceſſionem prædictam auctoritate Apoſtolica roborantes, Monaſterium ipſum cum univerſis juribus, poſſeſſionibus, Eccleſiis, & pertinentiis ſuis temporalibus, & ſpiritualibus, vobis, & per vos Ordini veſtro auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Statuentes, ut Ordo Mortarienſis ibidem perpetuis temporibus obſervetur.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani Idus Novembris Pontificatus noſtri anno ſexto 1224.

Gregorii Noni pro Canonica Abbatiali S Andreæ Vercellarum.

Eſt Vercellis.

GREGORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Thomæ Abbati Eccleſiæ S. Andreæ Vercellen. ejuſque Fratribus, tàm præſentibus, quàm futuris, Regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religionem vitam cligeutibus, Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, Sacræ Religionis infringat: ea propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam S. Andreæ Vercellen. in qua Divino eſtis obſequio mancipati, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti Privilegio communimus,

In primis ſi quidem ſtatuentes, ut ordo canonicus, qui ſecundùm Deum, & Beati Auguſtini regulam in Eccleſia veſtra inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia ex donatione dilecti filii noſtri Guallæ Tit. S. Martini Presbyteri Cardinalis ejuſdem Eccleſiæ fundatoris, vel aliàs in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum ex teſtamento, vel donatione Cardinalis ejuſdem, conceſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc à propriis duximus vocabilis exprimenda, locum ipſum, in quo præfata Eccleſia ſita eſt cum domibus omnibus, & pertinentiis ſuis. Caſtrum, & Villam S. Germani, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, Domos, Sedimina, Terras, Vineas, & Poſſeſſiones omnes, cum omnibus juribus, & pertinentiis, quas in Carixiane, & Veinen, Caſtris, Vilis, & Teritoriis cum prædictis omnibus Eccleſiæ veſtræ idem contulit Cardinalis. Hoſpitale, quod idem Cardinalis propè Eccleſiam veſtram fundavit, & veſtræ gubernationi, & proviſioni comiſit. Ita tamen quòd de poſſeſſionibus, & bonis ipſius mobilibus, & imobilibus, per Cardinalem præfatum, vel quoſcumque alios Fideles collatis, vel conferendis, cidem, nihil vobis liceat alienare, minuere, occupare, ſeu veſtris uſibus applicare, ſed ſola ipſius Hoſpitalis viſitatione, & regulari correctione contenti, miniſtrum idoneum Confratrum ejuſdem Hoſpitale Conſilio præficiatis, ibidem, qui bona Pauperum fideliter

liter

liter adminiſtret, & generalem computationem reddat de omnibus ter in anno Abbati veſtro, & Fratribus Hoſpitalis ejuſdem, ipſique Abbati præſtet obedientiam, & reverentiam, cum omnibus aliis Fratribus, & Sororibus, ex quibus ipſe Miniſter nullum recipiat, ſed per Abbatem eundem recipiantur nomine Hoſpitalis quotiès fuerit opportunum; cum miniſtri tamen, & omnium Fratrum, vel majoris partis ejuſdem Hoſpitalis conſilio, & conſenſu. Capellam S. Andreæ ſitam juxtà Eccleſiam veſtram cum omnibus poſſeſſionibus, juribus, & pertinentiis ſuis, exceptis poſſeſſionibus, quas idem Cardinalis dicti Hoſpitalis uſibus deputavit. Eccleſiam S. Andreæ de Ciſtrotonen. Helen. Diœceſ. per cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Henricum III. Regem Angliæ, & ejus Conſiliarios Eccleſiæ veſtræ intuitu Cardinalis prædicti in proprios uſus dicti loci, & Capituli ſuo aſſenſu accedente collatam, & poſtmodum auctoritate Apoſtolica. Sanè novalium veſtrorum, quæ proprijs manibus, aut ſumptibus collitis, ſivè de Ortis, & virgultis, & piſcationibus veſtris, vel de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat, liceat quoque vobis Clericos, vel Laicos liberos, & abſolutos, à ſæculo fugientes ad converſionem recipere, ac eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Fratrum veſtrorum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem, fas ſit ſine Abbatis ſui licentia, niſi arctioris Religionis obtentu, de eodem loco diſcedere, diſcedentem verò abſque communi litterarum veſtrarum cautione, nullus audeat retinere. Quod ſi quis retinere fortè præſumpſerit, licitum vobis ſit in ipſos Canonicos, vel Converſos Eccleſiaſticam ſententiam promulgare illud diſtrictius inhibentes, ne terras, ſeu quodlibet beneficium Eccleſiæ veſtræ collatum, liceat aliter perſonæ dari, ſive alio modo alienari, abſque conſenſu totiùs Capituli, vel majoris, & ſanioris partis ipſius, ſi quæ verò donationes, vel alienationes aliter, quàm dictum eſt factæ fuerint, eas irritas eſſe cenſemus. Ad hoc etiam prohibemus, ne aliquis Canonicus, ſive Converſus ſub profeſſione veſtræ Domui aſtrictus, ſine conſenſu, & licentia Abbatis, & majoris partis veſtri Capituli pro aliquo fidejubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat, ultra pretium Capituli veſtri providentia conſtitutum, niſi propter manifeſtam Domus veſtræ utilitatem; quod ſi fortè facere præſumpſerit, non teneatur Conventus pro hiis aliquatenus reſpondere, licitum prætereà ſit vobis in cauſis propriis ſive civilem, ſive criminalem contineant quæſtionem, Fratrum veſtrorum teſtimoniis uti, nè pro defectu teſtium jus veſtrum in aliquo valeat deperire. Inſupèr auctoritate Apoſtolica inhibemus, ne ullus Epiſcopus, vel alia quælibet perſona ad Sindicos, vel Conventus ſeu Capitula, niſi ad tractanda ſpiritualia vos ire, vel judicio ſeculari de voſtra propria ſubſtantia, vel poſſeſſionibus veſtris ſubjacere compellat, nec ad domos veſtras cauſa ordines cellebrandi, cauſas tractandi, vel conventus aliquos publicos convocandi, vobis contradicentibus, & invitis venire præſumat, nec Regularem electionem Abbatis veſtri impediat, aut de ea contra Statuta veſtri Ordinis ſe aliquatenus intromittat. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia proponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars Conſilii ſanioris ſecundum Deum, & B. Auguſtini Regulam providerint elligendum, electus autem à vobis canonicè in Abbatem, Diœceſano Epiſcopo ſemèl, & iterum per fratres veſtri Ordinis humiliter præſentatus, ſi ab eo confirmationem, & benedictionem, non potuerit obtinere. Ne Eccleſia veſtra deſtituta conſilio periclitetur, officio, & loco Abbatis plenariè fungatur in ea, tàm in exterioribus providendis, quàm interioribus corrigendis, donec aut interventu veſtro, aut præcepto Romani Pontificis, & Metropolitano, & benedictionem obtineat: Porrò nulla perſona pro benedicendo Abbate, aut deducendo in ſedem ſuam aliquid à vobis exigere, nullus etiam veſtrum ſi exigatur dare præſumat, quia & exigentem, & dantem, nota & periculum Simoniacæ prauitatis involuit, illud adjicientes, ut in recipiendis profeſſionibus, quæ à benedi-

Digitized by Google

nedictis, vel benedicendis Abbatibus exhibentur ea ſit Diœceſanus forma, & expreſſione contentus, ut ſcilicet Abbates ipſi ſalvo ordine ſuo profiteri debeant, & contra ſtatuta Ordinis ſui nullam profeſſionem facere compellantur. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis Januis; excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce, divina officia celebrare. Chriſma verò, Oleum Sanctum, conſecrationes Altarium ſeu Baſilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promovendi, à Diœceſano ſuſcipietur Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & communionem Sacroſanctæ Romanæ Sedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere, alioquin liceat vobis quemcumque maluerit Catholicnm adire Antiſtitem, gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem, qui noſtra fretus auctoritate, vobis quod poſtulatur impendat. Quod ſi ſedes Diœceſani Epiſcopi fortè vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta à vicinis Epiſcopis accipere liberè, & abſque contradictione poſſit, ſic tamen ut ex hoc iu poſterum proprio Epiſcopo nullum præjudicium generetnr. Infirmos quoque abſolntos, quæ in eſtrema voluntate ad vos, vel veſtrum Hoſpitale ſe transferri, aut apud vos ſepeliri deliberaverint, nullus impedire, ſeu res eorum legitimas detinere præſumat, ſalva canonica juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Ob evitandas quoque ſæcularium perſonarum frequentias, liberum ſit vobis, ſalvo jure Diœceſani Epiſcopi, Oratoria in Grangiis, & curribus veſtris conſtruere, & in ipſis vobis, & familiæ veſtræ divina Officia cùm neceſſe fuerit celebrare, & ipſam familiam, niſi aliqui ſint, qui in vicino propria habeant domicilia, ad confeſſionem, & communionem ſuſcipere, ſine juris præjuditio alieni. Prohibemus inſuper, ut nullus infrà fines Parochiæ veſtræ ſine aſſenſu Diœceſani Epiſcopi, & veſtro, Capellam, ſeù Oratorium de novo conſtruere audeat, ſalvis Privilegiis Pontificum Romanorum. Ad majorem etiam Ordinis veſtri Reverentiam, & Regularis diſciplinæ obſervantiam, tibi fili Abbas, & ſucceſſoribus tuis ſubjectos veſtros ligandi, atque ſolvendi plenam concedimus facultatem, diſtrictiùs inhibentes, nè aliquis ſubditorum veſtrorum in his, quæ ad diſciplinam, & inſtituta Ordinis ſpectant, audeat, prout ſtatutum eſt in Lateran. Concilio appellare, ſed ſi quis appellare tentaverit, nihilominùs illi, quorum intereſt Regularem exerceant diſciplinam. Ad hæc novas, & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque omnibus Eccleſiaſticis Secularibusvè perſonis in veſtris domibus, vel Hoſpitali omninò fieri prohibemus, nè alicui Archiepiſcopo, Epiſcopo, Archidiacono, eorumvè miniſtris liceat procurationes à vobis exigere, vel pro ipſis aliquid extorquere. Ita tamen, ut in expenſis, quæ à Capellis Vercellen. communiter fieri debent pro rata poſſeſſionum, quas præfata Capella S. Andreæ ante fundationem Eccleſiæ veſtræ habuit, cum requiſitum fuerit conferatur Epiſcopo, & Eccleſiæ Vercellen. tres libras Ceræ annis ſingulis cenſus nomine perſolvendo, ſecundùm quòd in Inſtrumento conceſſionis ſæpedictæ Capellæ per Venerabilem Fratrem noſtrum Hugonem Epiſcopum, & Capitulum Vercellen. factis Cardinali prædicto pleniùs continetur, contrà cujus conceſſionis tenorem nè aliquid à dicto Epiſcopo, & Capitulo exigatur à vobis, auctoritate Apoſtolica diſtrictiùs inhibemus, paci quoque, & tranquilitati veſtræ paterna inpoſterùm ſolicitudine providere volentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infrà Clauſuras Locorum, ſeù Grangiarum veſtrarum, vel curtium, nullus rapinam, ſeù furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere, vel interficere, ſeù violentiam audeat exercere. Prætereà omnes libertates, & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Ordini noſtro conceſſas, necnon libertates, & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, vel aliis Fidelibus rationabilitèr vobis indultas, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripri privilegio communimus. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeù qui-

busli-

buslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica juſtitia ſervato moderamine pernotato. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contrà eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiovè commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honorisque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictę ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem prēmia ęternæ pacis inveniat. Amen.

Gregorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Datum Lateranen. per manum Magiſtri Senebaldi Auditoris litterarum contradictarum Domini Papæ III. Kalendas Junii. Indictione xv. Incarnationis Dominicæ Anno 1227. Pontificatus verò D. Gregorii Papæ IX. Anno primo.

Bulla SS. D. N. Gregorii Papæ IX. pro Patriarchali Baſilica Salvatoris Lateranenſis.

GREGORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Priori Sacroſancti Patriarchii Baſilicæ Salvatoris Domini, quæ Conſtantiniana vocatur, ejusque Canonicis Fratribus tàm præſentibus, quàm futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuum. *Eſt Roma.*

Vigilanti, atque ſupereminenti ſpecula ſummæ Apoſtolicæ Sedis, qua cunctis Deo auctore, licèt immeriti præminemus Eccleſiis, monemur pariter, & exortamur, actus noſtros ritè componere, & omnia pro rerum varietate, cum ea cautela, & moderatione diſtinguere, ut de vultu ejus indicium noſtrum prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem; congruam enim officii noſtri proſequimur actionem, ſi unicuique Apoſtolica providentia ſuum honorem, & dignitatem ſervemus, & Eccleſias, quas digniores, & ſanctiores habentur, in ſui ſtatus prærogativa vigilanti ſtudio cuſtodire curemus, ut à ſummo Patrefamilias, reddendo ſingulis debita commiſſæ nobis diſpenſationis, ſempiternæ recipiamus incrementum mercedis. Cum ergò juxtà creditum nobis à Domino diſpenſationis talentum omnibus Eccleſiis Apoſtolica ſolicitudine invigilare, & intendere debeamus, multo amplius circa ejus commodum, & profectum, curam, & vigilantiam adhibere compellimur, quam datur ut omnibus invigilemus, illud Apoſtoli ſtudioſè adimplentes, quod dicitur operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei.

Quapropter dilecti in Domino filii, Eccleſiam ipſam in qua divino mancipati eſtis obſequio, ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum beatæ mem. Alexandri II. Anaſtaſii IV. & Alexandri III. Innocentii, & Honorii Roman. Pontif. Apoſtolicæ Sedis privilegio communimus,

In primis ſi quidem ſtatuentes, ut ordo Canonicus, qui ſecundum Deum, & Beati Auguſtini regulam ibi noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones. quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Medietatem omnium oblationum principalis Altaris in integrum ſine expendio aliquo, ex alia verò medietate ſeptem videlicet unciarum, quæ ſunt Epiſcoporum quotiens Epiſcopatus vacant, partes quæ Epiſcopos contingerent, ex benevolen- *Canonicus ordo.*

volentia Sedis Apoſtolicæ, & paterna benignitate vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum concedimus, & confirmamus; & ita tamen quòd poſtquam Epiſcopi fuerint ſubſtituti, illas debeant portiones habere, ſalvo tamen in omnibus ſervitio Eccleſiæ, quòd de ipſis unciis debetur, dationem etiam, ſeù redditum, qui glandaticum dicitur, vel herbaticum ex noſtris porcis, & pecoribus, ſeù omnem fructionem ab eiſdem prædeceſſoribus noſtris Eccleſiæ ipſi collatam. Eccleſiam S. Joannis de fonte cum oblatione ipſius Altaris, vel Eccleſiæ integram, cum omnibus oratoriis, quæ in circuitu ei ſunt, domos quas habetis in Lardatio cum Baſilica Ulpia ex dono fœl. mem. prædeceſſoris noſtri Lucii Papæ. Eccleſiam S. Joannis in portam Latinam, cum Capellis ſuis, videlicet S.Stephani in capite Africæ, S.Laurentii juxta porticum B. Petri, S. Anaſtaſii cum Caſtro Novaliæ, S. Luciæ in Columna, cum omnibus ad prædictam Eccleſiam S. Joannis ante portam Latinam pertinentibus, intra & extra Vrbem, necnon Hoſpitale cum Eccleſia S. Nicolai juxta portam S. Joannis, cum omnibus ſuis pertinentiis, Eccleſiam S. Mariæ de Spezzalaria, cum pertinentiis ſuis, ex dono etiam beatæ mem. prædeceſſoris noſtri Anaſtaſii Papæ, Eccleſiam S. Gregorii in Martio cum Palatio in quo ipſa ſita eſt, & cum omnibus ad eandem pertinentibus, necnon Molendinum in capite lacuum cum terra veſtra, quam vobis reſtituit. Eccleſiam S. Bartholomæi, & S. Danielis cum earum pertinentiis. Caſtrum Perlatæ, cum Eccleſia S. Luciæ, S. Petri, S. Simeonis, & S. Pancratii, cum omnibus earum pertinentiis. Quicquid habetis in Caſtro Montisflaſconis intus, & foris. Molendinum de Rege. Eccleſiam S. Mariæ in Colle Scipii, cum omnibus ſuis pertinentiis. Eccleſiam S. Joannis in Paterno, cnm omnibus ſuis pertinentiis. Eccleſiam S. Thomæ in Civitate Interamnenſi, cum omnibus pertinentiis ſuis. In Ducatu Spoletano Eccleſiam S. Mariæ de Cillan. cum omnibus Eccleſiis, & poſſeſſionibus ſuis. Hoſpitale S. Joannis de Taren. cum omnibus poſſeſſionibus ſuis. Quartam partem de octo Caſtellis, ſcil. Pertegea, Grumuli, Ballacula, Labrii, Morum, Mollici, Crucuron, Moni, & octavam partem de aliis quatuor Caſtellis Joarcha, Milon. Planen. Cruce, & Turri, cum Eccleſis, & pertinentiis eorundem, Caſtrum Vallis Monton. cum omnibus Eccleſiis intus & foris, & cum omnibus ad ipſum Caſtrum pertinentibus, Caſtrum Metalantii cum Eccleſiis, & omnibus ad ipſum pertinentibus. Caſtrum Carpineti cum Eccleſiis, & omnibus ad ipſum pertinentibus. Caſtrum Solpheratæ, cum omnibus ſuis pertinentiis. In Epiſcopatu Amelion. E. S. R. juxta Civitatem ipſam, Eccleſiam S. Pauli intra muros Civitatis ejuſdem, cum omnibus earum pertinentiis. Suburbium inſuper, quod eſt circa Conſtantinianam Baſilicam in Scabello juxta Sac.Palatium, cum domibus, quas ibi habetis domum, & quas vineam, emiſtis à Theodora filia Rainonis in campo Lateran. Domos, quas habetis ibidem juxta Portam Claudiam. In præſtin. in cancello, & via majori. Domos quas habetis, & terram in Caſtello novo, & quæ habetis in circuitu Eccleſiæ veſtræ, terras videlicet & hortos cum olivis, & diverſis generis arboribus à vineali S. Nicolai pro decima uſque in terram S. Thomæ, Turrim veſtram cum fundo, & cum Vineis in loco, qui dicitur ad quartam fundi tabernulę, Fundnm Campi Vitalis, Fundum, & Eccleſiam S. Luciæ Renati cum Vneis, & omnibus pertinentiis ſuis. Fundum Marani cum Prato, & Turri, Vineas quas habetis in Monte Honorii, Vineas Marcoveteri, Vineas, & Molendinum in valle ſub Granario noſtro. Eccleſiam S. Andreæ in Felice cum omnibus ſuis pertinentiis, ſicut in conceſſionis ejuſdem prædeceſſoris noſtri Innocentii privilegio continetur. Eccleſiam S. Mariæ in Fraſcata ſitam in fundo Olivano cum Caſtro, & Terra, quæ ibi habetis apud Oſani Caſale juxtà Sanctam Dignam, & Meritam, quatuor filos Salinarum in Pedica Vetula. In Campo Hoſtienſi pedicam de furcella ad Salem faciendum, & tria andita in pedica de Vacariis cum aliis ſalinis ibidem poſitis, & Salinas, quas habetis in Territorio Portien. in Campo Majori, videlicet pedicam, quæ dicitur *Piſcina gagliarda*, vel ſi aliis vocabulis vocetur. Et quinque andita poſita ibidem in Stanello majori maledicto. Illud vero quod

à me-

à memoratis prædeceſſoribus noſtris Alexandro II. & Anaſtaſio ſtatutum eſt, maximè obſervari præcepimus. Videlicèt, ut vaſa, ſeú veſtimenta, Altare, & cuncta ſacri miniſterii ordinamenta non tangantur, vel proferantur, ſeù reponantur, aut etiam qualeſcumque oblationes deſuper Altari, à non ſacratis Deo miniſtris tollantur. Porrò celebrantibus ibidem Epiſcopis ſacra Miſſarum ſolemnia, Clericalibus Tunicis præſentes ſitis tantúm imponatis, ex vobis Presbyterum, Diaconum, & Subdiaconum, atque Accolitum ſemper providere curetis, & minùs quatuor Fratribus aſſiſtentibus, Miſſa in eadem Eccleſia, etiam in diebus privatis minimè celebretur. Diebus verò Dominicis, & etiam eorum Sanctorum feſtivitatibus quantumcumque fuerit, plenarius veſter adſit conventus. Adiicientes ad hæc Decreto eorundem prædeceſſorum noſtrorum, ut eadem Eccleſia tanquàm principalis Mater, & Domina, omninò libera ſit, & nulli penitùs, niſi Romano Pontifici ſit ſubjecta, atque iidem Epiſcopi ſalubri providentia veluti cooperatores, & Vicarii noſtri ipſius Venerabilis Sacroſanctæ Baſilicæ utilitatem, & honeſtatem attentè provideant. Ut autem in eadem Baſilica Regularis Ordinis, & diſciplinæ vigor inviolabiliter auxiliante Deo cuſtodiatur, & ſervetur, unumquemque prædictorum Cardinalium Epiſcoporum, qui ad Dominiei Altaris ſunt ſervitium deputati, ſemel in hebdomada de Obſervantia Regulæ cum Fratribus Capitulum tenere, etſi quid grave corrigendum fuerit eum communi conſilio Prioris &, Fratrum per ipſos vice noſtra emendari ſtatuimus.

In Clericalibus tunicis. *Principalis, mater, Domina, libera.* *Diſciplina clauſtralis.* *Cardinalis loco Papæ.*

Sancimus præthereà, & auctoritate Apoſtolica indulgemus, ut quotiens aliqui Peregrinorum in Parochia veſtra ſine teſtamento decedunt, eorum bona ſine cujus contradictione, vel impedimento, niſi hæredem, vel hæredes habuerint, ad quos debeant de jure devolvi, jam dictæ Eccleſiæ veſtræ proveniant, nec alicui abſcondere, vel alienare eorundem bona aliqua adſit facultas. Obeunte verò nunc ejuſdem Sacroſanctæ Baſilicæ Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſutreptionis aſtutia, ſive violentia præponatut, ſed Fratres in aliqua perſona de veſtro Collegio ſi idonea reperta fuerit, vel de alio Religioſo Conventu priùs conveniant, & poſtmodùm cum conſilio, deliberatione, & judicio Romani Pontificis eligatur. Electus autem, & confirmatus, nulli, niſi tantùm Romano Pontifici ;de obedientia, vel ſubjectione aliqua teneatur.

Soli Papæ.

Præcipimus quoque pręſenti decreto, ut nullus omninò in Priorem, & Canonicos ejuſdem Eccleſię ubicumque morantes, ſuſpenſionis, vel excommunicationis ſententiam promulgare, vel eos ad Synodum vocare pręſumat, ſed neque Clericos, vel Laicos oblatos in ſuis Eccleſiis permanentes; Quòd ſi quiſquam in eos hujuſmodi ſententias promulgaret, illas decernimus irritas, & inanes. Liceat præterea vobis Clericos è ſæculo, vel Laicos fugieutes, liberos, & abſolutos undecumque fuerint, niſi excommunicati, vel interdicti ſint, abſque alicujus contradictione ad converſionem ſuſcipere, & qui ſuſcepti fuerint cum communi conſilio Prioris, & Fratrum, nulli de obedientia teneantur, niſi Romano Pontifici, & Priori ejuſdem Eccleſiæ.

Non excommunicantur.

Prohibemus autem, ut nulli Fratrum poſt factam in eadem Baſilica Profeſſionem, ſine Prioris ſui licentia fas ſit de Clauſtro diſcedere; diſcedentem verò abſque communium litterarum cautione, nullus audeat retinere.

Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Sacroſanctam Baſilicam temerè perturbare, aut poſſeſſiones ejus auferre, & ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus perturbare; ſed illibata omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisvè perſona hanc noſtræ Conſtitutionis, & confirmationis paginam ſciens, contrà eam temerè venire temptaverit, ſecundò, tertiovè commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti

aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatenùs, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem pręmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Lateranen. per manum Magiſtri Martini Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii tertio Non. Februarii, Indict. prima, Incarnat. Domin. Anno 1227. Pontif. verò Gregorii IX. anno primo.

Privilegium Eccleſiæ Salvatoris Lateranen. Gregorij Papæ IX.

Ex Roma.

GREGORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Priori, & Conventui Lateranen. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Sedis Apoſtolicæ circumſpectio, quæ circa omnes Eccleſias ſuæ providentiæ conſuevit adhibere cautelam, illarum indemnitatibus propenſiori debet ſtudio præcavere, quæ ipſi tanquàm membra capiti cohærentes, ſpecialis ſibi neceſſitudinis vinculo ſunt aſtrictæ.

Indè eſt, quòd cum Lateranen. Eccleſia ſpeciale membrum Apoſtolicæ Sedis, & Romani Pontificis propria Sedes exiſtat, ad exemplar fel. me. Honorii Papæ prædeceſſoris noſtri, ſtatuimus, & ſancimus, ut ſicut contra Romanam Eccleſiam nonniſi centenaria currit præſcriptio ſecundùm Conſtitutiones Canonicas, & legitimas ſanctiones, ita quoque, ipſi Eccleſiæ minoris temporis præſcriptio non obſiſtat. *Centenaria præſcriptio.* Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Lateranen. 9. Kal. Maii 1228. Pontif. noſtri anno ſecundo.

Bulla SS.D. N. Gregorij Papæ IX. pro Canonica Abbatiali S. Petri Papiæ.

Ex Papia.

GREGORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Mortarienſibus, & omnium Eccleſiarum ad Mortarienſem Eccleſiam immediatè ſpectantium Prioribus, & Canonicis Ordinis S. Auguſtini. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Olim nobis in minori officio conſtitutis, tunc in Lombardiæ partibus Legationis officio fungentibus, & nonnullis aliis Viris Religioſis fidedignis, bonæ mem. Honorio Papæ prædeceſſori noſtro, per noſtras litteras intimantibus, Monaſterium S. Petri in Cœlo Aureo de Papia Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectum, in ſpiritualibus, & temporalibus graviter corruiſſe, ita quod ejuſdem loci Abbate occaſione multæ diſſolutionis, ad quam Monaſterium ipſum devenerat interempto, & uſuris jugiter excreſcentibus, non ſperaretur, ut locus ipſe per nigros poſſet Monachos reformari, ac ſuggerentibus ei, ut caput domus veſtræ ad prædictum Monaſterium, ubi Corpus Beati Auguſtini noſcitur requieſcere, transferre deberet: idem dedit nobis ſuis litteris in mandatis, ut conſideratis circumſtantiis univerſis, in negotio ipſo auctoritate procederemus ejuſdem, prout ſecundùm Deum procedendum videremus in eo; Nos autem tunc temporis variis negotiis occupati, bonæ mem. Jacobo Epiſcopo Taurinenſi dedimus in mandatis, ut perſonaliter ad Monaſterium memoratum accedens, diligenter inquireret voluntatem Epiſcopi, Cleri, & Populi, etſi videret poſſe fieri ſine ſcandalo, Mortarienſium domui Monaſterium concederet ſæpedictum, alioquin quòd ſuper hoc inveniret, nobis per ſuas litteras intimaret: præfatus verò Taurinenſis juxtà mandatum noſtrum perſonaliter ad Papienſem Civitatem accedens, & ſuper prędicto negotio diligenter inquirens Epiſcopi, Cleri, & Populi voluntatem, omnes in hoc invenit unanimes, & concordes, & cum tandèm deliberato conſilio

lio

filio reſpondiſſent, quòd hujuſmodi translationem plurimùm acceptabant; ſalvo tamen jure Apoſtolicę Sedis, & Imperii, ac Epiſcopi, & Civitatis Papien. ac jure, & honore Advocatorum Monaſterii memorati. Taurinenſis idem ad ſæpedictum Monaſterium cum præfato Papienſi Epiſcopo, Cleri, ac Populi multitudine copioſa procedens, Monaſterium ipſum cum omnibus Eccleſiis, poſſeſſionibus, juribus, & aliis pertinentiis ſuis, domui Mortarienſi liberè, & abſolutè, ea qua fungebatur auctoritate conceſſit, expreſſo, ut Monaſterium ipſum caput Mortarienſis Ordinis de cætero haberetur, ac Præpoſitum Mortarienſem, qui tunc temporis erat ibi, vice, ac nomine dictę Domus, in ipſius Monaſterii corporalem poſſeſſionem induxit, tribuendo ei liberam facultatem, poſſeſſionem omnium temporalium, & ſpiritualium, quę ad ipſum Monaſterium pertinebant auctoritate propria nanciſcendi, cujus proceſſum auctoritate legationis nobis commiſſę duximus poſtmodùm confirmandum: undè nominatus prędeceſſor noſter, inſtrumentis, in quibus omnia ſupradicta continebantur pleniùs, diligenter inſpectis, conceſſionem prędictam corroborans, Monaſterium ipſum cum univerſis juribus, poſſeſſionibus, Eccleſiis, & aliis pertinentiis ſuis temporalibus, & ſpiritualibus, vobis, & per vos Ordini veſtro auctoritate Apoſtolica confirmavit, & ſcripti ſui patrocinio communivit. Statuens, ut Ordo Mortarienſis ibidem perpetuis temporibus ſervaretur. Cum igitur ſunt quatuor, quę ſpecialiter videntur exigere, videlicet reverentia B. Auguſtini, cujus Corpus requieſcit ibidem, auctoritas loci, devotio Cleri, & Populi Papienſis, qui non ęquanimiter ſuſtinerent, ut caput veſtri Ordinis alibi transferretur, necnon & inhabilitas Mortarienſis loci, qui guerris, & multis aliis fortuitis caſibus expoſitus eſſe dinoſcitur, propter quod membra recedere à ſuo capite, & per diverſa loca vagari, aliquandò miſerabilitèr ſunt compulſa, ut in Monaſterio memorato caput veſtri Ordinis habeatur, univerſitatem veſtram rogandam duximus, & monendam per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenùs Abbati ejuſdem Monaſterii obediatis humilitèr, & devotè. Datum Peruſii 2.Kal.Novembris Pontificatus noſtri Anno II.

Privilegium Gregorii Papæ IX. pro Canonica S. Salvatoris Brixiæ.

GREGORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Prępoſito S. Salvatoris, & S. Marię juxta Brixiam, ejuſque fratribus, & ſororibus tàm pręſentibus, quàm futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe pręſidium, ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus, aut eos à Prępoſito revocet, aut robur (quod abſit) Sac.Religionis infringat. *Eſt Brixiæ.*

Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & S. Salvatoris, & S. Mariæ juxtà Brixiam Eccleſiam, in quibus eſtis divino obſequio mancipati, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & pręſentis ſcripti privilegio communimus.

In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Canonicus, qui ſecundum Deum, & B.Auguſtini Regulam in eiſdem Eccleſiis inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona dictę Eccleſię in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſident, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis pręſtante domino poterunt adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipſum in quo præfatæ Eccleſiæ ſitæ ſunt cum omnibus pertinentiis ſuis, Parochiam veſtram, quæ in Territorio veſtro, conſiſtit, Vineas, Agros, pręfata, aquęductum, Territorium de Braide, de Arbuſſone, & pręſtalitio cum ſedimine, molendino, & campis præfatis, ſeu Vineis, quę conſiſtunt in aſpide, terras etiam & poſſeſſiones alias cum pręfatis nemoribus, paſcuis, & uſuagiis, in bono & plano, in aquis, & molendinis, in viis, &

ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis: ſanè novalium veſtrorum, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, de quibus hactenus aliquis percepit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat, illud diſtrictiùs inhibentes, ne terras, ſeù quodlibet beneficium Eccleſiis memoratis collatum, liceat alicui perſonaliter dari, ſive alio modo alienari, abſque conſenſu totius capituli, vel majoris, aut ſanioris partis ipſius; ſi quæ verò donationes, vel alienationes aliter quàm dictum eſt factæ fuerint, eas irritas eſſe cenſemus; liceatque vobis liberas, & abſolutas perſonas à ſeculo fugientes ad converſionem accipere, ac eas abſque contradictione aliqua retinere, prohibemus inſuper. ut nulli fratrum, vel ſororum, poſt factam in Eccleſiis veſtris profeſſionem fas ſit ſine Præpoſiti ſui licentia; niſi arctiori religionis obtentu de Eccleſiis ipſis diſcedere. Diſcedentes verò abſque communium litterarum] veſtrarum cautione, nullus audeat retinere, cum aut generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis nhilominus clauſis janius, interdictis & excommunicatis excluſis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce divina officia celebrare; dummodo cauſam non dederitis interdicto: Chriſma verò, Oleum Sanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad Sacros ordines fuerint promovendi à Brixienſi ſuſcipietis Epiſcopo, ſi quidem Catholicus fuerit, & gratiam, & communionem Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ habuerit, & ea voluerit vobis ſine pravitate aliqua exhibere, alioquin liceat vobis quemcunque malueritis Catholicum adire Antiſtitem, gratiam & communionem Sedis Apoſtolicę habentem, qui noſtra fretus auctoritate vobis, quod poſtulatur impendat. Sepulturamque illius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremę voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint; niſi fortè excommunicati, vel interdicti, aut etiam publicè uſurarii fuerint nullus obſiſtat: ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas præterea, & poſſeſſiones ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ à laicis detinentur, redimendi, & legitimè liberandi de manibus eorundem, & ad Eccleſias ipſas revocandi, libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Præpoſito, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem Fratres, & Conventus ipſius, aut eorum pars conſilii ſanioris, ſecundum Deum, & B. Auguſtini Regulam providerint eligendum: præterea libertates, & immunitates Eccleſiis veſtris conceſſas, necnon & ſtatuta regularia, privilegia ædita ibidem à nobis dum adhuc in minori officio conſtituti in partibus illis legationis officio fungeremur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omninò hominum liceat præfatas Eccleſias perturbare, aut earum poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare: ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnibus profutura; ſalva Sedis Apoſtolicę auctoritate, & Brixien Epiſcopi canonica juſtitia; ſi qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſęcularisvè perſona hanc noſtrę Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam venire tentaverit, ſecundò, tertiovè commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & D. N. J. C. aliena ſiat, atque in extremo examinæ diſtrictæ ſubjaceat ultioni: cunctis autem eiſdem Eccleſiis ſua jura ſervantibus ſit pax D. N. J. C. quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen; Indict. IV. Incarnat. Domini 1232. Pontificatus verò Domini Gregorij Papæ IX. Anno Quinto.

Litteræ

Litteræ SS.D.N.Gregorij Papæ IX.ad Præpoſitum, & Capitulum Mortarienſem.

Eſt Papiæ.

GREGORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Præpoſito, & Conventui, ac generali Capitulo Mortarienſi ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum à nobis petitur, quod juſtum èſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum; ex parte ſiquidem veſtra nobis extitit inſinuatum, quod cum inter vos ex parte una, & Ven. Abbatem, & Conventum S. Petri in cœlo aureo Papiæ, Mortarienſis ordinis ex alia, ſuper celebrandis Capitulo, & electione Abbatis S. Petri prædicti, ac Præpoſiti veſtri, frequenter quæſtio fuiſſet exorta, vos tandem cupientes materiam hujuſcemodi quæſtionis æqua providentia removere, ſic cum eiſdem Abbate, & Conventu duxiſtis unanimiter, & concorditer deliberatione provida ſtatuendum, ut uno anno in feſto S. Crucis menſis Septembris apud veſtram, ſequenti verò apud veſtram, ſequenti vero apud ejuſdem S. Petri Eccleſias, in feſto S.Auguſtini Auguſti menſis generale Capitulum Mortarienſis ordinis celebretur, & quæ in utroque Capitulo fuerint regulariter conſtituta, in utraque, ac reliquis Eccleſiis Mortarienſis ordinis irrevocabiliter obſerventur. Obeunte verò te fili Præpoſitæ, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus præponatur ibidem; niſi quem vos conventus, cum Prioribus Eccleſiarum ipſarum, ac Eccleſiarum ſubjectarum eiſdem, canonicè abſque vitio duxeritis eligendum. Statuiſtis inſuper, quod ſimili modo Abbas Sancti Petri cum ſubſtituendus fuerit eligatur, qui corrigendi Præpoſiti, & Canonicorum veſtrorum exceſſus, & viſitandi veſtram Eccleſiam litteram habeat facultatem, quod tibi fili Præpoſite, & ſucceſſoribus tuis in S. Petri Eccleſia reſervetur, prout in Inſtrumento inde confecto dicitur plenius contineri. Veſtris precibus igitur grato concurrentes aſſenſu, quod ſuper præmiſſis à vobis pro pace, ac tranquillitate ordinis veſtri piè, ac providè factum eſt, in hac parte auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem id attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat.Viterbii ix. Junii Pontif.noſtri anno xi. 1238.

Privilegium Gregorij Papæ IX. Præpoſito Canonicæ S. Crucis Mortarienſis.

Eſt Mortarii

GREGORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Præpoſito de Mortaria Ordinis S.Auguſtini Papien. Diæceſis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Suſcepti cura regiminis nos inducit, ut ex quo perſonas benemeritas honoramus, Eccleſias quibus præſunt in plenitudine noſtræ gratiæ ampliùs proſequamur; ſupplicaſti ſiquidem nobis, ut cum annuli, & baculi paſtoralis uſus, tibi à Sede Apoſtolica ſit conceſſus, conferendi fratribus tuis minores ordines licentiam de benignitate Sedis Apoſtolicę largiremur: tuis igitur in hac parte præcibus annuentes, tibi & ſucceſſoribus tuis, auctoritate præſentium concedimus poſtulata. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat.Later. III.Nonas Novemb: Pontif. noſtri anno xii. 1238.

SS.D.N.

SS. D. N. Innocentij Papæ IV. pro Patriarchali Salvatoris Lateranenſis.

Eſt Romæ.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Capitulo, & Canonicis Lateranen. ſalutem, & Apoſtol. benedictionem. Vigilanti, & ſupereminenti ſpecula ſummæ, & Apoſtolicæ Sedis, qua cunctis Deo auctore licèt immeriti præeminemus Eccleſiis, monemur pariter, & hortamur, actus noſtros ritè componere, & omnia pro rerum varietate cum cautela ac moderatione diſtinguere, ut judicium noſtrum de vultu ejus prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem. Congruam enim officii noſtri proſequimur actionem, ſi unicuique Apoſtolica providentia, ſuum honorem, & dignitatem ſervemus, & Eccleſias quæ digniores, & ſanctiores habentur, in ſui ſtatus, & augumenti prærogativa vigilanti ſtudio cuſtodire curemus, ut à Summo Patre familias reddendo ſingulis debitum commiſſæ nobis diſpenſationis, ſempiternæ recipiamus incrementum mercedis. Cum ergo juxta creditum nobis à domino diſpenſationis talentum, omnibus Eccleſiis Apoſtolica ſolicitudine invigilare, & intendere debeamus: multo amplius circa Lateranen. Eccleſiam, quæ principalis Eccleſiarum orbis mater, & domina, ac Sedes Apoſtolica Cathedralis exiſtit, ejuſque Monaſteriorum, Hoſpitalium, & Eccleſiarum eidem ſubjectarum profectus, curas, & vigilantias habere compellimur.

Propria Romanor. Pontif. ideo appellas eam noſtrã.

Ea propter dilecti filii Eccleſiam noſtram, & alias eidem ſubjectas, ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum beatæ memoriæ Alexandri II., Anaſtaſii IV., Alexandri III., Honorii III., & Gregorii IX. Roman. Pontific. Apoſtolicæ Sedis privilegio communimus, ſtatuentes quoque, ut quaſcumque Eccleſias, Capellas, poſſeſſiones, & bona, eadem Eccleſia impræſentiarum, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant.

Nulli ſubdita, niſi Rom. Pontifici.

Adjicientes ad hæc decreto eorundem prædeceſſorum noſtrorum, ut eadem Eccleſia tamquàm principalis Mater, & Domina cum omnibus Eccleſiis, & membris ſuis omninò ſit libera, & nulli penitùs, niſi Romano Pontifici ſit ſubjecta. Sancimus præterà, & auctoritate Apoſtolica indulgemus, ut quotiens aliqui peregrinorum in Parochia veſtra, vel Capellarum, & Eccleſiarum ſubjectarum eidem, ſine teſtamento decedunt, eorum bona ſine alicujus contradictione, vel impedimento, niſi hæredem, vel hæredes habuerint, ad quos debeant de jure devolvi, jam dictæ Eccleſiæ veſtræ proveniant, nec alicui abſcondere, vel alienare eorundem bona, aliqua ſit facultas. Præcipimus quoque præſenti decreto, ut nulli in vos, & Eccleſiam veſtram, aut Eccleſias ſibi ſubjectas, neque Clericos, vel Laicos Oblatos eidem excommunicationis, vel ſuſpenſionis ſententias promulgare præſumant: quod ſi quiſquam in eos hujuſmodi ſententias promulgaret, illas decernimus irritas, & inanes. Prohibemus etiam, ut nulli Archiepiſcopo, Epiſcopo, Regi, Principi, ſeu Eccleſiaſticæ, vel ſæculari perſonæ, liceat præfatam Sacroſanctam Eccleſiam, ejuſque Eccleſias, & Capellas temerè perturbare, aut eorum poſſeſſiones, & jura auferre, ſeu ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare. Si quis autem hanc noſtræ Conſtitutionis, decreti, prohibitionis paginam ſciens, contrà eam venire temptaverit, ſecundò, tertiovè commonitus, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, majoris excommunicationis ſententiam incurrat, ac poteſtatis, honoriſque dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem Eccleſiæ, ſuiſque Eccleſiis, & Cappellis ſua jura ſervantibus, ſit pax Do-

Nullus poteſt in Canonic. Lateranen. ſententiam excommunicationis promulgare

mini noſtri Jeſu Chriſti;quateuùs & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani 19. Kal. Martii Pontif. Anno I. 1244.

Privilegium Baſilicæ Salvatoris Lateranen. Innocentij Papæ IV.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. *Eſt Romæ.*

Congruam officii noſtri proſequimur actionem, ſi unicuique Apoſtolica providentia ſuum honorem, & dignitatem ſervemus, & Eccleſias, quę digniores, & ſanctiores habentur, in ſtatus, & augumenti prærogativa, vigilanti ſtudio attollamus. Et licèt omnibus Eccleſiis Apoſtolica ſollicitudine attendere debeamus; multò ampliùs circà Lateranenſem Eccleſiam, quæ primitiva, & caput Eccleſiarum eidem ſubjectarum honores, profectus, curas, & vigilantias adhibere, ac Indulgentias augere compellimur.

Ea proptèr dilectorum filiorum Prioris, & Capituli ejuſdem Eccleſiæ ſupplicationibus inclinati, ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum beatæ mem. Alexandri II., Anaſtaſii IV., Alexandri III., Honorii III., & Gregorii IX. Romanorum Pontificum omnes Indulgentias, immunitates, & exemptiones à prædictis, & aliis prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ipſi Eccleſiæ, & membris ejuſdem conceſſas, præſenti Apoſtolicæ Sedis Privilegio confirmamus. Et inſupèr nos de Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus qui præfatæ Eccleſiæ, ac Monaſteriis, Hoſpitalibus, & Eccleſiis eidem ſubjectis, earumque operibus grata impenderint ſubſidia, & manus porrexerint adjutrices, decem annos, & decem quadragenas de injuncta eis pœnitentia in Domino relaxamus. Necnon à Domino noſtro Salvatore omnium, in cujus nomine Eccleſia ipſa principalitèr fuit conſtructa, & ſub Beati Joannis vocabulo inſignita, juxtà ſubſidii quantitatem, & devotionis affectum, ſuorum remiſſionem peccaminum, & animarum ipſorum ſalutem, aliaſque Indulgentias miſericorditer conſequantur. *Confirmatio Indulgentiarum, & Exemptionum.*

Datum Laterani 15. Kal. Martii, Pontific. noſtri Anno I. 1224.

Litteræ SS. *D. N. Innocentij IV. ad Præpoſitum, & Capitulum Canonicæ S.Crucis de Mortario apud Inſubres.*

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis N. Præpoſito, & Capitulo Eccleſiæ Mortarienſis Ordinis S. Auguſtini Papienſis Diœceſis. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Eccleſiæ veſtræ, quæ ſicut aſſeritis proptèr guerrarum incurſus tanta præmitur ſarcina paupertatis, quod niſi Eccleſiæ ſibi ſubjectæ vobis, & eidem Eccleſiæ in neceſſariis providerent, in opprobrium cogeremini Clericalis Ordinis mendicare, paterno competientes affectu, ac volentes proptèr hoc eaſdem Eccleſias proſequi gratiarum favore, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut vos, aut etiam earumdem Prælati, ad ſolutionem, ſeu proviſionem alicujus impoſitionis ſuper Eccleſiaſticis beneficiis abſque ſpeciali mandato Sedis Apoſtolicæ, faciente de verbo ad verbum de hac Indulgentia mentionem, vel per litteras Legatorum ipſius Sedis, compelli deinceps non poſſitis inviti. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. *Eſt Mortarii.*

Datum Lugduni 3. Idus Junii. Pontificatus noſtri Anno ſeptimo 1250.

Privi-

Privilegium SS.*D. N. Innocentij Papę IV. pro Canonica S. Petri de Cœlo aureo Papiæ.*

Eſt Romæ.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & Conventui Monaſterii S. Petri in Cœlo Aureo Papien. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Auguſtini. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Monaſterii veſtri utilitati providere, ac ipſum, quod in multorum proviſionibus per Sedis Apoſtolicæ, & Legatorum ſuorum litteras aſſeritis, à futuris volentes gravaminibus relevare, præſentium vobis auctoritate duximus indulgendum, ut ad cujuſquam receptionem, vel proviſionem, in Prioribus, vel aliis beneficiis ad Monaſterium ipſum ſpectantibus, vel penſionibus per eiuſdem Sedis, vel Legatorum ſuorum litteras impetratas, per quas non ſit jus alicui acquiſitum, vel etiam impetrandas, compelli de cætero non poſſitis, niſi eædem litteræ Apoſtolicæ impetrandæ, plenam, & expreſſam facerent de hac Indulgentia mentionem. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverint incurſurum.

Datum Mediolani nono Kalend. Auguſti. Pontific. noſtri Anno IX. 1552.

Litteræ SS.*D. N. Innocentij Papæ IV. ad Præpoſitum, & Capitulum Canonicę S. Crucis de Mortario apud Inſubres.*

Eſt Mortarii.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis N. Præpoſito, & Capitulo Eccleſiæ Mortarienſis Ordinis S. Auguſtini Papienſis Diœceſis. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Deſideriis veſtris in his affectu benivolo libentèr annuimus, quæ vobis profutura ſperamus, hinc eſt, quod nos veſtris ſupplicationibus inclinati, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut vos, vel membra veſtra ad correceptionem, ſivè proviſionem alicujus, in penſionibus, ſeù Eccleſię beneficiis, aut aliquibus pecuniarum ſummis compelli minimè valeatis per litteras Sedis Apoſtolicæ, vel Legatorum ipſius impetratas, per quas non ſit jus alicui inquiſitum, vel etiam impetrandas abſque ſpeciali ſedis ejuſdem mandato, faciente plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum indulti hujuſmodi mentionem. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Privilegium Alexandri Papę IV. pro Canonica S. Mariæ in portu Ravennæ.

Eſt Ravennæ.

ALEXANDER Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Priori S. Mariæ in Portu Ravennaten. ejuſque Fratribus tàm præſentibus, quàm futuris, Regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Commiſſæ nobis Apoſtolicæ Sedis nos hortatur auctoritas, ut locis, & perſonis ejus auxilium implorantibus, devotione debita tuitionis ſubſidium impendere debeamus, quià ſicut injuſta petentibus nullus tribuendus eſt effectus; ità legitima, & juſta poſtulantibus, non eſt differenda petitio; eorum præſertim, qui eum honeſtate vitæ, & laudabili morum compoſitione gaudent Omnipotenti Deo ſervire.

Ea proptèr dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementèr annui-

annuimus, & Eccleſiam Beatæ Mariæ in Portu Ravennæ, in qua divino eſtis obſequio mancipati, ad inſtàr fœl. mem. Innocentii, & Adriani prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum ſub B. Petri, & noſtra Protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus.

In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo canonicus, qui ſecundùm Deum, & B. Auguſtini Regulam in eadem Eccleſia conſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibi temporibus obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeù in aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in quo præfata Eccleſia ſita eſt cum pertinentiis ſuis, quæcumque obtinuit ab Abbate Monaſterii S. Andreæ, & S. Mariæ de Cereto ex partibus Hiſtriæ per Emphitheoſim, & etiam, quæ à Comaclenſi Cæſenate, & Ariminenſi Epiſcopis, eidem Eccleſiæ rationabilitèr conceſſa ſunt, Agrum verò cum ſedimine, & adjacentiis ſuis extrà Portam S. Laurentii Ravennatenſis, ubi Molendinum conſtructum eſt, & juxtà Pontem, qui ſuprà Aquam antè eandem Portam Fluentem conſiſtere cernitur, in ſuperiori, & exteriori, partem ejuſdem Pontis, ad jus Beati Petri pertinens, prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, vobis concedimus ſub cenſu unius denarii Lucenſis monetæ aureæ Eccleſiæ, nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annualiter perſolvendo, & quæcumque à bonę me. Gualtero quon. Ravennatæ Epiſcopo Eccleſiæ veſtræ divinæ pietatis intuitu ſunt collata, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, uſuagiis, & paſcuis in bono, & plano, in aquis, & molendinis, in viis, & ſemitis, & in omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis; liceat etiam vobis, Clericos è ſeculo fugientes, ad converſionem in Congregationem veſtram ſuſcipere abſque alicujus Epiſcopi, vel Præpoſiti contradictione, ſivè moleſtia, ſed & Laicos de quibuſcumque Parochiis veſtræ ſocietati ad diſciplinæ, ſcilicèt converſionem per vos ipſos adjungi, niſi fortè aliquibus legalibus conditionibus cenſeantur obnoxii, nullus Epiſcopus, vel Præpoſitus vobis interdicere audeat. Nullique Fratrum liceat poſt factam apud vos profeſſionem de Clauſtro, vel de domo veſtra diſcedere aliqua occaſione, ſine Prioris Eccleſiæ veſtræ, aut abſque communis Congregationis licentia. Quod quis ex Laicis, vel Clericis profeſſis de Clauſtro, vel de domo veſtra diſceſſerit, & commonitus redire contempſerit, Priori Eccleſiæ ipſius, qui pro tempore fuerit ex Apoſtolica auctoritate ſit facultas ejuſmodi à ſuis officiis ſuſpendere, & excommunicare; ſuſpenſum verò, ſivè interdictum, vel excommunicatum, nullus Epiſcoporum, vel Abbatum eum ſuſcipere, vel retinere præſumat, quæ omnia auctoritate Apoſtolica concedimus; quamdiù ſcilicèt apud vos canonici ordinis tenor domino præſtante viguerit. Præterea Clericorum tonſuram in veſtro loco regularitèr per profeſſionem volentium vivere, noſtra conceſſione vobis facere liceat, porrò Clericorum veſtrorum ordinationes, à quo malueritis Catholico Epiſcopo ſuſcipiendi licentiam habeatis. Si quandò Ravenna Epiſcopum non habuerit, vel ſi eum, qui in ea fuerit conſtiterit non eſſe Catholicum; Sanè fructuum veſtrorum, quos ubilibet veſtris laboribus, ſumptibuſque colligitis; nullus Epiſcoporum, vel Epiſcopalium miniſtrorum decimas à vobis exigere audeat. Sepulturamque Sacrorum locorum veſtrorum liberam omninò decernimus eſſe, ut eorum, qui ſe illic ſepelliri voluerint, vel deliberaverint, devotioni, & extremæ voluntati, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint, aut etiam publici uſurarii nullus obſiſtat; ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur, ad hæc adjacentes ſtatuimus auctoritate præſentis privilegii, ut præfata Eccleſia veſtra cum omnibus ubilibet conſtitutis ad ſe pertinentibus ab omni ſit extraordinaria ſolutione immunis, ut videlicèt ſi quandò Archiepiſcopum Ravennatem, vel alium quemlibet Epiſcopum, in cujus Parochia aliquam Eccleſiam, vel poſſeſſiones habetis, vel decedente Archiepiſcopo, Clericos,

ricos, vel Laicos ejuſdem Eccleſiæ ad Romanum Pontificem, vel Imperatorem cujuslibet rei gratia proficiſci contigerit; nullam à vobis exactionem in argento, aut æquitaturis, aut aliquibus aliis ſtipendiis de ejuſdem Eccleſiæ rebus facere audeant, ſeù ibidem hoſpitando, aliquod unquàm gravamen inferre; prætereà ſi ingruente bello Cives Ravennates, vel aliarum Civitatum, vel locorum homines pro militibus, vel pro munienda Civitate, vel Caſtro, collectam fecerint, jam dictam Eccleſiam veſtram ab omni nihilominùs exactione immunem eſſe præcipimus. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia ea integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſubſtentatione conceſſa ſunt omnimodis uſibus profutura: ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate: Si qua igitur inpoſtetùm Eccleſiaſtica, ſæcularisvè perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contrà eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiovè commonita; ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti alienigena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Dat. Neapoli Kalen. Julii. 1255.

Eſt in Archivio Epiſcop. Papien.

Bulla SS. D. N. Alexandri Divina Providentia Papæ IV.

ALEXANDER Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis Venerabilibus Fratribus univerſis Archiepiſcopis per Lombardiam, & Romandiolam conſtitutis. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Recordamur, & liquidè memoria retinemus, quòd dudùm apparuit Religio in partibus Lombardiæ, cujus profeſſores vocati Eremitæ Ordinis S. Auguſtini, ſuccinti tunicis cum corrigiis, baculos geſtantes in manibus, nunc verò dimiſſis baculis incedebant, pecuniam pro eleemoſinis, aliiſque depoſcentes ſubſidiis, & adeò variantes interdùm habitus ſui formam, ut dilectis filiis Fratribus Minoribus uniformes, in derogationem multiplicem ipſorum Ordinis crederentur, eiſdem proptèr hoc minorem apud Fideles ſentientibus in ſuis opportunitatibus charitatem; Sanè cum per nos tunc in minori officio conſtitutos, & bonæ mem. . . . . . Tituli S. Sabinæ Presbyterum Cardinalem, tunc in partibus illis legatione fungentem, hujuſmodi variationis præſumptio ad felicis recordationis Gregorii Papæ prædeceſſoris noſtri audientiam perveniſſet, ipſe nè identitas veſtium in Ordinibus ipſis confuſionem pareret, ac indè ſcandala graviora conſurgerent, ad utrorumque quietem, ſtatuendum providit, ut Priores, & univerſi, ac ſinguli Fratres prædicti Ordinis S. Auguſtini, in exterioribus veſtimentis, quæ nigri, vel albi debebant eſſe coloris, quorum altero, videlicèt nigro jam electo ab eis ipſos idem prædeceſſor voluit manere contentos, largas, & protenſas manicas quaſi ad inſtàr cucullarum, & deſupèr ipſa deferrent per amplas corrigias, & patentes, omnibus apparentes, ita quod omnes cincti de foris eas veſtibus nequaquàm contegeret, & portantes in manibus baculos quinque palmorum grandium, ac expreſsè in eleemoſinarum petitione, cujus ſint Ordinis declarantes, adeò ſuarum veſtium longitudinem temperarent, quod à quibuſq; ipſorum calciamenta liberè viderentur, ut ſic habitus confuſione ſemota, & ſublata materia ſcandali, à prædictorum Ordinis Fratribus poſſit virtutum Domino liberiùs, & gratiùs deſerviri. Cum autem Dilectus filius noſter R. . . . S. Angeli Diaconus Cardinalis, univerſas Domos, & Congregationes Eremitarum prædictorum, quarum quædam S. Auguſtini, quædam S. Guilielmi, nonnullæ autem Fratris Boni, aliquæ de Fabali, aliæ verò de Britinis cenſebantur, in unam Ordinis Eremitarum S. Auguſtini profeſſionem, & Regularem Obſervantiam perpetuo

petuo de mandato noſtro duxerint uniendas. Et nos dicti Cardinalis proceſſum convenienrem cum voluntatis noſtræ propoſito approbantes, præmiſſa omnia duxerimus confirmauda. Statuentes, ut univerſi Priores, & Fratres in profeſſione prædicti Ordinis Eremitarum S. Auguſtini taliter conjuncti, nigris dumtaxat, & nullis aliis alterius coloris cucullis aliquatenùs uteretur. Nos volentes præmiſſa, quæ de veſtimentis exterioribus, è ſæpedicto prædeceſſore noſtro circà præfatos Eremitanos ſtatuta fuerint ſalubritèr, & ab ipſis, ut recolimus acceptata, ubique & ab omnibus Eremitis unitis talitèr, & aliis univerſis inviolabiliter obſervari, Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta in virtute Obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenùs prædictos Ptiores, & Eremitas, ac alios, qui nigras penitùs, ſeù albas cucullas non portant, quod uſque ad feſtum omnium Sanctorum proximè venturum nigri prorsùs coloris cucullas aſſumant, abjectis aliis differendas, & firmitèr prædictum ſtatum de cætero ſtudeant obſervare, ſinguli veſtrum per ſuas Civitates, & Diœceſes ſublato cujuslibet appellationis, & contradictionis obſtàculo, & literis Apoſtolicis impetratis, vel etiam impetratis, vel etiam imperrandis per eos nequaquàm obſtantibus, monitione præmiſſa per Cenſuram Eccleſiaſticam diſtrictiùs compellatis, & in eos, qui contravenerint, etiam excommunicationis ſententiam promulgetis, quam per noſtras Civitates, & Diœceſes diebus Dominicis feſtivis publicari ſolemnitèr, & eoſdem tamquàm excommunicatos vſque ſatisfactionem condignam appellatione remota evitari arctiùs ab omnibus faciatis.

Datum Anagniæ Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto, xv. Kalen. Julii. Pontificatus noſtri Anno II.

Bulla Alexandri Papæ IV. Canonica S. Marci Firmanæ Diæc. nunc Canonicè unita Prioratui S. Catherinæ intra Mœnia ejus Civitatis.

ALEXANDER Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Priori Monaſterii S. Marci de Rivocello, ejuſque Fratribus tàm præſentibus, quàm futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuum. *Eſt Firmi.*

Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, nè fortè cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur, quod abſit ſacræ Religionis infringat.

Ea proptèr dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium S. Marci de Rivocello Firmanæ Diœceſis Abbatem proprium non habentem, ſed per Priorem ſolitum gubernari, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus.

In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo canonicus, qui ſecundùm Deum, & B. Auguſtini Regulam in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

Prætereà volumus (ad quod veſtræ meritis Religionis inducimur; nam vos relictis omnibus hujus labentis ſæculi pompis, & vanitatibus, ſicut apertè cognovimus, divinis operibus, & obſequiis dediti, devotum Deo impenditis famulatum) undè cuncta ad veſtræ petitionis inſtantiam committimus, & concedimus, & habere permittimus in perpetuum. Tibi verò, tuiſque ſucceſſoribus, ut in veſtro Monaſterio Pontificali officio adminiſtrare poſſitis. Prætereà quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè, ac canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeù aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, cum terris, pratis, vineis, ne-

moribus, uſuagiis, & paſcuis in boſco, & plano, in aquis, & molendinis, in viis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis. Sanè novalium veſtrorum, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenùs non percepit, ſivè de veſtrorum animalium nutrimentis nullus à vobis decimas præſumat accipere; Clericos, vel Laicos liberos, & abſolutos è ſæculo fugientes ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Fratrum veſtrorum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine Prioris ſui licentia de eodem loco, niſi arctioris Religionis obtentu diſcedere; diſcedentem verò abſque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis Campanis, ſuppreſſa voce divina officia celebrare, dummodò cauſam non dederitis interdicto. Chriſma verò, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſeù Baſilicarum, Ordinationes Clericorum, qui ad Ordinationes fuerint promovendi, à Diocœſano ſuſcipietis Epiſcopo. Siquidem Catholicus fuerit, & gratiam, & communionem Sacroſanctæ Romanæ Sedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere; ſin autem à Priore veſtro ſuſcipietis. Prohibemus inſuper, ut infrà fines Parochiæ veſtræ nullus ſine aſſenſu Diocœſani Epiſcopi, & veſtro, Capellam, ſeù Oratorium de novo conſtruere audeat, ſalvis privilegiis Pontificum Romanorum. Ad hæc novas, & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Archidiaconis, ſeù Decanis, aliiſque hominibus Eccleſiaſticis, ſæcularibusvè perſonis, à vobis omninò fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum electioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint, aut etiam publici uſurarii nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas prætereà, & poſſeſſiones ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ à Laicis detinentur redimendi, & legitimè liberandi de manibus eorum, & ad Eccleſias, ad quas pertinet revocandi libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas; Obeunte verò nunc ejuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeù violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel veſtrum major pars conſilii ſanioris ſecundùm Deum, & B. Auguſtini Regulam providerint eligendum. Paci quoque, & tranquilitati veſtræ paterna inpoſterùm ſolicitudine providere volentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infrà Clauſuras locorum, ſeù grangiarum veſtrarum nullus rapinam, ſeù furtum facere, ignem apponere, ſanguinem effundere, hominem temerè capere, vel interficere, ſeù violentiam audeat exercere. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeù quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Diocœſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisvè perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contrà eam temerè venire tentaverit ſecundo, tertiovè commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax D. N. Jeſu Chriſti, quatenùs & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum apud Urbem veterem per manum Mag. Michaelis de Tholoſa Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ViceCancellarii III. Nonas Julii Indict. xv. Incarnationis Dominicæ Anno 1256. Pontificatus verò Domini Alexandri Papæ IV. Anno ſecundo. Amen. Amen.

Ego

Digitized by Google

Ego Simon S.Martini Presbiter Cardinalis ſubſcripſi.
Ego Andreſins S. Praxedis Presbiter Card. ſubſcripſi.
Et Ego Gullielmus S. Marti Presbiter Card. ſubſcripſi.
Et Ego Frater Guido S.Laurentii in Lucina Presbiter Card.ſubſcripſi.
Ego Jacobus S.Nicolai in Carcere Tuliano Diaconus Card. ſubſcripſi.
Ego Ricardus S.Angeli Diaconus Card. ſubſcripſi .
Ego Octavianus S.Mariæ in via lata Diaconus Card. ſubſcripſi.
Ego Jacobus S. Mariæ in Coſmedin. Diaconus Cardin. ſubſcripſi.
Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Stephanus Præneſtinus Epiſcopus.
Ego Guido Sabinenſis Epiſcopus.

Bulla SS. D.N.Alexandri IV.pro Canonica S.Mariæ de Frigdionaria.

ALEXANDER Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Priori Eccleſiæ S. Mariæ de Friſionaria, ejuſque Fratribus tàm præſentibus, quàm futuris, Regularem vitam profeſſis in perpetuum. *Eſt Romæ.*

Religioſam vitam eligentibus, Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium; nè fortè cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur (quod abſit) Sacræ Religionis infringat.

Ea proptèr dilecti in Domino, veſtris juſtis poſtulationibus clementèr annuimus, & Eccleſiam S. Mariæ de Friſionaria Lucanæ Diœceſis, in qua divino eſtis obſequio mancipati, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus.

In primis ſiquidem ſtatuentes, vel ordo canonicus, qui ſecundum Deum, & B. Auguſtini Regulam in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona dicta Eccleſia impræſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeù aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in quo prædicta Eccleſia ſita cum omnibus pertinentiis ſuis, annuum redditum trium modiorum Bladi, quem habetis de terra ſita ad Pontem S.Donati in loco, qui dicitur Panizara, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, uſuagiis, paſcuis in boſco, & plano, in aquis, & molendinis, in viis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis. Sanè novalium veſtrorum, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenùs non percepit, ſivè de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat.

Liceat quoque vobis liberos, & abſolutos è ſæculo fugientes Clericos, vel Laicos ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere.

Prohibemus inſupèr, ut nulli Fratrum veſtrorum poſt factam in Eccleſia veſtra profeſſionem fas ſit, ſinè Prioris ſui licentia, niſi arctioris Religionis obtentu, de eodem loco diſcedere, diſcendentem verò abſque communium veſtrarum litterarum cautione, nullus audeat retinere.

Cum autem generale Interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis Campanis, voce ſupreſſa divina officia celebrare, dummodò cauſam non dederitis Interdicto.

Chriſma verò, Oleum Sanctum, conſecrationes Altarium, ſeù Baſilicarum, Ordinationes Clericorum, qui ad Ordines fuerint promovendi, à Diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidèm Catholicus fuerit, & gratiam, & communionem Sacroſanctę Romanę Sedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate exhibere.

Prohibemus inſupèr, ut infrà fines Parochiæ veſtrę, nullus ſine conſenſu Diœce-

Diœceſani Epiſcopi, & veſtro, Capellam, ſeù Oratorium de novo conſtruere audeat, ſalvis privilegiis Pontific. Rom.

Ad hæc novas, & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Archidiaconis, ſeù Decanis, aliiſque omnibus Eccleſiaſticis, ſæcularibusvè perſonis, à vobis omninò fieri prohibemus.

Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint, aut etiam publicè uſurarii, nullus obſiſtat; ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremę voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, aut etiam publicè uſurarii, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Decimas prætereà, & poſſeſſiones, ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ à Laicis detinentur, redimendi, & legitimè liberandi de manibus eorum, & ad Eccleſias, ad quas pertinent revocandi, libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas.

Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia prępona tur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum major pars conſilii ſanioris ſecundum Deum, & B. Auguſtini regulam providerint eligendum.

Paci quoque ac tranquillitati veſtrę paterna in poſterum ſolicitudine providere volentes, authoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum, ſeu grangiarum veſtrarum, nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere.

Præterea omnes libertates, & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Eccleſiæ veſtræ conceſſas, necnon libertates, & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus, & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus.

Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum liceat pręfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa fuıt uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſt. auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſeculariſuè perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundo tertiovè commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamq; Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictę ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quatenus, & hìc fructum bonę actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem pręmia ęternę pacis inveniant. Amen.

Datum Viterbii per manum Magiſtri Jordani S.R. E. Notarii, & Vicecancellarii. Idibus Mai. Indict. I. Incarnat. Dominicæ Anno MCCLVII. Pontificatus verò D. Alexandri Papæ IV. Anno III.

✝ *Ego Frater Jaonnes tit. S. Laurentii in Lucina presbiter Card. ſubſcripſi.*

✝ *Ego Frater Ugo tit. S. Sabinæ presbiter Card. ſubſcripſi.*

✝ *Ego Ricardus tit. S. Angeli Diaconus Card. ſubſcript.*

✝ *Ego Octavianus S. Mariæ in via lata Diaconus Card. ſubſcripſi.*

✝ *Ego Petrus S. Georgii ad velum aureum* Diaconus *Card. ſubſcripſi.*

✝ *Ego Joannes S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconus Card. ſubſcripſi.*

Ego

† *Ego Ottobonus S.Adriani Diaconus Card. ſubſcripſi.*
† *Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.*
† *Ego Oddo Epiſcopus ſubſcripſi.*
† *Ego Stephanus Præneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.*

Privilegium Alexandri Papæ IV. pro Canonica S. Mariæ de Frigdionaria.

ALEXANDER Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Priori, & Fratribus Monaſterii de Frigdionaria Lucanæ Diœceſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. *Eſt Frigdionariæ.*

Solet annuere Sedes Apoſtolica piis votis, & honeſtè petentium precibus favorem benivolum impartiri.

Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates, & immunitates à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris Monaſterio veſtro conceſſas: necnon libertates, & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus, & Principibus, & communi Lucen. necnon ab aliis Chriſtifidelibus rationabiliter vobis indultas. Sicut eas juſtè, & pacificè obtinetis, vobis, & per vos Eccleſiæ veſtræ auctoritate Apoſtolica confirmamus, Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum: Datum Viterbii Idibus Aprilis Pontificatus noſtri anno quarto. 1258

Privilegium Alexandri Papæ IV. pro Canonica S.Mariæ de Frigdonaria.

ALEXANDER Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Eccleſię S. Mariæ in Frigdionaria Ordinis S. Auguſtini Lucanæ Dœceſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. *Eſt Frigdionariæ.*

Volentes Eccleſiæ veſtræ obtentu dilecti filii nobilis viri Marchualdi Militis Lucani, qui nuper de bonis propriis Eccleſiam veſtram fundaſſe dicitur, & dotaſſe; & qui pro vobis perſonaliter Apoſtolicam gratiam imploravit, à futuris gravaminibus præcavere, ipſius ſupplicationibus inclinati, auctoritate vobis præſentium indulgemus; ut ad præſtandum procurationem Legatis, vel Nuntiis Sedis Apoſtolicæ, ſeu ad contribuendum in aliqua collecta ipſorum Legatorum, vel etiam Sedis ejuſdem auctoritate, Clero Lucanæ Civitatis, vel Diœceſis imponenda minime teneamini, nec ad id compelli poſſitis, abſque ſpeciali mandato Sedis ejuſdem, facientes plenam, & expræſſam de hac indulgentia mentionem. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare voluerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Viterbii 2. Kal. Maii. Pontificatus noſtri anno 4.

Privilegia SS. D. N. Clementis Papæ IV pro Baſilica Salvatoris Lateranen.

CLEMENS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Priori, & Capitulo Lateran. Eccleſiæ, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. *Eſt Romæ.*

Meritis veſtræ Religionis inducimur, ut vos favoris benigni gratia proſequamur, veſtris itaque devotis precibus benignum impartientes aſſenſum, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut ad

præſta-

Immunis à quacumque exactione.

præſtationem aliquarum collectarum, procurationum, ſubventionum, & aliarum exactionum impoſitarum, vel etiam imponendarum vobis, Eccleſiis, & Capellis veſtris à Sede Apoſtolica, ſeu Legatis, & Nuntiis ejuſdem, atque ipſorum auctoritate ac mandato, non teneamini per litteras ipſius, ſeu Legatorum ejus, abſque ſpeciali mandato ipſius Sedis, plenam & expreſſam facientes de indulto hujuſmodi, & Lateranen. Eccleſiæ mentionem. Nos enim excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, ſi quas occaſione prædictorum in vos communiter, vel aliquos veſtrum, ſive in Eccleſias, & Cappellas eaſdem, promulgari contigerit, decernimus penitùs non tenere. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Peruſii Pontificatus noſtri anno ſecundo. 1267.

Eſt Erigdionaria.

Bulla Gregorij Papę IX. pro Canonica S. Mariæ de Frigdionaria.

GREGORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Priori Eccleſię S. Mariæ de Friſionaria, ejuſque Fratribus tàm præſentibus, quàm futuris Regularem Vitam profeſſis, in perpetuum.

Religioſam vitam eligentibus, Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur [quod abſit] Sacræ Religionis infringat.

Ea propter dilecti in Domino filii veſtris poſtulationibus clementer annuimus, & prędictam Eccleſiam S. Georgii de Brinate, in qua Divino eſtis obſequio mancipati, ad exemplar fœl. record. Urbani, & Clementis Papę prędeceſſorum noſtrorum, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & pręſentis ſcripti privilegio communimus.

In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Canonicus, qui ſecundùm Deum, & B. Auguſtini Regulam in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

Pręterea quaſcumque poſſeſſioues; quęcumq; bona eadem Eccleſia in pręſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis [pręſtante domino] poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in quo præfata Eccleſia ſita eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, annuum redditum modiorum Bladi, quem habetis de terra ſita, ad Pontem S. Donati, in loco, qui dicitur Panizara cum terris, pratis, vineis, nemoribus, uſuagiis, & paſcuis, in boſco, & plano, in aquis, & molendinis, in viis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis:

Sanè novalium veſtrorum, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenùs non percepit, ſivè de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat.

Liceat quoque vobis Clericos, vel Laicos, & abſolutè ſæculo fugientes, ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere.

Prohibemus inſuper, ut nulli Fratrum veſtrorum poſt factam in Eccleſia veſtra profeſſionem, fas ſit ſine Prioris ſui licentia, niſi arctioris Religionis obtentu, de eodem loco diſcedere; diſcedentem verò abſque communium litterarum veſtrarum cautione, nullus audeat retinere.

Cum autem generale interdictum terrę fuerit, liceat vobis, clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis Campanis, voce ſuppreſſa divina Officia celebrare, dummodò cauſam non dederitis interdicto.

Chriſma verò, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſcù Baſilicarum, Ordinationes Clericorum, qui ad Ordines fuerint promovendi, à Diœceſano ſuſci-

ſcipietis Epiſcopo; ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam, & communionem Sacroſanctę Romanæ Sedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere.

Prohibemus inſupèr, ut infrà fines Parochiæ veſtræ ſi eam habetis, nullus ſine aſſenſu Diœceſani Epiſcopi, & veſtro, Capellam, ſeù Oratorium de novo conſtruere audeat, ſalvis privilegiis Pontificum Romanorum. Ad hæc novas, indebitaſque exactiones ab Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Archidiaconis, ſeù Decanis, aliiſque omnibus Eccleſiaſticis, ſæcularibusvè, à vobis omninò fieri prohibemus.

Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati, vel interdicti fuerint, aut etiam publicè uſurarii, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Decimas prętereà, & poſſeſſiones ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ à Laicis detinentur, redimendi, & legitimè liberandi de manibus eorum, & ad Eccleſias, ad quas pertinent revocandi, libera ſit vobis de noſtra authoritate facultas.

Obeunte verò te, nunc ejuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeù violentia prępon atur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum major pars conſilii ſanioris, ſi ad eos dumtaxàt Prioris ſpectat electio ſecundùm Deum, & B. Auguſtini regulam providerint eligendum.

Paci quoque, & tranquilitati veſtræ paterna impoſterùm ſolicitudine providere volentes, authoritate Apoſtolica prohibemus, ut infrà clauſuras locorum, ſeù grangiarum veſtrarum, nullus rapinam, ſeù furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere, vel interficere, ſeù violentiam audeat exercere.

Prætereà omnes libertates, & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Eccleſiæ veſtræ conceſſas, necnon libertates, & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, vel aliis Fidelibus rationabilitèr vobis indultas, authoritate Apoſtolica confirmamus, & pręſentis ſcripti privilegio communimus.

Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Sacroſanctam Baſilicam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, & ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed omnia integrè conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisvè perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contrà eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiovè commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine ſubjaceat ultioni, cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs, & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternę pacis inveniant. Amen.

Datum apud Urbem veterem per manum Magiſtri Janoni Lecacorvi Snnctæ Romanæ Eccleſiæ ViceCancellarii ix. Octobris, Indict. I. Incarnationis Dominicæ 1272. Pontificatus verò D. Gregorii Papæ X. Anno I.

† *Ego Gregorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.*

† *Ego Oddo Tuſculan. Epiſcopus ſubſcripſi.*

† *Ego Franciſcus Ioannes S. Ruffinæ Epiſcopus ſubſcripſi.*

† *Ego Simon tit. S. Martini Presbiter Card. ſubſcripſi.*

† *Ego Ancherus tit. S. Praxedis Presbiter Card. ſubſcripſi.*

✠ Ego Ioannes S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconus Card. ſubſcripſi.
✠ Ego Ottobonus Diaconus Card. S. Adriani ſubſcripſi.
† Ego Iacobus S. Mariæ in Coſmedin Diaconus Card. ſubſcripſi.
✠ Ego Gottifredus S. Georgii ad Velum aureum Diaconus Card. ſubſcripſi.
† Ego Ubertus S. Euſtachii Diaconus Card. ſubſcripſi.
† Ego Matthæus S. Mariæ in porticu Diaconus Card. ſubſcripſi.

Litteræ SS. D. N. Honorij Papæ IV. pro Canonica S. Mariæ Charitatis Venetiarum.

HONORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis poteſtati, ac Populo Paduano ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Dilecti filii Prior, & Conuentus Eccleſiæ S. Mariæ de Charitate de Venetiis, quæ Ordinis Sancti Auguſtini ad Romanam Eccleſiam nullo pertinet, mediante tranſmiſſa nobis petitione monſtrarunt, quod cum in diſtrictu veſtro poſſeſſiones habere noſcantur, vos quominùs earum fructus ad ſuam Eccleſiam deferantur contrà juſtitiam impeditis, in eorum non modicum detrimentum. Cum itaque nil, nec vos agere, nec nos pati deceat contrà Eccleſiaſticam libertatem, Univerſitatem veſtram monemus attentè, per Apoſtolica nobis ſcripta mandantes, quatenús prædictis Priori, & Conventui fructus poſſeſſionum earum, ad eamdem Eccleſiam ſuam deferre liberè permittatis. Alioquin Venerabili Fratri noſtro Patriarchæ Gradenſi, noſtris damus litteris in mandatis, ut vos ad id per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota, juſtitia mediante compellat.

Datum Laterani v. Idus Octob. Pontific. noſtri Anno I. 1285.

Privilegium SS. D. N. Nicolai *Papæ IX. pro Abbatia S. Petri de Cęlo Aureo Papiæ.*

Eſt Papia. NICOLAUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili Fratri Epiſcopo Novarienſi. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ex parte Dilecti Filii Rolandi electi Monaſterii S. Petri in Cœlo Aureo Papien. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Auguſtini, nobis extitit ſupplicatum, ut cum electio celebrata de ipſo tunc Canonico dicti Monaſterii, ad regimen ipſius Monaſterii tunc vacantis, à Conventu prædicti Monaſterii per dilectos filios Præpoſitum S. Agathæ Florum de Dovaria, & Michaelem de Summo Canonicos Eccleſiarum Cremonen., quibus examinationem, & confirmationem hujuſmodi electionis, Venerabilis Frater noſter B. . . . . . Epiſcopus Portuenſis, tunc in illis partibus Apoſtolicæ Sedis Legatus ſpecialitèr duxerat committendam, quià invenerunt ipſam Canonicam, legitimè fuerit confirmata, ac propter paupertatem dicti Monaſterii, & debitorum onera, quibus prædictum Monaſterium noſcitur obligatum, prædicto electo diſpendioſum exiſtat Apoſtolicam Sedem adire pro ſuæ Benedictionis munere obtinendo, impertiri ſibi Benedictionis munus per aliquem faceremus. Nos igitur eidem electo ſuper hoc, necnon & damnis ipſius Monaſterii, quæ per abſentiam dicti electi, ſi propter hoc ad Sedem ipſam accederet, fortaſſis incurreret, volentes paterna ſolicitudine præcavere, ipſius electi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs ſi quod de hujuſmodi confirmatione ſuæ electionis proponitur, inveniris veritate fulciri, eidem electo, auctoritate noſtra munus Benedictionis impendas, recepto ab eo noſtro, & Eccleſiæ Romanę nomine fidelitatis ſolitæ juramento, ſecundùm formam, quam ſub Bulla noſtra tibi mittimus interclusam formam, quam ſub Bulla noſtra tibi mittimus intercluſam, formam autem juramenti, quod ipſe pręſtabit, de ver-

bo ad verbum, per tuas patentes litteras, tuo ſigillo munitas, nobis per proprium Nuntium quantociùs ſtudeas intimare.

Datum Romæ apud S.Petrum xv.Kalen.Maii. Pontific.oſtri Anno I. 1288.

Privilegium Baſilicæ Lateranenſis Nicolai Papæ IV.

NICOLAUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Priori, & Capitulo Eccleſiæ Lateranen. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Meritis veſtræ Religionis inducimur, ut vos favoris benigni gratia proſequamur. *Eſt Romæ* Veſtris itaque devotis precibus benignum impertientes aſſenſum, devotioni veſtrę ad inſtàr fel. record. Clementis Papæ IV. prædeceſſoris noſtri auctoritate præſentium indulgemus, ut ad præſtationem aliquarum collectarum, procurationum, ſubventionum, & aliarum exactionum impoſitarum, vel etiam imponendarum vobis, Eccleſiis, & Capitulis veſtris à Sede Apoſtolica, ſeù Legatis, & Nuntiis ejuſdem, aut ipſorum auctoritate, & mandato non teneamini per litteras ipſius Sedis, ſeù Legatorum abſque ſpeciali mandato ipſius Sedis, plenam, & expreſſam faciente de Indulto hujuſmodi, & Lateranenſis Eccleſiæ mentionem. Nos enim excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, ſi qua occaſione prædictorum in vos communitèr, vel aliquos veſtrum, ſivè in Eccleſias, & Capellas eaſdem promulgari contigerit, decernimus penitùs non tenere. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Reate Kalen. Septembris. Pontificatus noſtri Anno I. 1288.

Litteræ SS. D. N. Clementis Papæ V. Quibus conceduntur Indulgentiæ viſitantibus Baſilicam D. Petri de Cęlo Aureo Papiæ, in feſto S. P. Auguſtini.

CLEMENS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & Conventui Monaſterii S. Petri in Cœlo aureo Papien. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Auguſtini. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi à Fidelibus ſuis, dignè, & laudabiliter ſerviatur, de abundantia pietatis ſuæ, quæ merita ſupplicum excedit, & vota, benè ſervientibus, multò majora retribuat; quàm valeant promoveri; Nihilominùs tamen affectantes reddere Domino Populum acceptabilem, Fideles Chriſti ad complacendum ei quaſi quibuſdam illectivis muneribus; Indulgentiis ſcilicèt, & remiſſionibus invitamus, ut exindè reddantur divinæ gratiæ aptiores.Nos igitur cupientes,ut Eccleſia Monaſterii veſtri,ad quam ob devotionem B. Auguſtini (cujus Corpus in eadem Eccleſia requieſcere dicitur) Populi confluit multitudo, congruis honoribus frequentetur, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, ejus auctoritate confiſi, omnibus verè pœnitentibus,& confeſſis,qui Eccleſiam ipſam in feſtivitate ipſius Sancti venerabilitèr viſitaverint, annuatim quadraginta dies de injuncta Pœnitentia miſericorditer relaxamus.

Datum Peruſii VIII. Idus Auguſti. Pontificatus noſtri Anno I. 1306.

Digitized by Google

Bulla SS.D.N. Clementis Papæ V. pro Abbatiali Canonica D.Petri de Cęlo Aureo.

CLEMENS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Conventui Monaſterii S.Petri in Cœlo Aureo Papien. ad Romanam Eccleſiam nullo modo pertinentis Ordinis S. Auguſtini. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Licet ex incumbenti nobis cura paſtoralis officii ad ſtatum Eccleſiarum, & Monaſteriorum omnium ſalubritèr diſponendum inſtantia noſtri laboris invigilet, & ſolicitudo noſtra principalitèr elaboret; de illis tamen, quę ad Romanam immediatè ſpectant Eccleſiam cogitare attentiùs nos oportet, ut cum fuerint incommodo vacationis expoſita, pulſis procùl, obſtaculis, & impedimentis quibuslibet eminùs relegatis, Paſtor eis accedat debitus, & legittimus proveniat Gubernator. Dudùm ſiquidèm Monaſterio veſtro per obitum quondam Rolandi ipſius Monaſterii Abbatis vacante, vos vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commodè intereſſe, die ad eligendum præfixa pro ſubſtitutione, ut eſt moris inſimùl conveniſtis, & demùm deliberantes, ad hoc per viam procedere compromiſſi, in Fratrem Martiuum de Sclafenatis Canonicum ejuſdem Monaſterii compromittere curaviſtis, conceſſa ei providendi pro ea vice per electionem Canonicam ipſi Monaſterio de Abbate plena, & libera poteſtate, promittentes illum in veſtrum, & dicti Monaſterii Abbatem recipere, quem idem Canonicus in Abbatem dicti Monaſterii duceret eligendum, dictuſque Frater Martinus, hujuſmodi compromiſſo recepto, ſecedens in partem, diligenti ſuper hoc inter ſe deliberatione præhabita, dilectum filium Philippum Abbatem, & tunc Priorem clauſtralem ipſius Monaſterii, veſtrum ordinem expreſſe profeſſum, & in Sacerdotali ordine conſtitutum, elegit in Abbatem Monaſterii prælibati, & electionem ipſam coram vobis ſolemniter publicavit, ipſeque Philippus poſtmodum ad inſtantiam veſtram electioni hujuſmodi conſenſit; poſtmodum verò dilecti filii Opizo Præpoſitus, & Conventus Monaſterii S.Crucis Mortarienſis, per Præpoſitum ſoliti gubernari dicti Ordinis Papienſis Diœceſis, necnon Priores, & cæteri Præpoſiti, & Archipresbyteri Prioratuum, & Eccleſiarum ſubjectorum dicto Monaſterio S. Crucis, prætendentes ad ſe pertinere ex pacto, & conventione habitis inter eos, & vos, jus eligendi Abbatem in dicto Monaſterio S. Petri cum illud vacare contingit, Joannem de S. Maria Præpoſitum Prępoſitatus S. Gratiani Vercellen. ejuſdem Ordinis, in Abbatem prædicti Monaſterii S. Petri de facto erigere curaverunt, qui hujuſmodi electioni de ſe factæ conſenſit, ijſdemque Philippus, & Joannes per ſeipſos dictique Electores eorum per ſuos Procuratores, & Nuncios ſpeciales, ad curiam dilecti filii noſtri Arnaldi S. Mariæ in Porticu Diaconi Cardinalis, tunc in partibus illis Apoſtolicæ Sedis Legati acceſſerunt pro confirmatione electiouum hujuſmodi obtinenda, in præmiſſis omnibus ſtatutis à jure temporibus obſervatis; dictus itaque Legatus propoſito earundem electionum negotio coram eo, negotiũ ipſum dilecto filio Gulielmo de Paulliaco Præpoſito Eccleſiæ Vivarienſis generali dictæ Curiæ cauſarum Auditori ſpecialiter audiendum commiſit, & fine debito terminandum. Coram quo Magiſtris Andrea de Fano Philippi, & Federico de Terdona Joannis prædicti, & electorum ipſius Joannis Procuratoribus in judicio comparentibus, & oblatis per eos in cauſa ipſa libellis, & lite inter eos ſuper eiſdem libellis in ejuſdem Auditoris præſentia legitimè conteſtata, ac de calumnia, & veritate dicenda præſtitis juramentis, poſitionibus factis, & reſponſionibus ſubſecutis, datiſque articulis, & receptis teſtibus ab utraque parte productis, eorumque atteſtationibus publicatis, & quibuſdam Inſtrumentis exhibitis coram eo, ac rite in hujuſmodi cauſa concluſo, idem Auditor viſis, & diligenter inſpectis omnibus prædictis exhibitis, & actitatis in cauſa prædicta, & allegationibus partium

intel-

intellectis, ſuper hoc communicato plurium conſilio Peritorum prædictis Philippo Abbate, ac Magiſtro Federico præſentibus certa die ad ſuam ſententiam audiendam præfixa, ſententialiter pronunciavit, ac etiam declaravit, prout hæc omnia potita fuerant in dicto libello pro parte dicti Philippi Abbatis exhibito;electionem de ipſo Philippo factam tamquam canonicè de perſona idonea celebratam approbandam, & confirmandam, ipſumque Philippum inſtituendum fore plenariè in Abbatem dicti Monaſterii Sancti Petri, & ipſam electionem de eodem Philippo factam approbavit, & confirmavit, ipſumque Philippum inſtituit in Abbatem ejuſdem Monaſterii, curam, & adminiſtrationem ipſius ejuſdem Philippo in ſpiritualibus, & temporalibus plenariè; prout ex ſpeciali poteſtate ſibi ſuper hoc tradita ab eodem Legato poterat committendo, dictamque electionem de dicto Joanne factam caſſàvit, & ipſam cauſam, & irritam pronunciavit dictum Magiſtrum Federicum procuratorio nomine dictorum ſuorum Dominorum, & ipſum eoſdem Dominos ſuos eidem Philippo in expenſis per eum in hujuſmodi negotio factis condemnans, ipſarum expenſarum taxatione ſibi in poſterum reſervata ſicut in Inſtrumento publico inde confecto, dicti Auditoris ſigillo munito pleniùs dicitur contineri, à qua ſententia die octava poſt prolationem ipſius, pro parte dicti Joannis, & electorum ejus, ſine ſcripto fuit de facto vivę vocis oraculo ad Sedem Apoſtolicam appellatum; & nos cauſam appellationis hujuſmodi, & negotii principalis, Ven. Fratri noſtro Nicolao Epiſcopo Hoſtienſi audiendam nobiſque fideliter refferendam commiſimus, dictuſque Epiſcopus cauſa ipſius appellationis legitime cognita, & de ejus meritis pleniùs informatus, nobis ſuper illa fecit relationem plenariam, & fidelem. Noſque poſtea eidem Epiſcopo commiſimus, ut cauſam hujuſmodi fine debito terminaret. Qui ad ſententiam in cauſa huiuſmodi audiendam, dictis Philippo, & Joanni prædicto, ejuſque electoribus præfixit peremptoriè certam diem, in qua eodem Philippo perſonaliter comparente, & eorumdem Joannis, & electorum ejus non comparentium contumaciam accuſante, ac ſententiam in cauſa hujuſmodi ferri cum inſtantia poſtulante, dictus Cardinalis reputans dictos Ioannem, & electores ejus exigente juſtitia merito contumaces, diffinitivè ſententiando pronunciavit in ſcriptis, prædictam appellationem fuiſſe frivolam, & inanem, & per eam non fuiſſe ad ſedem ipſam principale negotium devolutum. Nos igitur quæ in hac parte à dictis Epiſcopo, & Auditore facta ſunt rata habentes,& grata, ac plenum volentes ſortiri effectum, eidem Abbati fecimus per eundem Epiſcopum munus benedictionis impendi, in illo qui dat gratias, & largitur munera confidentes, quod Monaſterium ipſum per ſuæ circumſpectionis induſtriam, & providentiam circumſpectam, præſervabitur à noxiis, & adverſis, ac in ſpiritualibus, & temporaliſius auctore Deo grata ſuſcipiet incrementa. Quo circa Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus; quatenus eundem Abbatem benignè recipientes, & honeſtè tractantes, exhibeatis ei obedientiam, & reverentiam debitum, & devotam, ejus ſalubria monita, & mandata ſuſcipiendo devotè, & efficaciter adimplendo; ità, quod mutuo inter vos, & ipſum ſpirituale poſſit abundare gaudium, & proſperitatis optatæ conſurgere incrementum; alioquin ſententiam, quam idem Abbas ritè tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Datum Viennæ quinto Idus Octobris. Pontificatus noſtri anno ſexto. 1311.

Bulla SS. D. N. Clementis Papæ V: ad Vaſſallos S.Petri de Cælo aureo *Papiæ.*

CLEMENS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis univerſis Vaſſallis Monaſterii S. Petri in Cœlo aureo Papien. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Auguſtini ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. *Eſt Papiæ.*

Licet ex incumbenti nobis cura Paſtoralis officii, *& cætera, prout in ſuperiori uſque*

Digitized by Google

uſque ad verba illa: Quo circa univerſitati veſtræ. *Mox enim ſubdit*. Quocirca Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus eundem Abbatem honorificentia debita proſequentes, ei fidelitatis ſolitum juramentum præſtare, & conſueta ſervitia, & jura ſibi à vobis debita exhibere integrè ſtudentes; ita quod poſſitis exindè merito commendari, alioquin ſententiam ſive pœnam, quam ipſe ſpiritualiter, & temporaliter ritè tulerit, vel ſtatuerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

Datum Viennæ 3. Idus Octobris. Pontific. noſtri anno VI. 1311.

Eſt Cremonæ.

Privilegium Ioannis XXII. pro Præpoſitura Canonicæ S. Agathæ Cremonen.

JOANNES Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Jacobo Præpoſito, & Conventui Monaſterij S. Agathæ Cremonen. per Præpoſitum ſoliti gubernari Ordinis S. Auguſtini ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exponit veſtræ devotionis ſinceritas, & Religionis promeretur honeſtas, ut tam vos quos ſpeciali dilectione proſequimur, quam etiam Monaſterium veſtrum condignis favoribus attollamus, hinc eſt, quod nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut Monaſterio prædicto, quod ut aſſeritis antiquum, & honorabile exiſtit, & ad quod magna pro tempore populi habetur devotio, cujuſque Præpoſito exiſtenti pro tempore, Baculo Paſtorali in Proceſſionibus generalibus in eodem Monaſterio fieri ſolitis uti poſſit per ſpeciale Apoſtolicæ Sedis Privilegium eſt conceſſum. Tu dilecte fili Præpoſitæ, & ſucceſſores tui Præpoſiti dicti Monaſterii, qui erunt pro tempore, Mitra, Annulo, & aliis Pontificalibus inſigniis in eiſdem Proceſſionibus, necnon diebus ſolemnibus in Miſſis, & aliis Divinis Officiis liberè uti: quodque in dicto Monaſterio, & Prioratibus etiam ſubjectis, Benedictionem ſolemnem poſt Miſſarum, Veſperorum, & Matutinorum ſolemnia; dummodò in benedictione hujuſmodi, aliquis Antiſtes, vel Sedis ejuſdem Legatus præſens non fuerit elargiri poſſitis. Fel. record. Alexandri Papæ Tertii prædeceſſoris noſtri, quæ incipit Abbates, & aliis quibuſcumque Conſtitutionibus Apoſtolicis in contrarium æditis nequaquam obſtantibus, vobis, & eiſdem ſucceſſoribus auctoritate Apoſtolica de ſpeciali gratia tenore præſentium indulgemus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum 12. Kal. Octobris. Pontific. noſtri anno 3. 1318.
M. de Novaria V.

Privilegium Ioannis XXII. Datum Fratribus Eremitanis pro ingreſſu Eccleſiæ S. Petri in Cœlo aureo Papię.

JOANNES Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Priori principali, & Fratribus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Veneranda Sanctorum Patrum Doctorum Eccleſiæ vita promeruit, ac ipſorum celebris, proficuaque doctrina perſuadet, ut eis, qui jam Deum facie ad faciem tenebrarum fugata caligine intuentur in Patria, quique illius ſuaviſſima fœlicitatis dulcedine perfruuntur à nobis, & cunctis Chriſtifidelibus in hujus peregrinationis noſtræ via, dum vivimus, ubi cum in enigmate videmus per ſpeculum, quantùm ex alto conceditur debita honoris, & laudis exhibitio tribuatur; honor enim illis exhibitus, exhibetur Chriſto, laudes eorum Salvatoris noſtri redundant in laudem, quem laudare, & honorare, dum viverent, veluti ipſius manci-

pati

pati obſequiis indefeſſis præconiis non ceſſarunt. Propterea Pſalmiſta hortabatur cum diceret, Laudate Dominum in Sanctis ejus: laudatur enim Dominus, qui Sanctos fecit, eoſque, ut laudarentur, imò, ut ipſum in ſeculum ſeculi collaudarent, inſtituit, cum idem in eum, & propter eum dignis præconiis attolluntur, verè utique iſti Sancti ſunt vere Doctores Eccleſiæ, Gregorius, Sanctus Ambroſius, Auguſtinus, atque Hieronymus, quorum doctrina informatur Eccleſia, quorum vita mores ſalubriter informantur, ut de ipſis ſcriptum eſſe intelligatur, & merito, qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cœlorum, & illud, qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Per hos enim quatuor Doctores egregios quaſi per quoſdam cæleſtis eruditionis limpidiſſimos rivulos, divini eloquii novi, ſcilicèt, & veteris Teſtamenti, totiuſque Catholicæ Fidei firmitas à fonte ſapientiæ, quod eſt verbum Dei in excelſis. Poſt glorioſiſſimorum tùm Apoſtolorum, & Evangeliſtarum inſtructiones vivificas, & ipſorum ſacrata volumina, ad nos copioſa, imò uberrima fluenta decurrunt, cum per eorumdem Doctorum verba melliflua Scripturæ Sacræ, Fideique Catholicæ reſerentur Myſteria, enodentur apices, Parabolæ pateant, ſimilitudines inoteſcant; hoc eorum teſtantur Epiſtolæ, Sermones hoc edocent, libri efficaciùs demonſtrant, hos inter celeberrimos idem Pontifex Auguſtinus magnæ quidem auctoritatis, & ſanctitatis Præſul, magnæ circumſpectionis, & proviſionis Pater, magnæ ſubvectionis, & miſerationis Antiſtes, dilectus itaque Deo, & hominibus, cujus memoria in Benedictione eſt, veluti gemmula carbunculi ignitæ charitatis, & flammæ in eloquentię, & ſapientiæ auri ornamento locata reſplenduit, velut Aquila grandis venit ad Libanum, & tullit medullam Cedri, dum aggreſſus eſt quæſtiones altiſſimas, & eaſdem profundiſſimas non expavit; Quinimò in eis vitiorum ſpinis abſciſſis, profligatis hæreſibus, earumque radicibus extirpatis, Catholicæ Fidei veritatem produxit in lucem, eduxit in publicum, firmis, & invictis rationibus ſolidavit, ut illius ſuavitatem dulcedinis, ac ſi medullam Cedri in holocauſtum divinæ Majeſtatis aſſumens ad refectionem totius Militantis Eccleſiæ propinaret; grata itaque Deo ejus oblatio, acceptum ipſius Sacrificium, nobis utiliſſimum, quod impendit; quatenùs de ipſo non dubitativè, ſed admirativè, & commendativè dicamus, Nunquid ingreſſus es profunda Maris, & in noviſſimis abyſſi ambulaſti? Nunquid apertæ ſunt tibi portæ mortis, & oſtia tenebroſa vidiſti? habet ergò exiudè undè commendutur Auguſtinus, ex ſcientia commeudetur, ex labore laudetur, ex intentione extollatur, & vita. Nam cum vivendi normam Sacræ Religionis præſcriberet, Præſul idem, tanquàm forma gregi factus ex animo, nedùm aliis prædicaret ipſe reprobus efficeretur, eandem in ſe non minùs ſervare, quàm aliis imperare; quinimò & illis ſupererogare ſategit, ut diceret charitati veſtræ de nobis ipſis ſermo reddendus eſt. Hæc dum nos, qui licet immeriti vices Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti tenemus in Terris, quibuſque totius gregis Dominici cura ab ipſo Domino in perſona Beati Petri Principis Apoſtolorum, cujus ſucceſſor exiſtimus commiſſa eſt, qua devotione recolimus, & profunda meditatione penſamus, dignum arbitramur, & congruum, ut ubi tanti Doctoris, & Præſulis corpus tumulatum quieſcere dicitur, ubi ultrà id, quod ſibi honoris, & laudis ab univerſali exhibetur Eccleſia, ſingulari quadam reverentia à vobis, & Fratribus Ordinis veſtri, qui ſub ejuſdem Patris regula digitis, & ſancta obſervatione militatis, quique divinis inſiſtitis laudibus vacatis, orationi intenditis, exhortationi inſudatis ſtudio, & animarum ſaluti propenſiús vigilatis, ſpecialiter honoretur, quatenùs inibi tanquàm membra ſuo capiti, filii Patri, Magiſtro diſcipuli, duci Milites cohærentes, Deo & ipſi Sancto auctoritate fulti Apoſtolica, præcordialibus jubiletis, ubi & Præceptoris veſtri, Patris, Ducis, & capitis Auguſtini noveritis Reliquias fore ſepultas: ea propter ad honorem Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Beatæ, & Glorioſæ ſemperque Virginis Genitricis Dei Mariæ, Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ac ejuſdem Beati Auguſtini Doctoris Egregij, omniumque Sanctorum, nèc non divini cultus augumentum de Fratrum noſtrorum conſilio

filio auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod Fratres veſtri Ordinis, quibus præſit Prior ſecundùm obſervantiam ipſius Ordinis Heremitarum, juxtà Eccleſiam Monaſterii S. Petri in Cælo Aureo Papien., cui præeſt Abbas, & Conventus Canonicorum Regularium Ordinis Beati Auguſtini prædicti degunt inibi ſub eodem, etiamſi ad Romanam Eccleſiam nullo pertineat, mediante, ubi Sacrum Corpus ejuſdem Beati Auguſtini eſſe dicitur ſolemniter tumulatum, mediatè, vel immediatè, prout eiſdem Priori, & Fratribus videbitur expedire, & commodè fieri poterit uſque ad vigeſimum quintum, vel trigeſimum numerum ad minùs, juxtà ſubſcriptam formam debeant inſimul perpetuis fututis temporibus habitare; Quodque vos dictos Fratres ibidem uſque ad hujuſmodi numerum teneamini deputare, quos actore Deo ſtudeatis habere ætate maturos, liberali ſcientia præditos, & honeſta converſatione decoros; remanentibus tamen dictis Abbate, & Conventu Canonicorum, prout ipſi nunc ſunt in Monaſterio prælibato, ſicut infrà pleniùs eſt expreſſum, ſanè Fratrum habitatio prædictorum conſtituatur in loco decenti juxtà Eccleſiam Monaſterii antedicti, prout ſuperiùs eſt expreſſum, & ab eorumdem Abbatis, & Canonicorum habitationibus ſit diſcreta, & taliter diſponatur, quod ipſi Fratres eandem Eccleſiam dicti Monaſterii per aliam portam de novo inibi faciendam liberè ingredi, & egredi valeant, ac in eadem Eccleſia cum dictis Abbate, & Canonicis juxtà modum deſignatum inferiùs in divinis Officiis intereſſe, etiamſi dicta Eccleſia exiſtat, & hujuſmodi habitatio ipſorum Fratrum fuerit intrà ſpatium cannarum, infrà quod Eccleſiam, vel Oratorium, ſeù locum Religioſum, aut habitationem Religioſorum, non debere conſtrui, nonnullis Religioſis Mendicantium, & aliquorum aliorum Ordinum, per ſpeciale Apoſtolicæ Sedis privilegium eſt indultum, aliaſque ſuper hoc proviſio habeatur, quod dicti Abbas, & Canonici propter hujuſmodi portam faciendam, & habitationem ipſorum Fratrum, ut præmittitur diſponendam, nequeant in ſuis habitationibus impediri, ſed habitationes dictorum Fratrum, ab ipſorum Abbatis, & Canonicorum habitationibus ſint diſcretæ, ac diverſis Refectoriis comedant, & dormitoriis dormiant, hi, & illi in ſuis Refectoriis, & Dormitoriis ſeparatis, dictam autem habitationem, & domos, Refectorium ſcilicet Dormitorium, Clauſtrum, Hortum cum alijs officinis debitis, & conſuetis juxtà morem dicti Ordinis Hæremitarum ijdem Fratres conſtrui facient ſuis ſumptibus, vel de eleemoſynis fidelium abſque onere ipſorum Abbatis, & Canonicorum; prout dictis Fratribus Dominus miniſtrabit, & provideatur attentiùs in hac parte, quod ſi fundus, vel ſolum ubi dicti Fratres ædificare voluerint ſit aliquarum privatarum perſonarum, vel dilectorum filiorum communis, ſeu Ven. Fratris noſtri Epiſcopi Papienſis, aut alterius Eccleſiæ; dummodo aliquod aliud Monaſterium, vel Eccleſia inibi non exiſtat, illum, vel illud prædicti Fratres ement, vel aliis juſtis modis acquirent, & ibidem ædificabunt ſuis ſumptibus, vel de hujuſmodi eleemoſynis prout ſuperiùs eſt expræſſum, ſi verò quidem fundus, ſeù ſolum Abbatis, & Canonicorum exiſteret prædictorum, illum, vel illud nihilominus dicti Fratres ement juſto pretio ab eiſdem; quod ſi forte Abbas, & Canonici antedicti prædictum fundum, ſeù ſolum per juſto [ut profertur] pretio nolent vendere fratribus memoratis, eos ad id monitione præmiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam ſublato appellationis obſtaculo auctoritate noſtra decernimus compellendos; in Divinis autem officijs modum ſervari volumus ſubſequentem; ſcilicèt, quod cum tàm Canonici, quàm Fratres prædicti conforme Divinum officium dicantur habere, ipſi Canonici, & fratres inſimul eiſdem temporibus locis, & horis penſum debitę ſervitutis Domino ſoluturi conveniant in Eccleſia memorata, ita quod ab eis non diverſis, ſed eiſdem temporibus, locis, & horis, horæ Canonicæ, & Miſſæ ſolemnes in dicta Eccleſia celebrentur; ſecretas autem Miſſas, dicti Canonici, & Fratres legere poterunt, prout volent, honeſtate, decentia, & aptitudine loci, & temporis obſervatis. Volumus autem, quià ſi Altaria in dicto Monaſterio jam erecta ſint æqualia numero, eorum medietas dictis Canonicis, & reliqua medietas eorundem eiſdem Fratribus pro legendis Miſſis

hujuſ-

hujuſmodi aſſignentur; ſi verò exiſtanr inæqualia numero, major pars eorum ad
id deputetur fratribus memoratis, & quia idem Abbas antiquior in loco, & di-
gnitate major exiſtit, Abbas qui eſt, & pro tempore fuerit in celebrationibus
Miſſarum, & prædicationibus in Natalis Domiui, & Epiphaniæ, Dominicę in Ra-
mis Palmarum, Reſurrectionis, et Aſcenſionis Dominicę, Pentecoſtes, Nativitatis
Jo:Baptiſtæ in omnibus, et ſingulis SS.Petri, et Pauli Apoſtolorum, Aſſumptionis,
& omnibus aliis Beatæ Virginis, S. Auguſtini, omnium Sanctorum, Conſecratio-
nis, ſeù Dedicationis Eccleſiæ dicti Monaſterii, & in omnibus Sanctornm ſolem-
nioribus Monaſterii ejuſdem feſtivitatibus, quibus ſpecialiter conſuevit multitu-
do fidelium convenire in Eccleſia dicti Monaſterii præferatur, ut Miſſam ſolem-
niorem celebrandam diebus hujuſmodi celebrent, & iu ſolemniori prædicatione
ipſis etiam diebus prædicer, ſi hoc voluerit idem Abbas, ſi autem celebrare, aut
prædicare nequiverit, vel noluerit ipſe Abbas, loco ejus (ſi tamen Monaſterium
ipſum Priorem clauſtralem habeat) ipſe Prior Clauſtralis in hujuſmodi celebra-
tione, & prædicatione ſuccedat. Quo ſiquidem Priore Clauſtrali (ſi eum Mona-
ſterium ipſum habeat, ut præfertur) celebrare, ſeu prædicare ſimiliter non valen-
te, vel nolente, tunc Prior eoruudem Fratrum dicti loci, vel is cui per Fratres
ipſos juxtà morem eorum hoc celebrationis, & prædicationis officium commit-
tetur, de ipſius Miſſæ celebratione, ac prædicatione diſponat, prout eis videbi-
tur faciendum; Aliis verò diebus tam Dominicis, & feſtivis, quàm etiam feria-
bus, quotieſcunque prædicari, necnon in antedictis feſtivitatibus ſicut diebus
ſolemnioribus, præterquàm in prædicatione ſolemniori, ut ſupra exprimitur, ſi
in eiſdem feſtivitatibus, ſeu ſolemnioribus diebus eadem forſan die pluries in eo-
dem Monaſterio contingeret prædicari, prædicationes hujuſmodi dicti fratres, vel
ille cui hoc ipſi juxta morem hujuſmodi committent, diſtribuent, & aſſignabunt,
etiam ipſi Abbati, prout eis videbitur expedire, in ſedendo vero in eadem Ec-
cleſia quibuſcunque diebus, ipſe Abbas ſolemniorem locum teneat, ipſique Ca-
nonici juxta eum. In Proceſſionibus autem dictus Abbas ſit ultimus, ipſumque
proximè præcedant Prior Clauſtralis, & Canonici prælibati, ſervatis tamen per
eos quoad alios viros Eccleſiaſticos Religioſos, & Sæculares in incedendo loco,
& ordine, hactenus per ipſos in Proceſſionibus conſucti: præfati autem Fratres
in incedendo in Proceſſionibus hujuſmodi, antiquum locum, & ordinem ſuum
ſervent. De aliis inſuper Miſſis Conventualibus in dicta Eccleſia celebrandis, ta-
liter ordinamus, & volumus obſervari, quod Abbas, Canonici, & Fratres prædicti
dividanr, ſeu aſſignent inter ſeſe juxtà numerum perſonarũ ſufficientiam, & expe-
dientiam earundẽ, qualiter aliquas Abbas ſi ad hoc vacare voluerit, aliquas Cano-
nici, & nonnullas fratres prędicti[Miſſas celebrent, & alia officia, ſivè per hebdoma-
das, ſeù ſingulis diebus, vel aliàs, prout expediẽtia exegerit, & decentia ſuaſerit par-
tiantur; volumus tamen, ut diviſio, & partitio hujuſmodi, & Miſſarum celebranda-
rum, ac totius Divini Officii, diurni, & nocturni aſſignantiam, incipiendo tamen
primò in Abbate, ſicut præmittitur, ad id vacare voluerit, & in Canonicis præ-
libatis; deindè ad Fratres perveniendo prædictos, nec non pulſatio Campanarum
ad divina Officia Vivorum, & Mortuorum, & Horis Canonicis ad eundem Prio-
rem prædictorum Fratrum, vel ad illum, cui hujuſmodi officium diviſionis, par-
titionis, aſſignationis, & Campanarum pulſationis juxtà morem eorundem Fra-
trum commiſſum fuerit debeat pertinere, idem quoque volumus obſervari ſi plu-
rès eadem die Miſſæ Conventuales in eadem Eccleſia celebrentur; ut puta una
de die, & altera de Sancta Maria, & de Sancto Spiritu, vel in ſimilibus, aut pro
Vivis, vel Defunctis, ut inter eoſdem Abbatem Canonicos, & Fratres ſicut præ-
tangitur, dividantur, & etiam aſſignentur. Reſervata dictis Abbati, & Priori
Clauſtrali ſicut ſuprà dicitur, ſit ibidem prærogativa in celebrarione ſolemnioris
Miſſæ. In feſtivitatibus, ſivè diebus ſolemnioribus prædictis, quemadmodùm
ſuperiùs eſt expreſſum: Prohibemus autem nè dicti Fratres de audiendis confeſ-
ſionibus Parochianorum ejuſdem Eccleſiæ dicti Monaſterij, & de Sacramentis Ec-

cleſiaſticis miniſtrandis eiſdem ſe aliquatenùs intromittant, niſi juxtà formam Conſtitutionis fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri ſuper hoc, & certis aliis articulis editæ, ac per piæ mem. Clementem Papam V. prædeceſſorem noſtrum innovatæ, nec non ſecundùm Conſtitutionem à Clemente prædicto æditam, nè Religioſi certa Sacramenta Eccleſiaſtica Clericis, & Laicis miniſtrare præſumant ſine Parochialis Prçsbyteri licentia ſpeciali, aut permiſſione jurium aliorum, ſed ipſorum Parochianorum confeſſiones audiant, & eis Sacramenta prçdicta miniſtrent dicti Abbas, & Canonici, vel alii in dicto Monaſterio, vel alibi, quibus hæc anteà competebat, prout juris exiſtit, & conſueverant temporibus anteactis. De ſepulturis verò Defunctorum, qui ſepelientur apud Monaſterium antedictum, et de Funeralibus, quæ ratione corporum ipſorum Defunctorum obveniunt, ex certis cauſis legitimis, inter eoſdem Abbatem, Canonicos, et Fratres ad præſens non diſponimus, nec etiam ordinamus, ſed illorum diſpoſitionem, et ordinationem, nobis et Sedi Apoſtolicæ inpeſterùm duximus reſervandas, niſi dumtaxàt de Parochianis antiquis Eccleſiæ Monaſterii prælibati, qui ſepelientur apud Monaſterium antedictum, de quorum funeralibus, & Legatis, ſeù relictis, aliiſque quibuſvis oblationibus, & obventionibus, quæ ratione corporum ipſorum Parochianorum provenerint, totum [ut eſt hactenùs conſuetum] cedat Abbati, & Canonicis memoratis. Præterea ordinamus, & volumus, ut oblationes, quæ offeruntur in Altari, vel alibi in Monaſterio prælibato, in pecunia, pannis, & ſimilibus, niſi offerentes expreſsè diſtinguant quid, quantum, ut velint, eſſe Abbatis, & Canonicorum, & quid, quantum, ut Fratrum, ſint communes Abbati, et Canonicis, ac Fratribus antedictis, ut videlicèt Abbas, & Canonici medietatem, et Fratres præfati reliquam medietatem obligationem habeant earundem. Aliæ verò oblationes, quç ſpecialiter prædictis Abbati, et Canonicis à Fidelibus datæ fuerint, cedant eis, illæ autem hujuſmodi oblationes, quæ ſimiliter eiſdem Fratribus à dictis Fidelibus extiterint erogatæ, remaneant Fratribus memoratis; ea tamen, quæ ad uſum Altaris, vel Eccleſiæ pro luminaribus, vel aliàs ad divinum cultum donata fuerint à Fidelibus prçlibatis, in uſum hujuſmodi ſecundùm juris exigentiam expendantur fideliter, & etiam convertantur, Si autem ſuper prædictis, vel aliquo, ſeù aliquibus eorundem, aut circa ea inter Abbates, & Canonicos ex parte una, & Fratres præfatos ex altera contigerit aliquam ambiguitatem oriri, eiſdem Abbati, Canonicis, & Fratribus licentiam elargimur, ut ſuper his inter ſe ſe poſſint, quod eis videbitur expedire, ſalubriter ordinare, ac petere ordinationem hujuſmodi à Sede prædicta, ubi opus fuerit confirmari, licet autem ſupraſcripta, prout diſtinguuntur, duxerimus ſtatuenda, & etiam ordinanda, eaque velimus firmiter obſervari; nihilominùs tamen noſtræ intentionis exiſtit, & volumus, quod prædictis Abbati, & Canonicis, eorumque ſucceſſoribus in perpetuum inconcuſſa, & illibata permaneant omnia, & ſingula privilegia, Indulgentiæ, exemptiones, libertates, immunitates, decimæ, Prioratus, aliaque membra . . . . . . Eccleſiæ, Capellæ, Caſtra, Villæ, Caſalia, Maneria, Domus, tùm Vineæ, Poſſeſſiones, Prata, Paſqua, Nemora, Silvæ, Stagna, Lacus, Molendina, decurſus Aquarum, aliaque Bona mobilia, & immobilia, Juspatronatus, cæteraque Jura, actiones, & Juriſdictiones ipſorum, ac dicti Monaſterii in quibuſcumque, & ubicumque conſiſtant, & quibuſcunque nominibus cenſeantur, ut ea omnia, & ſingula plenè, ac liberè habeant, ipſique gaudeant, & utantur, prout ad ipſos pertinet, quibuſcumque juſtis modis, ſeù titulis, ac eis competit, ex privilegio, conſuetudine, vel de Jure; ita quòd nullum eis, quoad præmiſſa privilegia, & alia prænominata Jura, & bona ipſorum, ſeù aliqua, vel aliquod eorumdem præjudicium generetur, vel obſtaculum valeat quomodolibet interponi. Poſtremò per hujuſmodi ſtatutum, ordinationes, decretum, et voluntates noſtras, et alia, quæ in præſentibus inſeruntur, non intendimus, ut dicti Fratres ipſis Abbati, Conventui, ſeù Canonicis ſint ſubjecti, nec etiam è converſo, ſed Canonici præfati (prout modò) Abbati ſubſint eidem, et

corri-

corrigantur, et puniantur, ubi neceſſe fuerit ab eodem, nec non obſervent ſuam Regulam, ſuáſque licitas, & honeſtas conſuetudines ſicut priùs, prædicti verò Fratres ſecundùm Regulam eorundem, ac privilegia, & Indulgentias dictæ Sedis ipſi Ordini Eremitarum Indulta, ſuaſque conſuetudines, & Conſtitutiones licitas, & honeſtas vivant, & à Prælatis corrigantur eorum, & puniantur, proùt opus fuerit ſecundùm ſui Ordinis diſciplinam, non obſtantibus ſupradicto cannarum prilegio, & quibuslibet aliis per quæ ſtatuti, ordinationis, decreti, ut voluntatum noſtrorum prædictorum exequutio impediri poſſit quomodolibet, vel diferri, & de quibus plenam, et expreſſam oporteret in eiſdem præſentibus fieri mentionem. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis, conſtitutionis, prohibitionis, reſervationis, conceſſionis, et voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omoipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avinioni XIII. Kalendas Februarii Pontificatus noſtri anno XI.

Joannis XXII. & Benedicti Papæ XII. Litteræ confirmantes Urbani III. Privilegium ad Præpoſitum, & Canonicos S. Crucis Mortarienſis apud Inſubres.

BENEDICTUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Præ- *Eſt Mortarii.*
poſito, & Conventui Monaſterii S. Crucis Mortarienſis per Præpoſitum ſoliti gubernari ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Auguſtini Papienſis Diœceſis. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Decet per noſtræ proviſionis provenire ſubſidium, ut Jus ſuum quilibet ſibi gaudeat conſervatum. Hinc eſt, quod nos tenorem quarundam litterarum fœl. recor. Joannis Papæ XXII. prædeceſſoris noſtri, vobis ab ipſo, dum viverer conceſſarum, (quarum originalia ſicut veſtra continebat petitio caſualiter ſunt amiſſa) in Regiſtro ipſius prædeceſſoris repertum, ut de dictis litteris inpoſterùm haberi valeat certitudo ad veſtræ ſupplicationis inſtantiam de verbo ad verbum transſcribi fecimus, & præſentibus annotari, qui talis eſt Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Præpoſito, & Conventui Monaſterii S. Crucis Mortarienſis per Præpoſitum ſoliti gubernari ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Auguſtini Papienſis Diœceſis. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Proviſionis noſtræ debet provenire ſubſidio, ut Jus ſuum cuilibet conſervetur. Cum itaque quoddam privilegium à fel. rec. Urbano Papa III. prædeceſſore noſtro Monaſterio, ſivè Eccleſiæ veſtræ conceſſum jam incipiat nimia vetuſtate conſumi, nos veſtris ſupplicationibus inclinati, privilegium ipſum pro parte veſteà nobis exhibitum, & oſtenſum inſpeximus diligenter, ipſumque ad futuram rei memoriam de verbo ad verbum tranſcribi fecimus, et ejus tranſcriptum Bullę noſtræ appenſione muniri. Tenor autem ipſius privilegii talis eſt. Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Nicolao Præpoſito Eccleſiæ S. Crucis Mortarienſis &c. *Hìc verbotim inſeritur totum Privilegium Urbani, quod ſub folio 104. uſque in finem mox ſubditur.*

Nos igitur Privilegium ipſum ex certa ſcientia approbantes, illudque pręſentis ſcripti patrocinio roborantes, auctoritate Apoſtolica decernimus, ut ubi hujuſmodi ipſius privilegii tenor ſit inſertus, plenam, & indubitatam obtineat roboris firmitatem, ac illud idem robur, eamque vim, eundemque vigorem per omnia habeat, & teneat, quæ habet privilegium ſupradictum, & eadem ſibi prorsùs Fides adhibeatur, quandocunque, & ubicunque, ſivè in judiciò, vel alibi fuerit exhibitum, vel oſtenſum, & ſtetur ei firmiter in omnibus, ſicut eidem privilegio ſtaretur, ſi foret exhibitum, vel oſtenſum, & firmam fidem per omnia faciat, etiamſi privilegium ipſum non exhiberetur, nec apparet, nec etiam ha-

beretur, nolumus tamen eidem Eccleſiæ, ſeù Monaſterio veſtro per hoc aliquod jus acquiri de novo, ſed antiquum tantummodò conſervari. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, et conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avenioni x. Kalendas Februarii. Pontificatus noſtri anno III. 1337.

Subſcripta, ut apparet B. de Vidallet.

SS. DD. N. Benedicti Papæ XII. pro Conſtitutione totius Ordinis Canonicorum Regularium.

Eſt Papia. BENEDICTUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Ad decorem Eccleſiæ Sponſæ Dei, & Sanctarum Religionum fundatarum in ea, quæ licèt diverſis diſtinctæ ſint gradibus, in unius tamen veræ fidei propoſitum coeuntes, eandem Eccleſiam venuſtant variis floribus meritorum, pro injunctæ nobis Apoſtolicæ ſervitutis officio ſummis vigiliis, & indefeſſis ſtudiis intendentes, ad ea quæ pro Divini nominis laude Religionum ipſarum ſtatum, puritatem, honeſtatem morum, Regularis obſervantię Diſciplinam, & Sacrarum peritiam ſcripturarum reſpiciunt labores noſtros libenter impendimus, & opportunæ ſolicitudinis diligentiam adhibemus. Ideoque inter Religiones alias in agro ejuſdem plantatas Eccleſiæ ad Religionem Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, ab Chriſti glorioſis Diſcipulis in primitiva Eccleſia Sacris Inſtitutionibus ſtabilitam gerentes præcipuè charitatis affectum, ac nolentes, quæ in eadem Religione reformanda cognovimus, abſque reformationis remedio præterire, omnia quæ in Religione prædicta tàm à prima ipſius inſtitutione, quàm à Sacris Canonibus ſunt ſalubriter inſtituta, omninò immota in ſua firmitate manere cenſentes; nonnulla quæ experientia deeſſe probavit, & ſupplenda dictæ Religionis utilitas [quinimmò neceſſitas perſuadet] ſtatuenda providimus, in ea perpetuis futuris temporibus obſervanda. *In primitiva Eccleſia.*

Statuimus igitur, ut quando in Eccleſia Cathedrali, Monaſterio, ſeù loco alio Religionis ejuſdem, Canonicorum creatio fuerit facienda, nullus recipiatur, vel induatur in Canonicum, niſi perſona idonea, vel de cujus idoneitate ſpes veriſimilis habeatur, & talis quæ inibi in Divinis, vel aliis, Deo poſſit, & velit debitè impendere obſequia opportuna, & quòd hujuſmodi creatio, & habitus tradirio fiant publicè, infra Eccleſiam Monaſterii, ſeu alium locum Conventualem Religionis ejuſdem [niſi cauſa rationabilis eas alibi fieri ſuaderet] nulliſque promiſſionibus ſeu obligationibus cum juramento, vel ſine cuiquam faciendis. Quod ſi ſecus actum fuerit, eo ipſo irritum habeatur, quodque huiuſmodi creatio ſeu habitus traditio, nonniſi perſonæ, ſeu perſonis Religionis ejuſdem, quæ tunc etiam in Eccleſia, loco, ſeu Monaſterio prædictis fieri debeat aliquatenus committatur. Hii verò, qui creati fuerint in Canonicos, infra probationis tempus, in loco in quo ſaltèm ſeptem Canonici reſideant neceſſario habeant reſidere, eiſque idoneus, & fidelis deputetur inſtructor, qui eos inſtruere valeat in Divinis officijs, & obſervantia Regulari. Cęterum ſi Canonicorum creatio fuerit facienda, eaque pertineat ad Prælatum unacum Capitulo, vel Conventu, vel cum conſenſu fieri debeat eorundem, ſi Capitulum, ſeu Conventus, vel eorum major pars purè ad eam non procederent, vel creationi faciendæ ſine cauſa rationabili renuerent conſentire, Prælatus ex quo ſibi evidenter expediens, vel neceſſarium apparebit, hujuſmodi Canonicorum creationem fieri debere, vel per Prælatum, & Capitulum, ſeù Conventum, aut per illum, ſeu illos ad quem, ſeu quos pertinuerit concorditer deliberatum, & diffinitum fuerit fore creationem huiuſmodi faciendam, tunc Prælatus moneat Capitulum, ſeù Conventum, & in virtute

tute obedientiæ eis injungat, ut purè, ac ſecundùm Deum infra unius menſis ſpatium ad dictam creationem, cum eo in primo caſu procedant, vel in ſecundo creationi faciendæ ſuum præſtent conſenſum, quòd ſi præfati Capirulum, ſeù Conventus monitioni, vel injunctioni hujuſmodi parere neglexerinr, vel recuſaverint, creatio ipſa ea vice liberè pertineat ad Prælatum [dummodo per eum nil præmiſſis factum fuerit fraudolenter] in caſu autem devolutionis hujuſmodi, Prælatus faciendi eandem creationem cum Conſilio ſeniorum eorundem Capituli, vel Conventus eligendorum per ipſum Prælatum, terriam partem numero ad minùs facientium eorundem Capituli, vel Conventus, de perſonis idoneis liberam habeat facultatem; ita tamen, quòd tunc per dictum Prælarum tot, & non plures creentur, quot atrentis facultatibus à ſtatu antiquo, & debito locorum, creandi ſeu creati rationabilitet fuiſſent, ſi Prælatus, & Capitulum ſeu Conventus increatione hujuſmodi concorditer conveniſſent. Rurſus eorum arbitrium qui ad privata ſuorum commoda reciprocantes affectum, faciendæ creationi Canonicorum hujuſmodi nolunt aliter conſentire; niſi concedatur eiſdem, quòd unus, vel plures, quos maluerint, ſeu nominaverint in Canonicos creentur, penitùs deteſtantes hoc deinceps omninò fieri prohibemus, decernenres conceſſiones hujuſmodi [ſi quæ eis factæ fuerint] forè nullas, quodque nulli ex receptione, ſeù creatione ex ea, vel ob eam ſecuta, jus aliquod in loco, in quo ſeu ad quem fuerit aliquatenus acquiratur. Inſuper præmiſſis adjicimus, quòd Capitulum, vel Conventus Religionis ejuſdem in novitate ſui Prælati, nequeant eidem Prælato, vel alteri occaſione ipſius, facere gratiam ſuper receptione, vel creatione Canonicorum plurium quàm duorum, nec ad hujuſmodi pro duobus gratiam faciendam, eos niſi de libera eorum voluntate proceſſerit intendimus obligare.

Profeſſio quomodo facienda.

Præſenti quoque ſtatuimus ſanctione, quòd ſinguli Canonici Religionis ejuſdem profeſſionem expræſſam faciant, non clandeſtinè, ſed patenter, & ſi commodè fieri poterit in Eccleſia, & cum miſſa, quod ſi fortè Prælatus ad quem ſpectabit profeſſionem ipſam recipere, tempore probationis elapſo, per Canonicum profiteri volenrem, congruo loco, & tempore humiliter requiſitus profeſſionem eandem recipere ſine rarionabili cauſa renuerit, vel ultra debitum fortè diſtulerit, dictus Canonicus ex runc in dicta Eccleſia, vel Monaſterio, ac membris ipſius ad omnia idoneus cenſeatur, ad quæ cenſeretur ſi foret expræſsè profeſſus. Teneatur tamen quum ad hoc opportunitas ſe obrulerit, expreſse nihilominus profiteri. Alioquin ex tunc ad præmiſſa donec expreſsè fuerit profeſſus, minùs idoneus habeatur: ac nihilominùs poſſit per proprium Prælatum ad profitendum expræſſe compelli. Prælatus quoque, qui profeſſionem ab eo recipere renuerit, aut diſtulerir [ut præfertur] ad ipſius profeſſionem admittendam, expræſsè per ſuum immediarum ſuperiorum Religionis ejuſdem, ſeu per eum ad quem pertinuerit compellarur.

Prohibemus inſuper ne in Eccleſia Cathedrali, ſeu Monaſterio, vel loco alio Religionis ejuſdem, quivis Clericus ſæcularis, vel Laicus recipiatur ad Præbendam: ſeu etiam portionem; niſi eidem Eccleſiæ, ſeu Monaſterio, vel loco dederit primitus ſe, & ſua, nec hujuſmodi præbenda ſeu portio ad vitam, vel ad tempus vendatur, detur, ſeu aliàs concedatur eidem. Quicquid autem contra prohibitionem hujuſmodi attemptatum fuerit, omninò decernimus irritum, & inane, ac nihilominus recipientes, vendentes, dantes, & concedentes hujuſmodi ultra pœnas à jure ſtatutas, ſuperiorum ſuorum arbitrio puniantur. Per præmiſſa verò, non intendimus circa officia, vel miniſteria, aut alia obſequia opportuna, inibi conſueta per ſæculares Clericos, vel Laicos exercere, aliquid immutare.

Prior Clauſtralis.

Ut autem dicta Religio ſalubriter in omnibus dirigatur, in Eccleſia ſeu Monaſterio locovè alio Collegio ſeu Conventuali Religionis ejuſdem, Superiorem dictæ Religionis, non habentes, ac etiam in quolibet Collegiato, ſeù Conventuali loco duodecim, vel majorem numerum habente Canonicorum [etiamſi Superiorem

riorem in ipſa Religione habeat] necnon in loco alio etiam minorem duodecim numerum habente, in quo Prior clauſtralis eſſe conſuevit conſtituatur hujuſmodi Prior clauſtralis; dictaque Prioris Conſtitutio fiat per illum ſeu illos ad quem, vel ad quos pertinuerit cum conſilio aliquorum Seniorum illius loci quo conſtituetur, attentiùs providendo, quod perſona, quæ zelum Religionis ordinatum habeat, quæve exiſtat idonea ad exercendum, in Prioris Clauſtralis officium in loco in quo conſtituta fuerit aſſumatur. Dictus verò Prior quum eum abeſſe, vel ſic impediri contigerit, quod incumbens ſibi officium per ſe nequeat exercere, teneatur aliquem ex Canonicis dicti loci ad hoc idoneum deputare, qui hujuſmodi abſentia, vel impedimento durante vices ipſius gerat [niſi alicui ex privilegio ſeu ſtatuto, vel conſuetudine ratione dignitatis perſonatus, vel alterius beneficii, in præmiſſis caſibus gerere vices hujuſmodi competere noſceretur, vel niſi dicti Prioris ſuperior aliquem ad hoc pro ipſo Priore duxerit deputandum] in loco autem, in quo ſecundùm præmiſſa Prior clauſtralis minimè fuerit ſtatuendus, præſidens tali loco quum ipſum impediri, vel abeſſe contigerit, ut de Priore clauſtrali præmittitur teneatur aliquem loco ſui, quo ad ea quæ ad officium Prioris clauſtralis pertinent deputare. Per hoc autem, quòd volumus Conſtitutionem dicti Prioris fieri de conſilio Seniorum, non intendimus circa ammonitionem ipſius de priſtina obſervantia aliquid immutare.

Pro regulari diſciplina attentiùs obſervanda in Eccleſia Cathedrali, ſeu Monaſterio locovè alio Conventuali Religionis ejuſdem diebus ſingulis, in aliis verò locis in quibus quatuor aut plures Canonici fuerint deputati, ſaltèm ſemèl in ſeptimana, & etiam ſępiùs in eiſdem (ſi in ipſis ſæpiùs, ac in quibusvis locis aliis non Conventualibus totiens, & quando eſt in eis fieri conſuetum) Regulare Capitulum teneatur, in quo antequam ad tractanda alia procedatur Canonicorum exceſſus, tranſgreſſiones, & negligentiæ corrigantur, ac de Diſciplina, & Reformatione Regulari tractetur ſalubritèr, & agatur, nullo ibidem protervè, aut clamosè, ſeu irreverentèr ſe habere quomodolibet præſumente.

Annuale Capitulum. In ſingulis quoque Eccleſijs Cathedralibus Monaſterij atque locis Collegiatis, ſeu Conventualibus Religionis præfatæ principalibus, non ab alijs dependentibus (etiamſi in eis alias non fuerit conſuetum) & in ſingulis alijs locis Religionis ejuſdem habentibus membra ſibi ſubjecta, aut ſi inibi ſolitum eſt Capitulum celebrari, annis ſingulis Capitulum celebretur; die videlicèt ad hoc Statuto, vel per ipſum Capitulum annis ſingulis ſtatuendo, in loco ſcilicèt principali, & non alibi (niſi evidens neceſſitas ſuaderet hujuſmodi Capitulum alibi celebrandum) Prælatus autem loci principalis in loco in quo celebrabitur ipſum Capitulum, eidem Capitulo omninò ſtudeat perſonalitèr intereſſe, cui etiam præeſſe debebit, quod ſi eum tunc ab eodem Capitulo abeſſe contigerit, teneatur alicui idoneo, loci, & Religionis ejuſdem committere vices ſuas, qui interſit, & præſit Capitulo memorato (niſi ex privilegio, ſtatuto, vel conſuetudine alteri hoc competere noſceretur) ad hujuſmodi autem Capitulum, Abbates, Præpoſiti, Priores, & Adminiſtratores eidem loco principali immediatè ſubjecti, necnon ubi fuerit conſuetum, etiam Canonici adminiſtrationem non habentes, extra Eccleſias, Monaſteria, & loca prædicta morantes, perſonaliter convenire impedimento ceſſante legitimo, aut impedimento hujuſmodi ſubſiſtente, Abbates, Præpoſiti, Priores, & Adminiſtratores præfati Procuratorem idoneum ſufficienter inſtructum cum mandato legitimo cauſam, ſeù cauſas impedimenti hujuſmodi, & expræſsè jurandi in animas ipſorum conſtituentium, cauſas hujuſmodi forè veras, & reddendi rationem infraſcriptam, & alia faciendi, quæ facere poſſent ſi eſſent præſentes poteſtatem continentem, ad ipſum Capitulum dirigere teneantur. Is verò, qui tunc præerit dicto Capitulo, cum quatuor Senioribus per ipſum Capitulum, aut majorem partem ipſius eligendis, an cauſæ hujuſmodi ſufficientes fuerint arbitrabitur, vel eis non venientibus, aut nullum talem Procuratorem mittentibus, vel cauſas minùs ſufficientes prætendentibus, de pœna condigna ob hoc

talibus

Digitized by Google

infligenda habeat extimare, quam ipſe ſolus præſidens infligendi, & aliàs contra ipſos abſentes ſi opus fuerit actoritate Apoſtolica, prout juſtitia, & Regularia inſtituta ſuaſerint procedendi habeat facultatem.

Communis vita. Convenientes autem ad dictum Capitulum vitam dicant communem, et faciant proportionaliter ſimul omnes expenſas, niſi fortè ex conſuetudine, vel ſtatuto, aut alia ordinatione rationabili incumberet, alii, ſeù aliis onus, expenſas hujuſmodi faciendi, quos tamen ſi hoc, quod ſingulis annis fieri volumus Capitulum memoratum, vel ex aliis ſupra, vel infrà ſtatutis ampliores expenſas fieri contigerit, nolumus in expenſis publicis plùs ſolito onetari, ſed tunc hujuſmodi ampliores expenſæ fiant per omnes ſimul proportionaliter, ut præfertur. Quod ſi forsàn aliquis ex locis prædictis, in quibus, ut prefertur, debet dictum Capitulum celebrari, membra habeat adeò ſibi remora, quod adminiſtratores principales dictorum membrorum nequeant annis ſingulis ad ipſum Capitulum abſque notabili diſpendio convenire, tunc dictum Capitulum teneatur ordinare, quandò dicti adminiſtratores ad Capitulum hujuſmodi debeant convenire. In hujuſmodi autem Capitulo tractetur præcipuè de reformatione morum, et obſervantia Regulari, ac cortigantur, & reformentur in eo, quæ ſuper ſpiritualibus, et temporalibus Religionis ejuſdem corrigenda fuerint, et etiam reformanda, ipſoque Capitulo perdurante, Abbates, Priores, Ptæpoſiti, ac Archidiaconi, cæterique *Ratio reddenda.* adminiſtrationem habentes in Religione prædicta quovis nomine cenſeantur, de ſuis adminiſtrationibus eidem capitulo teneantur afferre, et in ſcriptis tradere rationem; declarando videlicèt ſi adminiſtrationes ipſæ aliquibus, et quantis, et ex quibus cauſis, quibusvè perſonis, et qualibus obligationibus, et an ſub uſuris ſint debitis obligatæ, et an ipſa debita poſſint de rebus extantibus mobilibus perſolvi, aliaque onera ſibi, ſuiſque adminiſtrationibus incumbentia ſupportati ſine debitorum augumento, et generaliter, an adminiſtrationes ipſæ in caſu deſolationis, et quarè, vel in ſtatu proſperitatis exiſtant. Hujuſmodi autem rationum ſcripturæ tàm onera, quàm augumenta in loco principali, cujus tenetur capitulum ſub fida cuſtodia fideliter conſerventur eorum, à quibus ratio reddita fuerit propriis ſubſcriptionibus communitæ. Volumus autem, quòd in caſu, ubi Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Archidiaconis, & aliis adminiſtrationem habentibus, minimè videretur expediens, ſed periculoſum eſſe relevare in dicto capitulo commoda, ſeù augumenta, quæ de adminiſtratione hujuſmodi ſupereſſent, quatuor eligendis de dicto capitulo, duobus per ipſum Abbatem, ſeù Præpoſitum, vel Priorem, ſeù Archidiaconum, vel quemvis alium adminiſtrationem habentem, & duobus aliis per capitulum, vel majorem partem ipſius, qui quatuor hujuſmodi officium in virtute obedientiæ recipere teneantur revelare prædicta, quæ ſuperſint in quibuſcumque rebus conſiſtunt, fideliùs teneantur ejuſdem quatuor ſic electis juramentis in præſentia dicti capituli præſtitis, quòd non revelabunt prædicta, niſi cedentibus, vel decedentibus hiis, qui reddiderint rationem, val alia cauſa rationabili exigente, & tunc de licentia Superioris ſui, vel illius, qui dictam reddidit rationem.

Capitulum Provinciæ Conſtitutionem inſupèr Concilii Generalis de communi capitulo Abbatum, atque Priorum Abbates proprios non habentium in ſingulis Regnis, ſivè Provinciis faciendo, volentes exacta diligentia obſervati ſtatuimus, quòd in Regione prædicta in ſingulis provinciis per vos deſignaris inferiùs, & diſtinctis fiat, in loco, qui ad hoc fuerit deputatus de quadriennio in quadriennium (ſalvo jure Diœceſ.) commune, ſeù Provinciale capitulum Abbatum, Prepoſitorum, Priorum, cæterorumque Prælatorum, Abbates, ſeù alios Prælatos ſuperiores ejuſdem Religionis non habentium, necnon Præpoſitorum, Priorum, vel aliorum majorum in Eccleſiis Cathedralibus poſt Antiſtitis exiſtentium, ac poſt Antiſtes ipſos Regularem curam Canonicorum habentium quocumque nomine cenſeantur, aut nuncupentur, ſivè prænominali exempti, ſivè non exempti exiſtant, ad quod univerſi conveniant, impedimentum canonicum non habentes dictam conſtitutionem circa *Prælati majores in Eccleſiis Cathedralibus poſt Antiſtites.*

præ-

præfatum provinciale capitulum, & alia in ea tàm providè, quàm ſalubriter inſtituta in Religione præfata irrefragabilitèr obſervantes. Qui verò ad præfatum capitulum perſonalitèr venire nequiverint legittimè impediri ad allegandam cauſam impedimenti hujuſmodi, & probandam, nec non ad videndum ordinationes, ſeù ſtatuta, atque mandata in dicto capitulo facienda, ac ſi idem talitèr impeditus perſonalitèr præſens eſſet Canonicum ſuum ejuſdem Eccleſiæ, Monaſterii, ſeù loci [ſi commodè fieri poſſit] alioquin aliam perſonam idoneam cum ſufficienti mandato cauſam impedimenti hujuſmodi continente, & etiam poteſtatem in animam conſtituentis eundem, jurandi cauſam hujuſmodi veram eſſe ad dictum Capitulum mittere teneatur. Perſonæ verò, quæ præfuerint hujuſmodi provincialibus capitulis celebrandis, quarum poteſtatem de uno provinciali ad aliud provinciale volumus perdurare, arbitrentur, & decernantur, an excuſationum cauſæ dictorum non venientium ad capitulum, an ſufficientes, vel inſufficientes exiſtant, a quarum arbitrio, ſeù decreto ſuper hoc nulli appellare liceat, vel etiam reclamare. Non venientes autem ad dictum capitulum legitimo impedimento ceſſante, aut quum ſubeſt impedimentum procuratorem ad illud cum ſufficienti mandato, ut præmittitur, non mittentes, teneantur expenſas, quas fecerint in veniendo ad dictum Capitulum, morando, & redeundo facturi, juxtà præſidentium dicto capitulo; ſeù majoris partis eorum arbitrium extimandas in termino per ipſos præſidentes ſtatuendo de bonis ſuæ adminiſtrationis perſolvere in utilitatem ipſius provincialis Capituli convertendas, ſuper quibus nulli in totum, vel in partem gratia fieri valeat, vel remiſſio indulgeri. Poſſint etiam dicti præſidentes eoſdem ad earum ſolutionem per Cenſuram Eccleſiaſticam auctoritate Apoſtolica cohercere, ſuoſque proceſſus, & ſententias publicare, ſeù facere publicari in locis dictæ Religionis (provinciæ tamen ejuſdem). Et nihilominùs aliàs contrà non venientes præfatos [maximè, ſi ut correctionem evitent, ſivè, ut neſciatur ſtatus Eccleſiæ, vel Monaſterii eorundem, vel aliàs malitioſè ſe ſubtrahant] prout dictis præſidentibus, ſeù majori parti ipſorum viſum fuerit procedatur. Circa Præſidentes verò, ac Viſitatores in eiſdem Capitulis deputandos, & alia quæque in eis exequenda, illa ſerventur, quæ in ejuſdem Generalis Concilii, & fel. record. Honorii Papæ III. prædeceſſoris noſtri Conſtitutionibus expræſſiùs continentur, prout ſtatui, & Religioni congruit eorundem (ſervatis tamen ſtatutis, ordinationibus, & adjectionibus noſtris ſupra, & etiam infra ſcriptis. Ad hæc decernimus Abbates, Præpoſitos, Priores, ac majores præfatos Capitula Conventus, cunctoſque Canonicos Eccleſiarum, & Monaſteriorum eiuſdem Religionis [etiam ſi in ipſis Eccleſiis, vel Monaſteriis, ſivè extra ea, ubicumque Prioratus officia, vel adminiſtrationes habuerint, ſeu moram traxerint tàm exemptos, quàm non exemptos, dictorum Capitulorum provincialium diſtrictionibus, correctionibus, & ordinationibus ſubjici, & ipſis aſtringi, eoſque ad obſervationem illarum fore pet præſidentes, ſeu alios, ad quos pertinuerit compellendos. Decernimus etiam quoſque dictarum Eccleſiarum, & Monaſteriorum, vel aliorum locorum Religionis ejuſdem Canonicos beneficia obtinentes ad contribuendum in expenſis moderatis, & rationabilibus per Capitulum annale Religionis ejuſdem immediatè præcedens taxandis ſecundùm ſuarum exigentiam facultatum, quas dicti convenientes facient ad illa Capitula eundo, morando, & redeundo impoſita tàm dictis Conventibus ſecundùm ſuarum exigentiam facultatum, de dictis expenſis congrua fore portione per eoſdem convenientes auctoritate Apoſtolica per remedia opportuna, ſublato appellationis obſtàculo compellendos, Ordinariis locorum exemptis, et non exemptis diſtrictiùs injungentes, quod nullum prædictis impedimentum apponant, vel apponi permittant; ſed legittimè requiſiti ea faciant executioni mandari, et inviolabiliter obſervari.

Quæ in Statutis Concilii, & Honorii Papæ III. continentur.

Quòd ſi fortè tempore, quo imminebit provinciale Capitulum celebrandum, contigerit Eccleſias Cathedrales Religionis ejuſdem carare majoribus prælibatis, vel Monaſteria, ſeu loca Religionis ejuſdem ſuis vacare, ſeu carere paſtoribus, qui

Quid agendum, quando Cathedrales Canonicorum carerent majoribus.

qui ſi adeſſent aſtricti forent ad conveniendum in provinciali Capitulo memorato, Capitula Ecelesiarum, et Conventus Monaſteriorum, aliorumque locorum Conventualium prædictorùm, teneantur perſonam ſufficientem de gremio eorundem (ſi commodè fieri poſſit) alioquin aliundè tranſmitrere ad hujuſmodi Capitulum celebrandum ad faciendum, et implendum omnia juxtà arbitrium præſidentium, quę faeere poſſent, et tenerentur Prælati, ſeu majores præfati ſi venirent ad dictum Capitulum, et in eo perſonaliter intereſſent. Quod autem præmittitur de provinciali Capitulo de quadriennio in quadriennium celebrando, ad cujuslibet hæſitationis ſcrupulum amputandum, ad ſanum referri volumus, ut ſcilicet, ſi provinciale Capitulum fuerit eelebratum, duobus futuris annis proximis ab illo valeat abſtineri,eo in alio anno immediatè ſequenti omnimodè celebrando. Hujuſmodi verò commune, ſeu provinciale Capitulum apud unum de Monaſteriis Religionis ejuſdem ad hoc aptum, ſi in eadem exiſtat provincia debeat celebrari. Alioquin celebretur in loco alio congruo, & ſecuro, de quo a die primi Capituli eelebrandi, & aliis ad hoc facientibus opportunè providebunt illi, qui ſuper hoc per Sedem Apoſtolicam deputati fuerint prima vice. Et ut ſuper eodem Capitulo, & per illud ex tunc inpoſterùm rationabilis ordinatio habeatur in dicto primitùs celebrando, & in aliis etiam per ſucceſſiones temporum ſimiliter eelebrandis, præſidentes eiſdem, ſeu pars major eorum provideant, & ordinare procurent, per quem in ſequenti Capitulo ſermo fieri, miſſaque debeat celebrari. Eligant quoque tàm locum, in quo alia viee proxima hujuſmodi Capitulum fuerit celebrandum quàm eos, qui præſidentes eſſe debeant in eodem.

Qui Prepoſiti ad Capitulum venire teneantur, quæ quot, et quoties loca viſitent.

Provideant etiam, qui Abbates. quivè Præpoſiti, ſeù alii ex eis, qui ad ipſum Capitulum venire tenentur, qui, & quot, & quotiès Ecelesias Cathedrales, Monaſteria, & alia loca Religionis ejuſdem debeant uſque ad aliud proximum ſequens provinciale Capitulum viſitare. Cæterùm prohibemus, nè venientes ad provincialia, ſeu annalia Capitula ſecum ducant, vel duci faciant, ſeu permittant evectiones, ſeu familiares numero ſuperfluos, ſeu quomodolibet exceſſivos, aut tales, de quibus præſumi valeat, quod alicui ad ipſa Capitula venienti, aut in eis moranti, vel de illis redeunti, aut Eccleſiis, Monaſteriis, Prioratibus, vel aliis locis eorum inferant per ſe, vel alios, in perſonis, vel rebus injuriam, vel offenſam, vel quod in aliquo de dictis Capitulis, aut in Eccleſia, vel Monaſterio, ſivè loco, quibus illa contigerit calebrari, ſcandalum ſuſcitare, vel turbationem facere, ſeu diſcordiam, vel contentionem movere veriſimiliter præſumatur, ſed numero evectionum, & familiarium ſtatui cujuslibet eorum congruo ſint contenti. Si quis autem eorum ſeienter, & ex propoſito duxerit, vel tenuerit aliquem, vel aliquos ad inferendum injuriam, vel offenſam hujuſmodi, ut turbetur, vel impediatur imminens Capitulum, vel aliquem, ſeu aliquos ad hoc convocaverit, & ob hoc turbatio, ſeu impedimentum ſecuta fuerit, vel ſecutum, necnon quicunque alius de perſonis Religionis ejuſdem conſentiens in præmiſſis extiterit præſtando auxilium, vel favorem ſcienter, & ex propoſito, ut præmiſſum eſt: excommunicationis ſententiam quicumque Religionis præfatæ per ſe, vel alium impediverit malitiosè, ſeienter, & ex propoſito, quominùs dicta Capitula provinciale, videlicèt, & annale, & eorum quodlibet valeant celebrari, aut propterea præſumpſerit euntes ad illa, vel aliquod eorundem, vel in eis morantes, ſeu de ipſis redeuntes capere, ſeu capi facere, ſeu captos detinere, aut impedire, vel eis, aut eorum familiaribus in perſonis, vel rebus inferre damna, injurias, vel offenſas, nec non quicunque ipſius Religionis, qui ad hoe ne fiat, aut impediatur viſitatio malitiosè, & ex propoſito prædicta, vel eorum aliquod per ſe, vel alium eommiſerit in perſonas Abbatum, Priorum, vel aliorum proprios ſubjectos viſitantium, vel in perſonas Viſitatorum, qui in provincialibus Capitulis, aut per Abbates, ſeu Prælatos alios fuerint deputati, vel familiarium eorundem, aut in bonis eorum, dum tamen propter hoc viſitatio hujuſmodi fuerit impedita, ipſo facto incurrant. Præſidentes autem provincialibus, & annalibus Capitulis præli-

batis, & eorum quilibet poſtquàm ſimpliciter de plano eis contigerit aliquam ex prædictis præfatam excommunicationis ſententiam incurriſſe, ipſum excommunicatum per omnia ejuſdem Religionis loca, de quibus eis videbitur tandiù ſolemniter publicent, & faciant ab aliis auctoritate Apoſtolica publicari eos ad hoc per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compellendo, donec excommunicatus hujuſmodi condignam ſuper hoc ſatisfactionem impenderit, & abſolutionis beneficium meruerit obtinere. Poſſint autem ab hujuſmodi excommunicationis ſententia congrua ſatisfactione præmiſſa abſolvi per præſidentes prædictos provincialibus Capitulis, & quemlibet eorumdem, quorum offenſa concernet eorum provinciale Capitulum, aut per Viſitatores deputandos ab eo, illi, quorum offenſa reſpiciet annale Capitulum per Prælatos, qui hujuſmodi annali ſeu annalibus Capitulis præfuerint, aut per ipſos Prælatos viſitantes, ſeu per Viſitatores deputatos ab eis congrua ſatisfactione præmiſſa abſolvi valeant [niſi forſàn offenſa adeò gravis exiſteret, quòd ſuper ea Sedes Apoſtolica foret merito conſulenda],ut autem profeſſores Religionis ejuſdem quietiùs, & liberiùs valeant domino famulari, diſtrictè præcipimus tàm Diocœſanis, quàm perſonis, quæ provincialibus Capitulis præſidebunt, ut Advocatos, Patronos, Magnates, Rectores, Vicedominos, Conſules, Milites, & quoſcumque alios per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compeſcant, nè Cathedrales Eccleſias, Monaſteria, aut loca alia Religionis ejuſdem præſumant offendere in perſonis, aut rebus eorum, eoſque ſi fortè eiſdem offenſas intulerint, ad ſatisfaciendum eis compellere non omittant. Ut autem de Provinciis, in quibus dicta provincialia Capitula fuerint celebranda diſtincta limitatio habeatur, nec de ipſis inpoſterù ambigi hæſitetur quamlibet Provinciam quoad hujuſmodi provincialia tenenda, & celebranda Capitula, prout ſequitur limitamus.

Diſtinctio, ſeu diviſio Provinciarum, in quibus celebrentur Capitula

In primis Urbs Romana cum Epiſcopatibus nobis immediatè ſubjectis in noſtra ſpeciali Provincia conſtitutis cum toto Regno Siciliæ pro una Provincia computatur, Provinciæ Thebana, Cretenſis, Athenienſis, Patracenſis, Corinthienſis, & Neopatenſis, cum toto Patriarcatu Conſtantinopolit. pro una, Regnum Cypri pro una, Regnum Corſicę, & Sardinię pro una. Provincia Piſana, Januenſis, Mediolanen. & Ravennas cum Epiſcopatibus Placentinis, Ferrarienſi, Ariminenſi pro una. Patriarchatus Aquilegienſis, & Cradenſis, cum provinciis Jadrenſi, Spalatenſi, Raguſinenſi, Antibarenſi pro una. Provinciæ Strigonien. Colocen. ac Guezienſis, cum Epiſcopatu Caminenſi pro una. Rigienſis pro una. Salſeburgenſis, Madeburgenſis, & Bremenſis pro una. Colonienſis, Maguntinenſis, Treverenſis, cum Epiſcopatu Bambergenſi pro una. Ebredunenſis, Vienenſis, Aquenſis, Arelatenſis pro una. Lugdunenſis, Tharantaſienſis, & Biſuntina pro una. Remenſis, Senonenſis pro una. Rothomagenſis, & Turonenſis pro una. Burdegalenſis, & Bituricenſis, cum Epiſcopatu Anicienſi pro una. Narbonenſis, Tholoſana, & Auſitana pro una. Taraconenſis, & Cæſarauguſtana cum Epiſcopatu Majoricenſi pro una. Toletanenſis, Iſpalenſis, Compoſtelanenſis, & Braccarenſis pro una. Cantuarienſis, & Eboracenſis pro una. Tota Ibernia pro una. Regnum Scotiæ pro una. Regna Datiæ, Novergiæ, & Suetiæ pro una Provincia deputantur. Si qua verò Epiſcopatus, vel Monaſteria, aut loca alia dictę Religionis exiſtant, quæ in aliqua dictarum Provinciarum minimè includantur, quo ad dicta Capitula Provincialia intelligantur eſſe de illa Provincia, cui viciniora exiſtere dignoſcuntur.

Viſitatores puniantur.

Viſitatores ſiquidem, qui ſecundùm Conſtitutionem dicti generalis Concilij fuerint in provincialibus Capitulis deputati, ſint ſoliciti circà hujuſmodi viſitationis officium exequendum, & quantùm ſtatui, & Raligioni eorum convenit, obſervare ſtudeant, quæ in dictis Conſtitutionibus præfatorum Concilii, & Honorii ſunt ſtatuta. Quod ſi ommiſerint illa exequi negligenter à præſidentibus provincialibus Capitulis, quum eis hujuſmodi negligentia nota fuerit graviter arguantur

guantur

guantur, & per eos, prout qualitas culpæ ipſorum exegerit, puniantur. Ut autem dictorum Viſitatorum officium cum omni ſinceritate procedat, diſtrictius inhibemus, ne quis Viſitator ſibi deputati eodem anno eſſe valeat Viſitator. Dicti autem Viſitatores, & familiares eorum in Eccleſia Cathedrali, ſeu Monaſterio, vel alio loco ipſius Religionis, ad quem viſitationis cauſa duxerint declinantur, ultrà duos dies nequaquàm remaneat: niſi evidens neceſſitas foret, vel magna utilitas Eccleſiæ, Monaſterii, ſeu loci hujuſmodi, ampliorem moram Viſitatorum, vel familiarium exigeret eorumdem, quo caſu poſſint ulteriùs remanere [ita tamen, quod id faciant de conſilio ſeniorum dictę Eccleſiæ, ſeu Monaſterij, ſivè loci]. Dicti quoque Viſitatores, vel familiares eorum Eccleſiæ, Monaſterio, ſivè loco, cui officium viſitationis impendunt, oneroſi nequaquàm exiſtant, nec ſumptuoſas epulas quęrant, ſed cum gratiarum actione recipiant, quòd honeſtè, & competentèr eis fuerit miniſtratum. Caveant inſuper, ne quiſquam ipſorum, aut familiares eorum per ſe, vel interpoſitam perſonam aliquam pecuniam hujuſmodi, vel alia occaſione quacumque, niſi pro expenſis dumtaxàt, & tunc ſecundùm infraſcriptum modum exigant, aut etiam à volente recipiant, neque aliquod munus quodcumque ſit, vel qualitercumque offeratur, præſumant recipere à quocumque, ut non quæ ſua ſunt videantur quærere, ſed quæ Chriſti, quod ſi fuerit contra præſumptum, duplum ejus, quod receperint Eccleſiæ Monaſterio, ſivè loco, à qua, vel quo id receptum fuerit infrà menſem reddere teneantur, alioquin duplum ipſum eis ultrà dictum tempus reſtituere differentes, tùm diù ſint ab officio, beneficioque ſuſpenſi, quouſque gravatis Eccleſijs, Monaſterijs, ſivè locis de hujusmodi duplo plenariam ſatisfactionem impendant, nullis in hoc dantium liberalitate, remiſſione, vel gratia valituris. Et nihilominùs ijdem Viſitatores ſi opus fuerit per præſidentes dictis Capitulis provincialibus, & eorum quemlibet, ad reſtitutionem præfati dupli, auctoritate Apoſtolica per Cenſuram Eccleſiaſticam, & alia opportuna remedia compellantur. Concedimus tamen, ut præſidentes dictis Capitulis, vel pars major eorum ordinare poſſint, prout & quando eis viſum fuerit expedire, quòd dicti Viſitatores expenſas recipiant in pecunia, & eo caſu, quo hoc duxerint ordinandum, dictas expenſas omni odio, & favore remotis moderari habeant, & taxare; proviſo tamen, quòd ſumma in Conſtitutione, quam ſuper moderatione procurationum ædidimus, quæ incipit *Vas electionis*, nullatenùs excedatur. Ijdem etiam præſidentes diſcretè provideant, ut quùm inter loca viſitata, & viſitanda magna fuerit diſtantia, quantùm quilibet eorumdem locorum, viſitatus ſcilicèt, & etiam viſitandus ſolvere habeant Viſitatori pro ſuis ſumptibus moderatis. Si tamèn Monaſteria viſitanda in facultatibus ſint collapſa, tunc de expenſis, quas dicti Viſitatores facturi erunt occaſione viſitationis locorum hujuſmodi collapſorum, provideatur eiſdem de communi contributione in provinciali Capitulo facienda. Ut autem via ſcandalis præcludatur, inhibemus Vitatoribus memoratis, nè illos, ſeù eorum nomina, qui eis aliqua ſecreta in viſitationibus revelaverint, præſumant alijs revelare, ſed tunc demùm dicti Viſitatores procedant ſuper dictis revelatis, prout ſecundùm Canonica, & Regularia inſtituta fuerit procedendum. Quod ſi dicti Viſitatores, contrà inhibitionem hujuſmodi revelaverint, ſeù eorum nomina detexerint, prout facti qualitas per Præſidentes, vel eorum quemlibet puniantur.

Quum in provinciali, & annali Capitulis, & alijs negotijs expenſis neceſſariæ requirantur, ut onus diviſum in partes leviùs ſupportetur, ſtatuimus, quòd in eiſdem Capitulis cujuſquam contradictione, vel abſentia non obſtante, pro communibus libertatibus defendendis, necnon neceſſitatibus, utilitatibus, & aliis plerumque occurrentibus neceſſarijs oneribus, & expenſis, auctoritate Apoſtolica imponantur collectæ, ſubventiones, ſeu contributiones; videlicèt in Capitulo Provinciali pro tangentibus ipſum Capitulum, ſecundùm arbitrium ipſius Provincialis Capituli, vel majoris partis ejuſdem, in annali verò Capitulo, pro tangentibus ipſum annale Capitulum, vel locum principalem, ubi debet *Collectæ prò ſubventionibus.*

ipſum Capitulum eelebrari, ſecundum arbitrium Prælati præſidentis ipſi annali Capitulo, & diffinitorio, ubi diffinitores fuerint, & ubi non fuerint, ſecundum arbitrium ipſius Capitulis, ſeu majoris partis ejuſdem. Volumus tamen, quod libertates, neceſſitates, ſeu utilitates, & alia pro quibus hujuſmodi collectæ, ſubventiones, ſeu contributiones fuerint imponendæ, in eiſdem Capitulis provincialibus, & annalibus clarè, & explicitè expouantur, & aliter quàm, vt premittitur imponi non poſſint, & ſi ſecùs actum fuerit, impoſitio, & Proceſſus, ac ſententiæ occaſione hujuſmodi impoſitionis facti, & latæ, omni careant roboris firmitate, ac nihilominus reſtituatur eiſdem quicquid oecaſione hujuſmodi ab ipſis exactum fuerit, & receptum. De dictis autem ſubventionibus, contributionibus, ſeu collectis, poſſit membris neceſſitatem patientibus ſubveniri, prout expoſitis priùs dictis neceſſitatibus annali Capitulo, prædicti quorum arbitrio ſubventiones, contributiones, ſeu collectæ hujuſmodi imponi debuerint, in ipſo annali Capitulo fuerint arbitrati; proviſo tamen, quòd Adminiſtratores dictorum membrorum neceſſitatem patientium expendere habeaut, pro dictis neceſſitatibus quantum membra ipſa poterint ſubſtinere. Ut autem in conſervatione collectarum, ſubventionum, ſeu contributionum hujuſmodi adhibeatur cauthela diligens, & etiam opportuna, præcipimus, ut illæ quæ impoſitæ fuerint in Capitulo provinciali per tres bonos, & fideles de illis qui ad ipſum Capitulum provinciale venire tenentur, in aliqua Eccleſia, Monaſterio, ſeu alio loco convenienti, & ſecuro ſerventur, quæ vetò impoſitæ fuerint in annali, per tres fideles Canonicos loci in quo imponentur, quorum vnum pouat ille qui præfuerit ipſi Capitulo anuali, alium verò Priores, & Adminiſtratores, & tertium Capitulum Eccleſiæ, ſeu Conventus Monaſterij ſive loci, ubi hujuſmodi annale Capitulum fieri debet, in una archa ſeratā tribus diverſitatis ſeris, & clavibus fideliter cuſtodiantur, & in uſus dumtaxat pro quibus impoſitæ fuerint convertantur. Pro his autem Collectis, & ſubventionibus, ſeu contributionibus fideliter conſervandis, & ut præmittitur expendendis, dicti tres qui ad hoc fuerint in provinciali Capitulo deputati præſtent in præſidentium ipſius Capituli, & alij præfati tres Canonici in Prælatis præſidentis, & Capituli, ſeù Conventus loci principalis, cujus anuale Capitulum celebrabitur præſentia corporalitèr juramentum, nec imponi valeat alia contributio, quandiù aliquid de prima contributione, quod ſufficiat contigerit ſupereſſe. Habeant autem Præſidentes, & eorum quilibet, quoad hujuſmodi provincialia capitula, ſimiliter quoque Prælati, ſeu alii qui præerint dictis annalibus Capitulis, quoad ipſa annalia capitula auctoritate Apoſtolica ſupradicta exigendi, colligendi, & levandi collectas, ſubventiones, & contributiones prædictas, & contradictores, & rebelles quoslibet eadem auctoritate per cenſuram Eccleſiaſticam, vel alia *juris*, & ipſius Religionis remedia, remoto cujuslibet appellationis obſtaculo compellendi, & etiam puniendi, & exequendi liberè ſuos proceſſus, & ſententias ſuper præmiſſis habitos, & Prælatos in Eccleſijs Cathedralibus, alijsvè locis Religionis ejuſdem, quando, & quoties eis viſum fuerit expedire, necnon etiam abſolvendi (congrua tamen ſatisfactione præmiſſa) à dictis ſententijs relaxandi, atque tollendi omnes proceſſus, & ſententias eorundem, & cum eis qui dictis ligati ſententijs per ſimplicitatem, & juris ignorantiam (non tamen in contemptum clavium) celebrando Divina, vel ſe ingerendo eiſdem irregularitatem incurrerint, ſuper irregularitate huiuſmodi diſpenſandi liberam poteſtatem.

Magiſter qui doceat Canonicos Mittere ad ſtudia.

Quoniam per exercitium lectionis ſtudentes litterarum ſcientiis imbuuntur, nos cupientes, ut Viri Religionis ejuſdem in primitivis, & deindè in Divini, & Canonicis Juris ſcientijs inſtruantur, ſtatuimus, quod in qualibet Eccleſia Cathedrali Monaſterio, locovè alio Conventuali, ſeù Gollegiato dictæ Religionis, cui adhoc ſuppetent facultates, habeatur Magiſter, qui Canonicos doceat infra ſepta locorum in ſcientijs, videlicèt Grammatica, Logica, & Philoſophia, proviſio attentiùs, ut ſæculares, inſtruendi cum ipſis Canonicis, docendivè in eiſdem

dem Monaſterijs, ſivè locis nullatenùs admittantur. In Eccleſijs tamèn Cathedralibus Religionis ejuſdem, jura ſuper hoc ædita obſerventur. Provideatur autem quotidiè præfato Magiſtro, ſi alius quàm Canonicus ejuſdem loci fuerit, ſufficientèr in pane, & vino, & pitantia, per illos qui talia tenentur in eadem Eccleſia, Monaſterio, ſive loco Canonicis miniſtrare. Eidem quoque Magiſtro pro veſtimentis, & calceamentis, ac ſalario congrua penſio aunua aſſignetur, ſummam viginti librarum Turonenſium parvorum nequaquam excedens, quæ de infraſcripta communi contributione ſolvatur, donec pro ea certi, & perperui redditus fuerint aſſignati. Si verò in locis prædictis fuerit Canonicus ad hujuſmodi inſtructionem idoneus, per ſuperiorem ſuum ad quem hoc pertinuerit deputetur inſtructor, & adhoc ſi neceſſe fuerit compellatur, cui ſiquidem inſtructori Canonico ulrrà victum, & veſtitum pro libris emendis, & alijs neceſſitatibus ſuis juxtà diſpoſitionem Superioris ſui, decem libræ parvorum Turonenſium aſſignentur; Prælati verò, ſeù alij, ad quos ſpectaverit Canonicos inſtruendos dociles tàm de capite, quàm de membris cum conſilio ſeniorum eligere, & de ipſorum certo numero, ac de locis, & temporibus, quibus lectionibus, quibusvè divinis Officijs, ſeù obſequijs alijs opportunis intendant, ordinare purè, & providè teneantur. Si tamen dicti Canonici inſtruendi teneri, & inſtrui commodè in loco principali nequiverint, & propter hoc; fuerit hactenùs conſuetum, ipſos inſtruendos in aliquo de membris ipſius loci teneri, atque inſtrui, non intendimus circà hoc; dumnodò ibidem vigeat obſervantia Regularis aliquid immutare. Poſſint autem præfatus Magiſter, ſeù Inſtructor, & inſtruendi cum conſilio Seniorum, prout expediens viſum fuerit eis, ad quos pertinuerit removeri, & per eos loco eorum, qui remoti fuerint, alij ſubrogari. Præcipimus inſupèr cunctis Viſitatoribus in Proviucialibus Capitulis deputatis, quod ea, quæ ſunt de Magiſtro, ſeù Inſtructore, & perſonis inſtruendis, & alijs circà hæc ſuperiùs ordinata, faciant auctoritate Apoſtolica per Cenſuram Eccleſiaſticam, & alia opportuna remedia appellatione remota firmiter obſervari. Et nihilominùs ea, quæ ſupèr prædictis fecerint, & invenerint, præſidentibus Capitulo provinciali referant, qui etiam auctoritate Apoſtolica, ſi eis, vel majori parti ipſorum viſum fuerit contrà negligentes, vel Rebelles in præmiſſis procedant ſicut videbitur expedire.

Mittere ad ſtudia. Quià verò expedire dignoſcitur, ut ijdem Canonici poſtquàm in ſcientijs primitivis fuerint eruditi, ad Sacræ Theologiæ, vel Canonum tranſeant facultatem; ſtatuimus, ut Eccleſia Cathedralis, Monaſterium, Prioratus, locusve alius Religionis ejuſdem, cum membris inferiùs declarandis de quolibet vicenario nomero Canonicorum, unum aptum Canonicum hujuſmodi ſcientijs acquirendis ad generalia, ſeù ſolemnia ſtudia mittere, & cuilibet mittendorum ipſorum teneantur de infraſcripta annua penſione providere. Hujuſmodi autem vicenarium numerum ſic volumus computari, ut videlicèt illi dumtaxàt Canonici numerum ipſum efficiant in hoc caſu, qui fuerint in Eccleſia, Monaſterio, vel loco alio principali, & in loco alio ei ſubjecto habente octo, vel plures Canonicos pratèr Priorem, ſeù adminiſtratorem loci ſubjecti, & ipſorum, cum Canonicis ejuſdem Eccleſiæ, ſeù Monaſterij, & loci alterius principalis in computatione, ac miſſione hujuſmodi conjungantur. Quòd ſi forsàn ultrà dictum numerum vicenarium aliqui ſupereſſent, qui tamen vicenarium alium non complerent, non proptèr hoc arctentur aliquem mittere ad ſtudia prælibata. Ubi autem hujuſmodi Eccleſia, Monaſterium, ſivè locus ad mittendum plures ad prædicta ſtudia, quam præmittitur aſtringererur ad conſuetudinem, vel ordinationem aliam, ſeù ſtatutum, non intendimus conſuetudini, ordinationi, ſeù ſtatuto hujuſmodi per præmiſſa aliquatenùs derogare. Si verò in hujuſmodi Eccleſia, Monaſterio, vel loco alio principali vicenarius Canonicorum numerus non exiſtat, numerus tamen major ſenario ſit ibidem, teneantur Viſitatores per provinciale Capitulum deputati, quùm in ea, vel eo viſitationis officium exercebunt, inquirere de facultatibus, & oneribus hujuſmodi Eccleſiæ, Monaſterij, ſivè loci, etſi hujuſmodi oneribus ſupportatis inve-

inveniant facultates ſufficere pro uno, vel pluribus Canonicis ad dicta ſtudia deſtinatis, relationem de hoc faciant in provinciali Capitulo ſubſequenti, in quo præſidentes, cum conſilio, & aſſenſu majoris partis Capituli ordinent auctoritate Apoſtolica juxtà hujuſmodi ſuppetentiam facultatum de uno, vel pluribus Canonicis ad eadem ſtudia deſtinandis. Eligantur autem ipſi Canonici mittendi prout ad ſcientias Theologiæ, vel Iuris Canonici, ſeù magis ad unam, quàm ad alteram aptiores poterint inveniri; ſic tamen (quòd ſi tot apti reperiantur pro ipſius Theologiæ ſtudio) ad minùs medietas mittendorum pro ipſius Theologiæ ſtudio deſtinetur, & qui electus fuerit ad unam de his ſcientijs, ad aliam proprio arbitrio nequeat ſe transferre, quod ſi fecerit, de ſtudio revocetur. Ut autem ad electionem Canonicorum ad prędicta ſtudia mittendorum ſincerè, & celeritate congrua procedatur, Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Religionis ejuſdem ſeptem, Abbas verò, Prior, & quivis alius Prælatus Monaſterij, ſeù Prioratus, & loci Conventualis Religionis ejuſdem habentis vicenarium, aut majorem numerum Canonicorum quinque, habentis verò numerum minorem vicenario, tres Canonicos Seniores, qui dictam electionem facere habeant infrà quinque dies poſt feſtum Beatæ Mariæ Magdalenæ, quod primitùs à publicatione hujuſmodi noſtræ Conſtitutionis in eorum Capitulis annalibus facta occurrit, & deindè ſingulis annis in perpetuum, quotiès electio de Canonicis [ut præmittitur] mittendis extiterit facienda infrà idem tempus eligere teneantur. Seniores autem ipſi antequàm ad hujuſmodi electionem procedant juramentum præſtent, ad quod præſtandum per Superiores ſuos, ſi opus fuerit eos volumus coarctari, quod timore, amore, odio, pretio, ſeù favore rejectis, illos ex Canonicis in ſcientijs primitivis, & regularibus Obſervantijs informatis, ac vita, & moribus commendandis eligant ad ſtudia ſupradicta, quos magis dociles, & aptiores eſſe crediderint ad alterutram ex Theologiæ, & Juris Canonici ſcientijs, ad quam fuerint deſtinandi. Quùm verò dicti Seniores præſtiterint hujuſmodi Juramentum, teneantur infrà tres dies cum conſilio inſtructoris, ſi Canonicus extiterit Juramento ſimili aſtringendi coràm Eccleſiæ Cathedralis Capitulo, vel Abbate, ſeù Priore, vel alio Prælato prædictis, mittendos præfatos eligere. Electione autem facta per Seniores eoſdem, vel majorem partem numeri eorundem cum conſilio, ut præmittitur inſtructoris, is ad quem pertinuerit licentiam eundi ad ſtudia ſupradicta infrà ſex dies poſt habitam de dicta electione notitiam eis concedere ſit aſtrictus, idemque electi mittendi ad Pariſienſe ſtudium, illuc in exaltatione Sanctæ Crucis, alij verò ad alia ſtudia deſtinandi, illuc in Sancti Lucæ diebus feſtis, vel circà, adeſſe procurent.

Ad Pariſienſe ſtudium. Quòd ſi forsàn dictum Capitulum infrà prædictos quinque dies, præfatos ſeptem Seniores, non elegerit, aut ſi ipſi ſeptem ab eodem Capitulo, vel dictis quinque, ſeù tribus Senioribus à præfato Abbate, ſeù Priore, vel alio Prælato, ut præfertur electis, ijdem Seniores, vel eorum major pars in caſu quolibet prædictorum infrà dictos tres dies hujuſmodi Canonicos mittendos non duxerint eligendos, ex tunc in Eccleſia Cathedrali ad illum, qui præeſt in Regularibus diſciplinis poſt Antiſtitem, in Monaſterio verò, ſeù Prioratu, locove alio ad Abbatem, ſeù Priorem, vel alium Prælatum eo ipſo hujuſmodi electio devolvatur. Ille ad quem ipſa electio fuerit devoluta, electionem dictorum mittendorum infra triduum poſt notitiam devolutam hujuſmodi cum conſilio quatuor Canonicorum, diſtrictorum ſuæ Eccleſiæ, ſeu Monaſteriij, aut loci, vel Prioratus hujuſmodi, quos ad hoc elegerit, & ſimili aſtrinxerit Juramento facere teneatur. Qui verò in præmiſſis repertus fuerit deliquiſſe, prout delicti qualitas exegerit puniatur, nihilominùs his, quæ circà hæc negligentèr omiſſa, vel doloſè commiſſa fuerint ſupplendis quantociùs, & etiam reformandis.

Penſiones ſtudentium. Quoniàm inſiſtentes litterarum ſtudijs diverſa ſubire oportet onera expenſarum prædictis Canonicis, qui mittentur ad ſtudia generalia, Magiſtris, & Baccalaureis, Legentibus, ac Scholaribus ſtudentibus in ſubſequentibus quantitatibus

pro

pro expenſis hujuſmodi, fore decernimus penſiones annis ſingulis miniſtrandas; videlicèt in Theologia Magiſtro ſexaginta, Baccalario quadraginta, ac Scholari ſimiliter quadraginta. In Jure verò canonico Doctori quinquaginta, Bacchalario verò, ac Sholari cuilibet eorum, videlicèt triginta quinque libras Turonenſes parvorum, vel earum valorem in alia moneta tàm pro victualibus, & veſtimentis, quàm pro libris, & quibuſcumque neceſſitatibus alijs eorundem. Si autem in aliqua Eccleſia, Monaſterio, ſivè loco eſt taxatum, ſivè ordinatum, quod & quantum aſſignari debeat Canonico in ſtudio exiſtenti, illud detur, & aſſignetur loco penſionis prædictæ, etiamſi eandem excedat ei, qui, ut præmiſſum eſt, ad ſtudium tranſmittatur. Ubi verò hujuſmodi taxatio, vel ordinatio non eſt facta; volumus, quòd hii, qui tenentur Canonicis reſidétibus in ſuis Eccleſijs, Monaſterijs, ſeù locis de victualibus, & veſtibus providere, proviſionem hujuſmodi hijs, qui mittentur ad hujuſmodi ſtudia [etiamſi taxationem dictarum penſionum excedat] loco penſionum hujuſmodi integralitèr facere teneantur. Quod ſi hujuſmodi taxatio, ordinatio, ſivè proviſio ad ſummam dictarum non aſcendent penſionum, de infraſcripta communi contributione id, quod ei defuerit ſuppleatur. Et ſi fortè taxatio, ordinatio, ſivè proviſio præfatæ, non in pecunia, ſed in alijs rebus ipſis Canonicis conſueverint aſſignari, nè ſupèr eſtimatione earum poſſet altercatio ſuboriri, in primo annali Capitulo Eccleſiæ, Monaſterij, ſivè loci eorum, qui mittentur ad ſtudia, tres probi viri per ipſum Capitulum, vel majorem partem ipſius deputentur, qui in pecunia valorem proviſionis ejuſdem, computando ea, quæ computanda fuerint de bono, & æquo, & compenſando unum annum cum alio debeant æſtimare, quæ quidem promiſſiones, penſiones, ſeù alia, quæ loco earum fuerint aſſignanda per eos, qui ad eorum ſolutionem tenebuntur in feſto Aſſumptionis Beatæ Mariæ anno quolibet, Collectoribus ad eorum collectionem deputatis integralitèr perſolvantur, & per eos illis, videlicèt, qui ad ſtudium Pariſienſe in feſto Exaltationis Sanctæ Crucis, vel circà illud, eis verò, qui ad alia ſtudia generalia, vel ſolemnia fuerint deputati, in feſto Beati Lucæ, vel circà ſingulis annis infallibilitèr tranſmittantur. Si quis verò Abbas, Præpoſitus, Prior, vel adminiſtrator, vel quicumque alius, qui ad prædicta ſolvenda tenebuntur illud, quod ipſorum quemlibet pro rata contingente in termino ad hoc ſtatuto ſolvere dictis Collectoribus non curarent, teneantur extunc ultrà quantitatem, ad quam erunt, ut præmittitur obligati, quintam partem ejuſdem quantitatis, nomine pœnæ ſolvere dictis Collectoribus infrà menſem. Quòd ſi non fecerint, ſit eis eo ipſo tandiù Eccleſiæ interdictus ingreſſus, donec tàm principalem quantitatem, quàm hujuſmodi quintam partem duxerint perſolvendas. Etſi ex tunc per quatuor menſes pertinacitèr hujuſmodi ſubſtinuerint interdictum, ſint ipſo facto tamdiù à divinis ſuſpenſi, donec utramque duxerint perſolvendam, nulla ſibi permiſſione præmiſſorum quomodolibet profutura. Quantitas autem hujuſmodi pœnæ nomine, ut præmittitur exſolvenda, in acquiſitione librorum utilium, & profectus alios dictorum Studentium juxtà Superioris eorum arbitrium convertatur. Quòd ſi Priores, Præpoſiti, vel alij Adminiſtratores quicumque, qui non præſunt Collegio, nec habent per electionem aſſumi, Abbatibus tamen, ſeù Prelatis alis Religionis ejuſdem ſubjecti, hujuſmodi ſummas ſolvere contempſerint, & prænominatas pœnas per alios quatuor menſes immediatè ſequentes ſubſtinuerint animis induratis, excommunicationis incurrant ſententiam eo ipſo, à qua ſatisfactione prę-miſſa poſſint abſolvi tàm per Diœceſanum locorum, quàm per Præſidentes deputatos in Capitulis provincialibus illius Provincię, cujus erunt, vel alter eorumdem. Quod ſi hujuſmodi ſententiam per annum animis pertinacibus ſubſtinuerint, eo ipſo quibuſcunque obtentis beneficijs ſint privati, per illos ad quorum collationem, vel aliam diſpoſitionem pertinuerint liberè perſonis aliis conferendis. Nullus autem cujuſcunque conditionis, dignitatis, aut ſtatus, ſive Collector penſionum hujuſmodi, ſeu reddituum aſſignandorum, pro ipſis aliquid ſibi, vel alteri, ſeu uſui cuicunque de præfatis penſionibus, vel fructibus, tedditibus, ſeù proventibus,

tibus, qui aſſignabuntur pro penſionibus ipſis quomodolibet applicare, vel alienare præſumat, in diminutionem penſionum, ſeù præjudicium ſtudentium prædictorum. Si quis autem Collector, vel quivis alius, adverſus hoc aliquid applicaverit, vel alienaverit, necnon Collector, qui dictas penſiones in ſupradictis terminis eiſdem ſtudentibus mittere non curaverit, prout culpæ qualitas exegerit, per illos ad quos pertinuerit puniatur, & nihilominùs ſi ſolvendo fuerit, de damnis, & intereſſe ſatisfacere compellatur. Ut autem onus penſionum hujuſinodi leviùs ſupportetur, contributiones quæ pro penſionibus ſtudentium, & inſtructorum prædictorum fuerint faciendæ, ſolvantur per Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, & per Abbatem, Priorem, Præpoſitum, ſeu Conventum, & quamvis alium adminiſtratorem Monaſterij, Prioratus, locivè alterius Religionis ejuſdem, *necnon per Beneficiatos quorumlibet Beneficiorum Canonicalium ad Eccleſiam, Monaſterium, Prioratum, vel locum alium, beneficiumque, vel dependentium ab eodem*, juxtà diviſionem intèr eos omnes, ſecundùm taxationem, vel extimationem decimæ in taxatis; in non taxatis verò beneficiis ſecundùm taxationem proportionalitèr, & rationabilitèr juxtà valorem ipſorum, in primo cujuslibet Eccleſiæ Cathedralis, Monaſterij, ſive Prioratus, vel alterius loci ipſius Religionis annali Capitulo faciendam per illum, qui eidem Capitulo præerit, & per ipſum Capitulum, ſeu majorem partem ipſius, quam ſi fortè in hujuſmodi annali Capitulo facere neglexerint, vel noluerint, tunc Præſidentes Provinciali Capitulo illius Provinciæ, & quilibet ipſorum Præſidentium, ac Viſitatores per dictum Provintiale Capitulum deputati, & eorum quilibet, ipſos auctoritate Apoſtolica per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia opportuna remedia ad illam faciendam appellatione ceſſante compellere teneantur; donec ea, quæ per communem contributionem in ſupplementum hujuſmodi dari debent ſtudentibus, & inſtructoribus præfatis, in certis & perpetuis reditibus de novo pro his acquiſitis fuerint aſſignata. Si qui verò ex prædictis beneficiatis proventus habeant adeo tenues, & exiles, quòd ſecundùm communem extimationem, non ſufficiant ſupportatis ejus neceſſariis oneribus ad vitam contributionis hujuſmodi, ad eandem contributionem minime teneantur. Ad hæc prohibemus nè ulli Canonico quodcunque beneficium quntumcumque modicum, vel aliam penſionem habenti, niſi illo, vel illa omninò dimiſſa, vel dimiſſo, aliqua de dictis penſionibus ſtudentium aſſignentur, quod ſi secùs actum fuerit nullius penitùs ſit momenti. Si verò ipſi Canonico hujuſmodi penſionem ſtudentium obtinenti, beneficium aliquod quantumcunque modicum conferatur, volumus quòd adepta poſſeſſione ipſius, ceſſet ipſa penſio ipſo facto, eaque privatus exiſtat ſtudenti alteri aſſignanda, ut non deſit ſtudens de numero inſtituto, nec per litteras à Sede Apoſtolica, vel Legatis ipſius ſuper proviſione Canonicorum, aut quorumlibet aliorum obtentas, de penſione aliqua ſtudentium prædictorum cuiquam valeat provideri, nec poſſit alicui alteri, niſi fuerit de ſtudentibus, ipſa penſio per aliquem aſſignari, alias nulla ſit aſſignatio hujuſmodi ipſo Jure, & tàm aſſignans, quàm recipiens, ad reſtitutionem eorum quæ indè recepta fuerint teneantur, quæ in libris, vel alijs neceſſitatibus dictorum ſtudentium convertantur, alienatione quoque librotum qui dictis ſtudentibus fuerint deputati, ſeù diſtractione, vel etiam obligatione ipſorum penitùs interdictis, niſi ſtudens hujuſmodi utiliores libros emat, & etiam id faciat licentia ſui immediatè Superioris obtenta, volentes quòd libri prædicti defunctis eiſdem ſtudentibus, ad Eccleſias, Monaſteria, & loca alia, ad quæ pertinuerint liberè revertantur. Volumus etiam, quòd ſi in Eccleſia Monaſterio, & loco alio Religionis ejuſdem libri multiplicati fuerint, libris neceſſarijs in Eccleſiis, Monaſteriis, & locis aliis remanentibus, cœterorum librorum per Antiſtitem, Abbatem, ſeu alium, ad quem pertinuerint de conſilio ſui Capituli, ſeù Conventus, vel majoris partis ipſorum, fiat conveniens diſtributio inter ſtudentes eoſdem, fiatque priùs de perſonis ſtudentium, quibus dicti libri tradentur, & librorum nominibus prædictorum memorialis ſcriptura, quæ in Eccleſia, Monaſterio,

Digitized by Google

rio, ſeu loco hujuſmodi conſervetur; proviſo tamen, quòd pulchriores, & utiliores in eiſdem Eccleſia, Monaſterio, ſive loco debeant remanere. Si quis verò de ſtudentibus ipſis per ſe, vel per alium librum, ſeu libros hujuſmodi, qui ſic pervenerint ad eundem, contra hoc diſtraxerit aut obligaverit, eo ipſo ſit inhabilis per biennium ad quodcunque beneficium obtinendum, & nihilominùs de ſtudio revocetur, & loco ſui alius ſubrogetur, & etiam per ſuum Superiorem, proùt facti qualitas exegerit, puniatur. Poſſit tamen dictus ſuper inhabilitate hujuſmodi diſpenſari, ſi Superiori viſum fuerit expedire. Ubi autem erit aliquis de ipſis ſtudentibus, qui ſit vitæ laudabilis, & alias idoneus, ac diſcretus, & ad Bachalariatum, vel Magiſterium diſpoſitus, vel habilis, vel de cujus fructu ſcientiæ acquirendæ poſſit veriſimilis ſpes haberi, Prior dictorum ſtudentium, qui erit pro tempore, cum conſilio aliquorum ſtudentium eorundem proborum, ſcribat Præſidentibus antedictis, ut proprio Prælato ipſius mandent, & ordinent cum eodem, quòd talem de ſtudio non revocet, ſed eum in ſcientia proficere, & ad ſtatum Bachalariatus, & honorem Magiſtarij pervenire, lecturamque continuare permitrat, ipſumque, & alios ſimiles, quos in ſcientia laudabiliter proficere noverit, dignis attollat laudibus, honoribus, & promotionibus efferat opportunis. Provideant quoque Præſidentes, & alij Prælati convenientes in ipſo Capitulo provinciali, quòd Canonici ad dicta ſtudia tranſmittendi, prout convenientiùs, & commodiùs fieri poterit in ſimul commorentur; ſaltèm quinque, vel quatuor ad minùs, & quatuor, vel quinque hujuſmodi, duobus ſervitoribus ſint contenti. Præcavere nempè volentes, & etiam providere, ut dictis Scholaribus in dictis ſtudijs pro tempore morantibus, Regularis non deſit ſalubre gubernaculum diſciplinæ, ordinamus, quòd in Capitulis Provinciarum, in quibus erunt hujuſmodi ſtudia, præſidentes unum de hijs, qui debent ad provinciale Capitulum convenire, vicinum loco, ubi ſtudium erit, quem quotiens eis placuerit ponere valeant, & mutare, deputent, & aſſignent, qui ex dictis Studentibus unum inibi Priorem Studentium conſtituat per annum ſolummodò duraturum, quem tamen Priorem tàm ipſe, quàm etiam præſidentes, & quilibet eorundem mutare valeant infrà annum, ſi, & quoties eis videbitur. Conſtituatur autem ipſe Prior talis, qui ſit potens in opere, & ſermone, ut Canonicos ſtudentes penſionarios, & alios etiam Beneficiatos in bono inſtruat, & à malo ſtudeat revocare, ipſoſque quoties ſibi videbitur expedire, convocet ad alium locum competentem, ejsque quo ad Regularem præſideat diſciplinam, & poreſtarem habeat illos corrigendi, puniendi, & abſolvendi, & cum eis diſpenſandi quamdiù in ipſis ſtudijs moram traxerint ab omnibus, à quibus, & ſupèr quibus, & prout poſſet Superior poſt Antiſtitem, vel Abbas, ſeù Prælatus alius eorum proprius in Eccleſia, Monaſterio, vel alio loco, undè Clauſtrales exiſtunt, ipſoſque informandi, & inſtruendi, & renendi ſub Regularibus diſciplinis, & illos etiam cohercendi nè vagentur, vel actibus, ſeu operibus vacent illicitis, ſed ſtudeant, & proficiant, ſicut decet, vivantque laudabilitèr, & honeſtè. Provideat inſuper idem Prior Studentium, quod dicti Canonici penſionarij ſtudentes expenſas faciant moderatas, non ſuperfluas, nec aliquatenùs exceſſivas, eoſque cogat ad reddendum de receptis, & expenſis in fine menſis cujuslibet, vel prout aliàs ſibi videbitur rationem, illi, vel illis providis, & diſcretis, quos idem Prior ad id duxerit deputandos, & quandò ipſorum Studentium conditio, ſeu demerita ſuaſerint eos à ſtudio revocandos, idem Prior teneatur id [conſultè tamen, & cautè] Antiſtiti, Abbati, vel alii Prælato eorum proprio per ſuas litteras intimare, ijdemque Antiſtites, Abbas, ſeu Prælatus proprius eos revocare debeat, & in locis eorum totidèm Canonicos ſubrogare per modum ſupraſcriptum, appellatione, contradictione, vel reclamatione rejectis. Concedimus quoque prædicto Priori, Canonico Studentes penſionarios, & alios etiam Beneficiatos, quamdiù fuerint in ipſis ſtudijs, ab Excommunicationis ſuſpenſionum, & interdictorum ſententijs, per ſtatuta provincialia, ſeu cujusvis Eccleſiæ, Monaſterii, ſivè loci dictæ Religionis, vel per Diœceſanum contrà Studentes

in locis, ubi erunt Studia generalia promulgatis, congrua ſatisfactione præmiſſa juxtà formam Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica abſolvendi, & cum eis ſupèr Irregularitate, quàm ſic ligati celebrando divina, ſeù aliàs ſe ingerendo eiſdem per ſimplicitatem, & Juris ignorantiam (non tamen in contemptum clavium) incurrerint diſpenſandi, auctoritate prædicta liberam poteſtatem. Per hoc verò dictos Canonicos ſtudentes à poteſtate Antiſtitis, vel aliorum ordinariorum ſuorum, vel alterius Prælati ſui, nolumus aliquatenùs eximere, vel etiam liberare. Quilibet autem dictorum Canonicorum Religionis ejuſdem, hujuſmodi ſtudiis inſiſtens penſionarius, & alius etiam Beneficiatus, præfato eorum Priori de quinque ſolidis Turonenſibus parvorum, vel eorum valore in alia moneta providere annis ſingulis teneatur, ad quorum ſolutionem idem Prior poſſit eoſdem per Cenſuram Eccleſiaſticam, & alia ipſius Religionis remedia, auctoritate Apoſtolica, remoto appellationis obſtaculo cohercere. Idem tamen Prior ſumptus nunciorum ſubeat, quos pro præmiſſis duxerit tranſmittendos. Dicti quoque præſidentes in ſingulis eorum provincialibus Capitulis, deputent aliquem de illis, qui debent ad dictum provinciale Capitulum convenire, idoneum, ac vicinum ſtudio, in quo Studentes hujuſmodi morabuntur, & tùm hujuſmodi Deputatus, quàm etiam Viſitatores in provinciali Capitulo ordinati, diligentèr, & fidelitèr ſe informent in ea, quæ per eos de Studentibus, & eorum penſionibus, & aliis circa hæc ſtatuta, & ordinata exiſtunt, fuerint effectui mancipata, etſi qua invenerint non completa, eorum plenam relationem, & etiam informationem qualitèr compleri poſſint, faciant in proximo provinciali Capitulo eorundem, in quo ordinari debeat, quod efficaciter compleantur. Habeant inſupèr præſidentes præfati, & quilibet eorundem faciendi compleri, & inviolabilitèr obſervari auctoritate Apoſtolica, omnia, & ſingula ſupradicta, necnon contradictores, & rebelles per Cenſuram Eccleſiaſticam, & per alia Iuris, ſeu ipſius ordinis remedia, ſublato appellationis obſtaculo compellendi, & proceſſus, & ſententias eorum in locis Religionis ejuſdem ſolemnitèr publicandi, & illos, qui ſententias ipſorum incurrerint, congrua ſatisfactione præmiſſa juxtà formam Eccleſiæ abſolvendi, & cum illis, qui hujuſmodi ligati ſententiis per ſimplicitatem, & Juris ignorantiam [non tamen in contemptum clavium] divina celebrarint officia, vel ingeſſerint ſe eiſdem ſupèr Irregularitate per eos exindè contracta, auctoritate prædicta diſpenſandi liberam facultatem. Rursùs ſtatuimus, & etiam ordinamus, quòd nullus Religionis ejuſdem ad recipiendum magiſtratus, ſeu doctoratus honorem de cætero aſſumatur, non præſtito per eum primitùs Juramento in præſentia dicti Prioris Studentium, ac ſex proborum, & diſcretorum ex Studentibus antedictis, quod in aſſumptione ipſius honoris, vel antè, vel poſt, eius occaſione circà cibos, veſtes, vel alia non expendet per ſe, vel alium undecumque habuerit, vel fuerit ſibi datum, nec quantùm in eo fuerit à quibusvis aliis expendi permittet ultrà valorem duorum millium Turonenſium argenti. Illi etiam, qui ad Bachalariatum fuerint aſſumendi, Juramentum præſtare ſimilitèr teneantur in præſentia Prioris Studentium, & quatuor proborum, & diſcretorum de Studentibus memoratis, quòd hujuſmodi ſui Bachalariatus prætextu, ipſa die, qua Bachalarii erunt, vel antè, ſeu poſt, nullum feſtum, ſeu convivium facient per ſe, vel alios, aut quantùm in eis fuerit fieri permittent, à quibuscumque aliis [etiam eorum conſanguineis, vel amicis]. Ad hoc ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod quilibet ipſius Religionis, qui in dicto Pariſienſi, vel in aliquo alio generali ſtudio per ſex annos in Theologia ſtuduerint, in aliis primitivis ſcientiis priùs ſufficienter inſtructi, & alias ſufficientes ad hoc, & idonei reperti, poſſint in ipſo Pariſienſi ſtudio curſus Bibliæ facere conſuetos, qui verò per octo annos in Theologia ſtuduerint librum ſententiarum legere valeant (ſi ad hoc ſufficientes fuerint) in Pariſienſi ſtudio prælibato, quòd in eodem Pariſien., & alio quocumque ſtudio, in quo ad Magiſterium in Theologia licentia dari poterit, ſeu conſuevit, cùm digni ad hoc reperti extiterint ad Magiſterium, & Doctoratum in Theologia liberè admittantur. Illi verò Religionis ejuſdem, qui in ipſo

ipſo Pariſienſi Studio, vel quovis alio Studio generali audierint Jura Canonica per ſex annos, de quibus per tres annos ad minùs audierint decretum (dummodò ſufficientes, & idonei fuerint) poſſint ad Bachalariatum, & lecturam Juris Canonici, ſivè decretorum in eodem Pariſienſi, vel in alio generali Studio in cappa ipſi facultati congruenti aſſumi.

Qui verò per quinque annos in Pariſienſi, vel in alio generali Studio Jura Canonica, ut Bachalarii legerint, & de hoc primo fidem fecerint per eorum proprium Juramentum, & duorum aliorum Teſtimoniorum iurantium ſe credere eos rectè iuraſſe, poſſint ſi voluerint in cappa ſimilitèr eidem facultati congruenti ad Magiſterium in decretis, vel ad lecturam decretorum in eodem Pariſienſi, & quolibet alio Studio generali dilatione, & difficultate malitioſa, & impedimento quibuſcumque ſublatis, ſicut ibidem conſueverunt aſſumi cæteri Clerici ſæculares, & per Cancellarium Eccleſiæ Pariſienſis in Pariſienſi Studio, vel per illum, ad quem pertinuerit, ad hujuſmodi Magiſterium, ſeù Doctoratus honorem promoveantur liberè, & etiam admittantur, non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis, & conſuetudinibus Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum locorum Religionis ejuſdem, necnon Pariſienſis, & aliorum quorumcumque Studiorum contrariis Juramentis, confirmationibus Apoſtolicis, & quibusvis firmitatibus aliis roboratis, & illis præſertim, quibus in eodem Pariſienſi Studio caveri dicitur, quòd nullus poſſit legere curſum Bibliæ, niſi ibidem ſtuduerint ſeptem annis, nec permittatur legere ſententias, niſi ibidem ſtuduerint decem anuis, quodque nullus Canonicus, vel Religioſus alius legat ibidem Jura Canonica, vol ad Bachalariatus gradum, aut Magiſterii honorem in Jure Canonico permittatur aſſumi, ſeú quod nullus Regularis Rubea cappa decretum legat, ſeu legere permittatur ibidem, aut nullus ibi legere valeat Jura Canonica, vel ad Bachalariatum aſſumi, ſeu, ut Bachalarius legere decretales, aut ad Magiſterium aſcendere in decretis, ſivè Doctor fieri decretorum, aut ad lecturam in decretis aſſumi, ſeu ipſam continuare, niſi ibidem, vel in aliquo ſtudio generali audiverit Jura Canonica per quinque, vel alibi Jura Civilia per tres annos, aut alibi Jura Civilia per quinque, & ibi, Sel in alio generali ſtudio Jura Canonica per tres annos, prout ſic, vel al tèr in ſtatutis ipſius Pariſienſis Studii dicitur contineri, vel de conſuetudine obſervari, & aliis conſuetudinibus, vel ſtatutis ejuſdem Pariſienſis Studii quibuſcumque, & ſub quacumqne forma, vel expreſſione verborum in contrarium æditis, vel ædendis, nec non quibuslibet privilegiis, vel Indultis generalibus, aut ſpecialibus, & litteris Apoſtolicis, contrariis ordinibus, Eccleſiis, Monaſteriis, locis, & ſtudiis quibuſcumque, ſivè Univerſitatibus Magiſtrorum, vel Scholarium eorumdem, ſeu perſonis Eccleſiaſticis Secularibus, & Regularibus, exemptis, & non exemptis, cujuſcumque ſint præeminentiæ, dignitatis, conditionis, aut ſtatus ſub quavis forma, vel expreſſione verborum conceſſis, per quæ præſentibus, non expreſſa, vel totalitèr non inſerta, effectus hujuſmodi ſtatutorum, & ordinariorum, & ſingulorum contentorum in eiſdem impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus, plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum in illis, vel aliis noſtris litteris fieri mentionem, quibus non intendimus quoad alia in aliquo derogare.

Ut cultus augeatur Divinus, & Religioſis *vagandi materia præcludatur ſtatuimus, quòd Canonici Religionis ejuſdem extra Eccleſias, Monaſteria, ſive loca alia principalia, obtinentes Prioratus, ſeù quævis alia beneficia, quibus ad hoc ſuppetant facultates in ipſis beneficiis reſidere, & ſocium, vel ſocios ſui ordinis ſecum habere*, juxtà ipſorum facultatum ſuppetentiam teneantur, ſtatutis, & conſuetudinibus contrarijs non obſtantibus quibuſcumque, quodque ſocium, vel ſocios hujuſmodi Prælatus ſeu is ad quem hoc pertinuerit, prout locis congruere noverit, & perſonis, & cum conſilio, & aſſenſu ſui Capituli, ſeù Conventus, vocatis his qui dicta beneficia obtinebunt hujuſmodi ſuppetentiam arbitrando aſſignet eiſdem. Quod ſi hujuſmodi Priores, ſeù Adminiſtratores quibus fuerint

Rubea cappa.

Doctoratus.

Ad Beneficia mittere

Digitized by Google

Canonici in ſocios aſſignati, ceſſante cauſa rationabili arbitrio aſſignantis, recuſent admittere ſibi aſſignatos, eis ſufficientèr, & decentèr in neceſſarijs providere, cogantur ad hæc per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris remedia opportunè, & nihilominùs de hujuſmodi inobedientia puniantur. *Qui autem in Eccleſijs Cathedralibus, ſeu Monaſteriis dignitates, perſonatus officia, ſeu adminiſtrationes alias habuerint, & in eiſdem Eccleſiis, ſeu Monaſteriis conſueverint reſidere, cogantur officium incumbens eis tàm in Divinis, quàm in aliis debitè exercere*, Familiamque exceſſivam præſertim infra clauſtra non teneant, aut talem per quem veriſimiliter præſumatur in ipſis Eccleſiis ſeu Monaſteriis ſcandalum generari. Et quia ſecundum præmiſſa, *nonnullis de Canonicis Regularibus, qui in Eccleſiis, Monaſteriis conſueverant reſidere, habebunt extra in ſuis Prioratibus, ſeu beneficiis alijs reſidentiam facere*, in Capitulo annali cujuslibet Eccleſiæ, & Monaſterii per Prȩlatum, & Capitulum, vel majorem partem ipſius, ſcito, & cognito diligenter, quot mittentur extra pro reſidentia in dictis Capitulis, & beneficiis facienda, proindè ordinetur, quod loco eorum qui extra mittentur, in ipſis Eccleſiis, ſeu Monaſteriis fuerint ſubrogandi. *Obtinentes autem beneficia ſimplicia, quibus cura non imminet animarum, quorum ad tenendum ſocium non ſufficiunt facultates; ſi propinqua ſint Eccleſiis, vel Monaſteriis à quibus illa dependent, in dictis Eccleſiis, vel Monaſteriis reſidentiam facere compellantur, & habeant de proventibus dictorum ſuorum beneficiorum expenſas, quas in victualibus in ipſis Eccleſiis*, vel Monaſteriis reſidendo, faciant illi, vel illis exſolvi, qui in dictis Eccleſijs, ſeu Monaſteriis victualia Canonicis miniſtrare tenerentur; dummodò ad hoc redditus beneficij hujuſmodi obtinentis ſufficere dignoſcantur. Quod ſi hujuſmodi beneficia ſimplicia longè diſtant ab Eccleſiis, ſeu Monaſteriis quibus ſubſunt, & in Prioratibus, & adminiſtrationibus Canonici reſidentibus conſueverint, quæ ſint propinqua modo præmiſſo, cum ſatisfactione ſimili expenſarum, obtinentes hujuſmodi beneficia, ſeù adminiſtratores eorum ad reſidendum in dictis Prioratibus, ſeù adminiſtrationibus deputentur, niſi per fundatores hujuſmodi beneficiorum aliter fuerit ordinatum, cui ordinationi per hoc non intendimus derogare. Super diſtantia verò, ſeù propinquitate beneficiorum hujuſmodi, ſtetur arbitrio annalis Capituli, ejuſque in hoc deliberatio obſervetur. Quod ſi dicta beneficia ſimplicia tam ab Eccleſiis, quàm Monaſteriis, vel ab eorum Prioratibus, ſeu adminiſtrationibus ſint remota, per dictum annale Capitulum ordinetur, ubi tales debeant reſidere, proviſo tamèn, quòd Divinus cultus exerceatur debitè in beneficiis memoratis.

Ubi duodecim Canonici, Miſſa, & hora in cantu.

Canonici autem in hujuſmodi Prioratibus, ſeù Adminiſtrationibus commorantes, in Eccleſia horis congruis, cum dictis Prioribus, ſeù Adminiſtratoribus ſimùl interſint, Canonicas horas dicant, in Miſſis celebrandis ſuas hebdomadas ordinatè teneant, & in loco vbi duodecim fuerint, vel plures, una per eos miſſa ad minùs cum nota, die qualibet celebretur, & horæ Canonicæ cum nota dicantur. Dicti quoque Canonici Priorum, & Adminiſtratorum prædictorum in vna Domo communi regulariter jaceant camerulis, & cellulis eis penitùs inter dictis. In una etiam Domo veſcantur. Prior inſuper, & Adminiſtrator, & Canonici; niſi infirmitas, vel alia evidens ratio interdum aliud ſuaſerint faciendum, in veſtitu etiam, & uſura, à communi Eccleſiæ, Monaſterii, ſive loci, cui ſubjiciuntur inſtitutione, vel debita obſervantia non recedant, ac ſuo proprio Priori, vel adminiſtratori, juxtà ordinationem Prælati ſui, vel Superioribus obediant humiliter, & devotè. Et ſi aliquando dictos Canonicos in Prioratibus, ſeu adminiſtrationibus mori, aut fugitivos fieri forſan continget, Priores, ſeu Adminiſtratores prædicti diem mortis, aut fugæ ſeù receſſus ipſorum Prælatis, aut eorum Superioribus, ut in Eccleſiis ſeu Monaſteriis eorum principalibus, pro defunctis eorum conſueta fiant ſuffragia, ſeu fugitivos revocare, vel in Prioratibus, ſeu adminiſtrationibus alios loco eorum ſubrogare valeant, quàm citiùs commodè poterunt, intimare per ſuas litteras teneantur. Quod ſi Priores, ſeù Adminiſtratores præ-

dicti

Digitized by Google

dicti, diem obitus, aut fugæ ſive receſſus hujuſmodi, Prælatis ſuisve Superioribus ſignificare diſtulerint, tertiam partem illorum quæ Canonicus expendiſſet, ſi non fuiſſet mortuus, vel in fuga pro pitantia Capituli, vel Conventus Eccleſiæ, Monaſterii, vel loci principalis ſolvere teneantur. Inſuper Canonici prædicti, non ſoli, ſed honeſtè aſſociati, & cum habitu decedenti incedant, nec in Villis, in quibus Prioratus, ſeù adminiſtrationes hujuſmodi fuerint comedere, vel bibere, aut ingredi Domos præſumant; niſi eum honeſtis perſonis, & tunc de ſui Prioris ſeu adminiſtratoris licentia ſpeciali. Qui verò contrarium fecerint Regulari ſubjaceant diſciplinæ. Ut autem hæc efficacius obſerventur, Antiſtites, Abbates, & cæteri in eorundem Canonicorum Superiores, necnon alii, qui ad viſitandum per eos fuerint deputati, quum Prioratus, & adminiſtrationes hujuſmodi viſitabunt, circa illa ſervanda, & non ſervata corrigenda curam habeant diligentem.

Præcipimus, quòd Canonici Religionis præfatæ, qualiacunque in ipſa Religione auctoritate Sedis Apoſtolicæ, vel Legatorum ipſius beneficia obtinentes, obediant Superioribus ſuis Religionis ejuſdem, ipſorumque ſubſint correptionibus, ordinationibus, punitionibus, & ſtatutis, ac beneficiis hujuſmodi ex cauſis rationabilibus privari, & ab illis ammoveri poſſint, quemadmodum poſſent ſi foret per Superiores ſuos de ipſis beneficiis eis proviſum. *Beneficiati.*

Quum expediat infirmis de domo, ſeu loco congruo provideri, ſtatuimus, quòd in Eccleſiis, Monaſteriis, & locis aliis conventualibus religionis ejuſdem, in quibus certa domus ſeu locus deputata, vel deputatus non fuerit pro infirmis, hii ad quos id pertinuerit, quibus ad hoc ſuppetent facultates, domum ſeu locum hujuſmodi ſufficientem juxta ſtatum, & facultates, locorum, quantocujus commodè fieri poterit deputare, ſeu conſtruere teneantur, eiſdem infirmis ſufficienter de lectis, victualibus, ſervitore, Medici, & rebus medicinalibus, & aliis quibuslibet neceſſariis providendo, ad quæ peragenda & complenda, per Superiores ſuos immediatos, & per Præſidentes, ac Viſitatores, & eorum quemlibet auctoritate Apoſtolica per Cenſuram Ecclæſiaſticam, & alia opportuna remedia compellantur. Vbi autem adminiſtratores eorum qui ad præmiſſa tenentur, ſufficientes ad ea peragenda non habuerint facultates in annali capitulo per ipſum capitulum, vel majorem partem ipſius auctoritate Apoſtolica ordinetur, quòd adminiſtratores hujuſmodi, ſufficientes ad hoc reddantur per aſſignationes penſionum, prout infra in alio caſu ſub rubrica de victualibus, & aliis miniſtrandis. *Locus Infirmariæ.*

Quum ſit conſonum rationi, ut obtinentes beneficia, ipſorum onera debeant ſupportare, ſtatuimus, quòd in Monaſteriis, Prioratibus, & aliis beneficis quibuſcunque religionis ejuſdem, perſonis quibuſcunque extra præfatam religionem cujuſcunque ſint dignitatis, gradus ſeu præheminentiæ (etiam ſi fuerint S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales] collatis ſeu commendatis, vel ſeu de cætero conferendis, vel commendandis, tot Canonici teneantur, quot in eis tenerentur ſi per Canonicos regulares Monaſteria, Prioratus, & beneficia hujuſmodi regerentur. Et quòd nihilominus Canonico in eiſdem Monaſteriis, Prioratibus, & beneficiis committatur, id quòd ſupra, vel circa alios Canonicos inibi reſidentes, haberet exercere adminiſtrator Canonicus, ſi præeſſet eiſdem, quantum ad ea quæ pertinent ad regulam ſeu diſciplinam, vel obſervantiam regularem: & quòd quilibet prædictorum, huiuſmodi Monaſteria, Prioratus, & Beneficia quomodolibet obtinentes, ad procurationes & alia quælibet onera ipſis Monaſteriis, Prioratibus, & Beneficiis incumbentia ſupportanda, perſolvenda, & reddenda integrè ſint aſtricti, quodque ad hæc & alia ſupradicta, auctoritate Apoſtolica per cenſuram Eccleſiaſticā, & alias compelli valeant per capitulorum provincialium Præſidentes, & quemlibet eorundem, prout per Superiores ſuos poſſent, & deberent compelli Canonici regulares ſi præeſſent Monaſteriis, Prioratibus, & Beneficiis memoratis, niſi fuerint S. Romanæ Eccleſię Cardinales, quos nolumus talium compulſionibus ſubiacere. *Numerus Canonicorum.* *Commendatarii.*

Prohi-

Digitized by Google

Vetantur Animalia, ac Sæculares.

Prohibemus nè Canonici regulares, in Eccleſiiis Cathedralibus, Monaſteriis, ſeu loci, aliis, conventualibus religionis eiuſdem teneant, aut nutriant æquos, ſeu alias evectiones, neve familiares ſeu ſervitores habeant ſęculares [niſi ratione dignatum officiorum, vel adminiſtrationum ſuarum quæ geſſerint, id eis permiſſum fore noſcatur.] In infirmitorio tamen, & coquina Monaſterii ſeu Prioratus, & aliis officiis atque ſervitiis aliis communibus, poſſint tenere ſæculares ſervitores honeſtos; ſi & prout in Eccleſiis, ſeu Monaſteriis, & aliis locis prædictis fuerit hactenùs rationabilitèr obſervatum non in exceſſivo, ſed moderato numero, juxtà arbitrium Prælati immediati. Servitores autem ſæculares huiuſmodi, quantò minùs fieri poterit cum Canonicis converſentur, neque cum eis in communi comedant, neque bibant, etiamſi Presbyteri fuerint, vel Clerici ſæculares (niſi fortè tales forent Presbyteri, vel alii ſacris ordinibus conſtituti, qui eſſent inibi perpetui, & cum Canonis etiam in Refectorio comedere aſſueti) & tunc à Canonicis ſedeant ſegregati cum habitu conſueto, & etiam honoſto, ſe eiſdem Canonicis in ſilentio, & obſervantiis aliis honeſtis, quamdiù cum eis fuerint conformantes, quibus provideatur juxtà morem inibi raiionabilitèr obſervatum. Etſi Presbyteri, ſeù Sæculares Clerici prædicti perpetui infrà Eccleſiarum, ſeù Monaſteriorum ſepta deliquerint, ſeu exceſſerint in levibus per ademptionem partis pitantiæ, ſeu portionis, quam fuiſſent aliàs percepturi per immediatum Prælatum Regularem loci, undè ſumunt prædicta, vel per illum, qui inibi poterit, Regularibus diſciplinis poſſint corrigi, ac puniri. Caveant inſupèr Abbates, Præpoſiti Priores, & cæteri quicumque ipſius Religionis, nè lautis conviviis, & comeſſationibus occupentur, nec in hiis ſumptus immoderatos faciant, vel aliàs etiam exceſſivos à familiarium quoquam ſervitorum, aut ſequentium fieri permittant, nec non à rerum, ſeu veſtium multitudine indecenti, & exceſſiva, ubique diligenter ſtudeant abſtinere, & honeſtè, ac laudabilitèr converſari. Dicti quoque Abbates, necnon Præpoſiti, Priores, cęterique Adminiſtratores, & Profeſſores alii Religionis ejuſdem, extrà loca ſua proficiſcentes aſſociati incedant, prout ipſorum congruit honeſtati, & ubi Canonicorum numerus ſufficiens fuerit, & ad hoc etiam ſuppetent facultates, Abbates, & alii Prælati ſaltèm Religionis ſuæ duos ſocios ſecum ducant, Præſidentes autem Capitulis provincialibus, ac Viſitatores per ipſa Capitula deputati, necnon Prælati alii Religionis ejuſdem quoad ſuos ſubditos attenté provideant, quòd præmiſſa diligentiùs obſerventur, tranſgreſſores arguendo, & prout expediens fuerit puniendo.

Ad Ordinès promovendis.

Præſentium auctoritate ſtatuimus, quòd Canonici Beneficia ſimplicia obtinentes, & alii Beneficiati Religionis ejuſdem, ad mandatum Prælati ſui infrà terminum per eum præfigendum ejſdem, ſe faciant ad ordines quoslibet promoveri, niſi eos cauſa rationabilis, quam ipſi Pręlato infrà dictum terminum exponere habeant, excuſaret, quòd ſi non fecerint, Beneficiati eo ipſo ab obtentis Beneficiis ſuſpenſi; Non Beneficiati verò ad Beneficia obtinenda, ſint, & remaneant inhabiles, donec promoti fuerint ad Ordines ſupradictos, quodque Prioratus curam Animarum habentes, & alia Beneficia curata, quorum Prioratuum, & Beneficiorum cura per perpetuos Vicarios exercetur committi nequeant, vel conferri, niſi eis, qui vigeſimum annum computandum à tempore collationis, ſeu commiſſionis ſibi factæ de eis, & poſſeſſionis adeptæ, vel infrà vigeſimum quintum ætatis ſuæ annum, ſi antè annum ipſum Prioratus, ſeu Beneficia hujuſmodi eis collata fuerint, ſeu commiſſa, ſe faciant ad Sacerdotium promoveri. Prioratus quoque Conventuales, Dignitates, Perſonatus, Officia, ſeu Adminiſtrationes, videlicèt Sacriſtia, Theſauraria, Eleemoſynaria, Operaria, Càmeraria, & ſimilia, quæ in Eccleſiis, & aliis locis conventualibus, ſeu collegiatis dictæ Religionis officia, ſeu adminiſtrationes, & Beneficia fuerint, etiamſi eiſdem officiis, ſeu adminiſtrationibus Animarum cura nullatenùs ſit annexa alicui, niſi vigeſimumquintum annum attigerit, conferri nequeant, aut committi. Et qui Prioratus, Dignitates, Perſonatus, Officia, ſeu Adminiſtrationes hujuſmodi obtinuerint infrà tem-

pus

pus collationis, ſeù commiſſionis eis factæ de ipſis, & adeptæ poſſeſſionis eorum ſe faciant ad Sacerdotium promoveri, vel ſaltem ad ordinem, quem Dignitates, Officia, vel Adminiſtrationes obtentæ requirent de Jure, conſuetudine, ſeu ſtatuto, nec contra a quoquam valeat diſpenſari. Nos inſupèr commiſſiones, ſeu collationes factas contra præmiſſa, decernimus forè irritas, & inanes. Hi quoq; qui juxtà præmiſſa ceſſante cauſa rationabili ad Ordines promoti non fuerint, ſint Prioratibus, Dignitatibus, Perſonatibus, Officiis, Adminiſtrationibus, & Beneficiis prædictis eo ipſo privati, quæ ipſis iterùm ea vice nullatenùs conferantur. Noſtræ verò intentionis exiſtit, quòd præſens Conſtitutio quantùm ad ea, quæ de recipiendis Ordinibus per Priores,& alios Beneficiatos præmiſimus, illos etiam poſt duos menſes a die publicationis præſentium Conſtitutionum in eorum annali Capitulo factæ conſtringat, & eos etiam, qui in præſenti talia Beneficia obtinent, vel dictę publicationis tempore obtinebunt, dummodò ætatis legitimæ ſint effecti. Alioquin quùm ad ætatem legitimam pervenerint ad recipiendum ſecundùm pręmiſſa dictos Ordines ſint aſtricti, niſi foret aliud Canonicum, quod eos ab hujuſmodi ſuſceptione Ordinum excuſaret.

Veſtium decentia. Dignum fore cenſentes, ut Canonici Religionis præfatæ non ſolum morum, & vitæ, ſed etiam habitus, & veſtimentorum refulgeant honeſtate, diſtrictius inhibemus, ne dicti Canonici extra ſepta Eccleſiarum, Monaſteriorum, ſeu locorum ſuorum proficiſcentes, portent alias veſtes ſuper habitum, quàm cappas, ſeu mantellos honeſtos, vel rodondellos, ſeu elochias talares, vel circa, juxtà uſum, vel conſuetudinem laudabilem Eccleſiarum, Monaſteriorum, & locorum ſuorum, uſum ſeù verius abuſum manticarum, ſeu thabardorum, necnon rodondellorum, vel elochiarum notabilem habentium brevitatem, eiſdem Canonicis penitùs prohibentes. Præcipimus quoque, quòd in Eccleſiis, Monaſteriis, & aliis locis Religionis præfatæ, in quibus Canonici Cappas à parte anteriori apertas de panno laneo conſuevere deferre, quę in quibuſdam locis Cappæ de Choro, ſeu Cappella vulgaritèr nuncupantur, ipſas honeſtas non nimia longitudine, vel brevitate notandas portare debeant, locis, & temporibus conſuetis. Deferant etiam Cappas hujuſmodi à feſto omnium Sanctorum uſque ad feſtum Paſchę, infrà ſepta quarumcumque Cathedralium Eccleſiarum Religionis ejuſdem, ac Monaſteriorum, & aliorum locorum immediatos Superiores ipſius Religionis non habentium, in quibus Monaſteriis, ſivè locis fuerit duodenarius Canonicorum numerus (licet hactenùs ipſas ibidem non conſueverint deportare). Sanè infrà Eccleſias, Clauſtrum, Capitulum, Refectorium, ac Dormitorium, non Caputiis, ſed Almutiis honeſtis utantur. Caputia verò ſi ea per ipſos extrà loca prædicta deferri contigerit, ſint honeſta, & illa, quæ cum Cappis, Mantellis, Elochiis, ſeu Rodondellis portaverint, unius cum eis, & ejuſdem coloris exiſtat (niſi ex privilegio, aut iuſtitutione laudabili Caputia certi coloris, aut formæ, eſſent conſueti portare) Almutiæ autem ſi de panno fuerint illius, cujus Cappæ eſſe debent coloris exiſtant. Per hoc autem, non liceat portare Caputia, vel Rodondellos, ſeu Elochias eis, quibus aliàs portare licitum non exiſtit. Prohibemus etiam, nè dicti Canonici de cætero ferant forcaturas de ventribus Variorum, aut Squirolorum cum Dorſis permixtis, ſed ſint de Civilibus ſimplicibus, vel Albis, vel Nigris, aut Griſeis. Præcipimus etiam, quòd Canonici dictæ Religionis infrà Eccleſias, & Clauſtra locorum Cathedralium ipſius Religionis, & alibi conventualitèr incedentes, portent Superpellicia magna, & ampla, juxtà cujuslibet Eccleſiæ conſuetudinem rationabilem, quæ in longitudine manicarum ultrà manum quatuor digitis tranſverſalibus, vel circà, & ultrà modiam Tibiam, vel circà in ſui longitudine protendantur. Extrà Eccleſias verò Clauſtra,& loca prædicta,& ubiq; ſub Cappis, Rodondellis, ſeu Elochiis, vel Mantellis in locis debitis uti poſſint ſuperpelliciis, quorum manicæ uſque ad palmum in latitudine, vel circa, & eorum longitudo uſque ad mediam Tibiam vel circa protendantur. Per hoc autem nolumus derogare conſuetudini quorundam locorum, quæ ab antiquo, vel ab inſtitutione

Cappa de Cappella.

Almutia.

Pelles.

tione habent uſum ſuperpelliciorum ad formam roehetorum, ſeu camiſiarum Romanum (proviſo tamen quòd minoris longitudinis ſuperpellicia hujuſmodi non exiſtant, & adeo manicas longas habeant, quòd eis brachia uſque ad pugnum valeant cooperiri) per formas autem hujuſmodi ſuperpelliciorum, alias formas longiores, & honeſtiores ſuperpelliciorum & habituum, non intendimus prohibere, nec circa eas aliquid innovare.

Statuimus inſuper, quòd Canonici dictæ Religionis cappis, & veſtibus albi, blavi, nigri, ſeu quaſi nigri coloris dumtaxat utantur, quodque illi qui altero tantum de dictis coloribus uti conſueverunt ſeu tenentur, non poſſint ad alium portandum, ſeu aſſumendum aliquatenus ſe transferre (niſi ad album dumtaxat) Veſtis quoque ſuperior habitui proxima ſit, rotonda per circuitum, & non ſiſa, nec longitudine nimia, aut brevitate notanda. Ab eiſdem quoque Canonicis in eorum veſtibus ligatæ manicæ non portentur, nec in apparenti conſuticiæ, vel quomodolibet botonatæ. In Cathedralibus autem Eccleſiis Antiſtites, ſæu Præpoſiti, Priores, ſeu alii majores in illis poſt ipſos Antiſtites exiſtentes, ac in Monaſteriis Abbates, Præpoſiti, Priores ſeu alli, non habentes ſuperiores Religionis ejuſdem, ſic aliam formam honeſtam veſtium, & calciementorum ordinent, & diſponant, quòd ſit in colore ſaltim omnibus Canonicis ejuſdem Eccleſiæ, ſeù Monaſterii tàm extrinſecus, quàm intrinſecus uniformis, ipſamque tàm Abbates, quàm Præpoſiti, Priores, & Adminiſtratores, ac cæteri quicumquæ Canonici, & alii per proprios eorum Antiſtites, vel Abbates, ſeu alios, Abbates verò, & cœteri Prælati Superiores proprios ejuſdem Religionis non habentes, per Præſidentes provincialibus Capitulis, ſeu per quemlibet eorum, ac per Viſitatores in ipſis Capitulis deputandos, tenere, & ſervare cogantur. Qui verò veſtem, vel habitum, contra ordinationem præſentis Conſtitutionis deferre præſumpſerit, per dictos Superiores, vel per Præſidentes, ſive per Viſitatores, ſeu eorum quemlibet ſic debitè puniatur, quòd cæteri à ſimilibus arceantur, & nihilominùs ab eo auferatur veſtis prohibita pauperibus eroganda. Et ſi infra ſpatium quindecim dierum à tempore monitionis, ſcù præcepti ſibi facti computandum, veſtem, vel habitum hujuſmodi, non dimiſerit cum effectu, vel ablationi prædictæ reſtiterit, ſi beneficiatus fuerit, per quatuor menſium ſpatium ab adminiſtratione temporalium ſit ſuſpenſus, non beneficiatus verò, dicto tempore ſit inhabilis ad Eccleſiaſticum beneficium obtinendum quodcunque. Qui autem exhibens ſe in publico habitum [ſuperindumenta ſcilicèt linea] temerè occultaverit, ſi monitùs emendare noluerit, juxtà præmiſſam perſonarum diſtinctionem, dictas ſuſpenſionis, & inhabilitatis pœnas per idem tempus incurrat. Injungimus inſuper Præſidentibus Viſitatoribus, & Prælatis aliis Religionis prædictæ, ut contra tranſgreſſores eorum, quæ circa honeſtatem veſtium, & habitus ſuperius ſunt ſtatuta prout ad eos, & eorum quemlibet pertinuerit monitionem prædictam [quum tranſgreſſio eis nota fuerit] facere, non omittant. Et nihilominùs Præſidentes, & Viſitatores prædicti, monere teneantur Abbates Præpoſitos, & alios ad quos id pertinuerit Religionis prædictæ, ut præmiſſæ quæ, ut prædictum eſt circa honeſtatem veſtium, & habitus ſunt ſtatuta ſervent, & faciant ab aliis ſub dictis pœnis diligentiùs obſervari.

Licentia ab exeuntibus.

Ut in Religione prædicta vitetur diſſolutio, & obedientia teneatur, diſtrictiùs inhibemus, ne quivis Canonicus dictæ Religionis de Eccleſia, Monaſterio, vel loco ſuo Conventuali exeat, niſi primitùs obtenta licentia ab eo, qui eam valeat impartire, quavis conſuetudine contraria non obſtante, quodque cauſam ſui exitus veraciter, & abſque fictione exponat ei à quo erit licentia obtinenda. Qui verò hujuſmodi licentiam conceſſerit, Canonicis clauſtralibus nullam adminiſtrationem, vel beneficium obtinentibus, terminum redeundi quanto convenientiùs poterit breviorem aſſignet. Sanè adminiſtratoribus, & beneficiatis, qui habent reſidere in clauſtro, poſſit dari licentia ſine præfixione termini, ſi hoc concedenti viſum fuerit expedire. Si quis autem exiverit extra Eccleſiam, Mo-

Monaſte-

naſterium, ſeù locum alium Conventualem ſine licentia, vel in termino aſſignato juſta cauſa ceſſante, non redierit pœna, quæ in tali caſu per ſtatuta, vel conſuetudines ejuſdem Eccleſiæ, vel Monaſterii, ſeù alterius loci infligenda fuerit infligatur eidem. Et ſi ſuper hoc ſtatutum, vel conſuetudo aliqua non exiſtit, pœna, quæ ſequitur infligatur; videlicèt, quòd ille qui infra novem dies poſt exitum, ſeù terminum prædictos redierit, ultimus ſtet in choro, & ſecunda, quarta, & ſexta feriis ejuſdem ſeptimanæ, in Pane, & Aqua jejunet. Illi verò, qui infrà hujuſmodi novem dies non redierint pœna, quæ ſequitur, imponatur, videlicèt, quòd à Porta Regulari, Parlatorio, ſeu alio loco decenti per Clauſtrum, cum Magiſtro Novitiorum, vel alio ad hoc deputato ad Capitulum veniant, Camiſiam, Fœmoralia, & Caligas tantùm habentes, ſuperpellicium in brachiis, ac ferulam, ſeu Virgam in manibus ſuis ferentes, cum quibus in dicto Capitulo venia priùs recepta, & recognita culpa ſua coràm omnibus verberentur, & nihilominùs alia pœnitentia, ſivè pœnæ pro qualitate demeriti imponatur eiſdem ſecundùm arbitrium imponentis. Quod ſi ſine ſcandalo hujuſmodi pœna imponi non poſſet, in pœnam aliam ſecundùm ſui Prælati arbitrium de proborum, & ſeniorum Conventus conſilio commutetur, quàm in dicti Conventus præſentia facere teneantur, proviſo attentiùs, quòd menſuram peccati correctionis inflictio, non excedat. Simili quoque, vel alia condigna pœna puniantur Canonici in Prioratibus, ſeu adminiſtrationibus aliis externis aſſignati, qui ſine licentia Priorum, ſeu Adminiſtratorum eorumdem, de ipſis Prioratibus, ſeu Adminiſtrationibus recedentes fuerint evagati, vel in termino, non redierint aſſignato. Si autem de dictis Prioratibus, ſeu Adminiſtrationibus ad Clauſtrum, ſeu Prælatum ſuum à ſuis Prioribus, ſeu Adminiſtratoribus, licentia non petita, vel petita, & non obtenta veniunt, eidem Prælato, ſeu Superiori ſuo cauſam ſui adventus ſtatim exponant, qui Prælatus, ſeu Superior, an cauſa hujuſmodi rationabilis, & vera fuerit arbitrentur, etſi cauſam minùs rationabilem, ſeu falſam eſſe repererit, vel ſi hujuſmodi venientes nullam cauſam ei expoſuerint, aut licentiam non petierint per Prælatum, aut Superiorem, prout his viſum fuerit expediens, puniatur. Nullus quoque Canonicus pernoctaturus extrà Eccleſiam, Monaſterium, vel alium locum ſuum abire ſinè Breviario permittatur, in quo penſum ſervitutis ſuæ dicendo Horas Canonicas poſſit ſolvere Creatori.

Perpetuò prohibemus Edicto, nè Civitas, Caſtrum, Villa, vel Feudum notabile, aut Juriſdictio alicujus ipſorum, vel Grangia, ſeu Locus, Territorium, ſivè magnus poſſeſſionum, vel Terrarum numerus vendi, vel etiam principalitèr, & expreſsè obligari, vel Monaſterium, ſeù Prioratus, aut Eccleſia Religionis prefatæ in alium transferri valeant, per quoſcumque, etiam in caſu aliàs à Jure conceſſo, abſque licentia Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, omnem venditionem, obligationem, & translationem de præmiſſis, & contrà hæc factam irritam decernendo, ac nihilominùs quilibet Capitulis provincialibus præſidentium, ac Viſitatorum, alienationes hujuſmodi eaſdem, ac conſentientes eiſdem Sedi Apoſtolicæ, ſi exempti fuerint, alioquin Ordinariis, ſeu Diœceſanis ipſorum intimare per ſcripturam auctenticam, vel litteras eorum ſigillis munitas, quàm citiùs commodè poterunt, teneantur. *Alienatio.*

Multis fraudibus, atque dolis, quæ per nonnullos Religionis ejuſdem, in damnum, & præjudicium Eccleſiarum, Prioratuum, & aliorum locorum, prout experientia docuit committuntur, opportunis obviare remediis quantum cum Deo poſſumus ſalubritèr cupientes, hoc conſulto Edicto prohibemus, nè Abbates Præpoſiti, ac Priores, vel quivis Adminiſtratores, & alii Canonici, ſeu Converſi Religionis ejuſdem, prætextu Religionum, vel negociorum, quæ gerunt fraudulentos, vel doloſos, aut ſimulatos, vel fictos contractus inire, vel mutua, ſimulata, vel ficta ſuſcipere, ſivè proprio, ſivè fideiuſſorio, vel quovis alio nomine alieno, nevè etiam confiteri in Inſtrumentis publicis, vel auctenticis, aliiſvè ſcripturis ſe à Patre, Fratre, Nepote, vel Conſanguineo, ſeu quolibet alio con- *Ficti contractus.*

Q junctò

juncto Affine familiari, ſervitio, amico, ſeù mercatore recepiſſe mutuo, vel aliàs, Pecuniam, Pannos, Bladum, Vinum, Equos, Boves, ſivè Animalia alia, vel res, ſeu alia bona, eaque in utilitatem locorum, quibus præſident, vel adminiſtrationum, quas gerunt fuiſſe converſa, nec tamen, nec pro ſe, ſeù locis eorum, neque pro adminiſtrationibus ſuis ipſa receperint quoquo modo præſumant. Similitèr etiam prohibemus nè fingant, ſeu ponant, vel ſcribant ſe fore principales debitores, nevè, ut tales ſe obligent, ubi re vera non principales, ſed fidejuſſores exiſtunt, nevè in talibus contractibus, ut præfertur ſimulatè conceptis, ſe, ac alios ſuo nomine, locaque ipſa, poſſeſſiones, redditus, proventus, bona, & jura locorum obligent, vel ſubmittant, neque in fraudem, ſeu doloſè confiteantur, vel alios præſertim debitores eorum faciant confiteri, ſeu etiam obligari, vel ſupèr hiis Inſtrumenta, vel autenticas, ſeu alias ſcripturas in fraudem confici, continentia, quod Jura, Redditus, Poſſeſſiones, Animalia, Blada, Pecuniam, ſeu alia bona ad ipſos, vel Monaſteria, ſeu quævis alia bona ipſius Religionis pertinentia, ſeu debita fuerunt, ſunt, vel eſſe debent, Patris, Matris, ſeu Fratris eorum, vel aliarum perſonarum prædictarum, & ad ipſas perſonas pertinere, vel debita eis fore, vel alios quoſcumque contractus ſimiles fraudulentèr, & doloſè confici faciant, vel fieri procurent, per quos Eccleſiæ, Monaſteria, & alia loca Religionis ipſius, quibus præſunt, ac Jura, Reditus, Poſſeſſiones, ſeu alia loca ipſorum damnificari, gravari, obligari, vel aliàs impediri, ſeu deperire valeant quovis modo. Nos autem omnes prænominatos in grave, & enorme præjudicium adminiſtrationum ſuarum talia committentes, vel fieri facientes, aut eis conſentientes, pratèr alias pœnas Juris (niſi infrà duorum menſium ſpatium à tempore contractus, ſeu commiſſi hujuſmodi numerandum, ea quantum eis poſſibile fuerit tolli fecerint, & Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, adminiſtrationes, & loca prædicta reddiderint, ſeu reddi fecerint indemnia, ſeu à talibus diſpendiis liberarint, excommunicationis ſententiæ eo ipſo decernimus ſubjacere. Quòd ſi fortè præmiſſa effectualitèr non poterint revocare, teneantur infrà alios duos menſes, illos duos immediatè ſequentes, ea ſuis Superioribus revelare, quòd ſi non fecerint, ſententiam excommunicationis incurrant, & aliàs pro dictis exceſſibus debitè puniantur, talitèr, quòd cedat cæteris in exemplum. Poſſint autem Præſidentes, & Viſitatores in provincialibus Capitulis deputati, & eorum quilibet Abbates, alioſque quoſcumque Prælatos, ac Adminiſtratores nob habentes Superiores Religionis ejuſdem, qui hujuſmodi ſententiam excommunicationis incurrerint, ſatisfactione præmiſſa abſolvete, & ſecum ſuper Irregularitate ſi per ſimplicitatem, & Juris ignorantiam (non tamen in contemptum clavium) divina celebraverint, vel ſe ingeſſerint eiſdem indè contracta miſericorditèr diſpenſare; cæteros verò conſimilitèr abſolvere, & cum eis in ſimilibus caſibus diſpenſare valeant immediati Superiores eorum.

Mutua. Monaſteriorum, & locorum Religionis ejuſdem diſpendiis, quæ ex mutuorum contractu plerumque preveniunt præcavere conſultiùs intendenres, ſtatuimus, quòd Abbas, Præpoſitus, Prior, ſeu quivis alius [etiam Apoſtolicæ Sedis Notarius] Religionis ejuſdem, quùm per ipſum fuerit mutuum ſuſcipiendum ultrà ſummam communi providentia per annale Capitulum, ſeu majorem partem ipſius taxandam infraſcriptam ſolemnitatem obſervet, videlicèt, ut quilibet de prædictis Superiorem ejuſdem Religionis non habens, qui habebit recipere mutuum ſupra dictum contractatum, ad minùs conſilium duorum dierum non continuatorum, ſed interpollatorum cum Capitulo, ſeu Conventu ſuo diligentem habeat, & maturum. Et nihilominùs de conſenſu ſui Capituli, vel Conventus mutuum hujuſmodi recipiatur ab eo. In Monaſterio verò Prioratu, & adminiſtratione conventuali, vel non conventuali Superiorem immediatum in eadem Religione habente; in Conventuali videlicèt, cum Conventu Superioris Eccleſiæ, Monaſterii, ſivè loci, tractatus hujuſmodi habeatur. Et nihilominùs in utroque licentia, ſeu auctoritas interveniat dicti Superioris quocumque nomine cenſeatur, eo pleoè certifi-

Prothonotharii Apoſtolici.

certificato in quantùm commodè fieri poterit de omnibus, quæ intervenire debent in tractatu præfato, in quo quidem agatur, & clarè liqueat, ob quam cauſam cujusvè ſummæ, etſi fieri poteſt, à quibus creditoribus, & ſub quibus conditionibus, & obligationibus, quibusvè terminis ſolvendum ſuſcipiatur mutuum ſæpedictum, de his nihilominùs auctentica conficienda ſcriptura, in qua ea omnia, ac nomina illorum, qui interfuerint in tractatu, ac etiam conſentientium, & auctorizantium exprimantur, & ipſorum auctorizantium ſigilla ſcripturæ hujuſmodi apponantur. Prohibemus inſupèr, nè prætextu alicujus procuræ generalis, etiamſi contineatur in ea, quòd Procurator mutuum poſſit recipere, aut obligare Eccleſiam, Monaſterium, vel alium locum, mutuum recipere valeat Eccleſia, Monaſterium, vel locus alius obligarj, niſi priùs prædicta omnia fuerint obſervata. Volumus autem, quòd pecuniam, quæ talitèr, ut præmittitur mutuo recipietur, non remaneat in ſolius Antiſtitis, ſeu Abbatis, vel Prioris, aut alterius Adminiſtratoris hujuſmodi contractum ineuntis principalitèr poteſtate; ſed ſi commodè fieri poteſt, tradatur tribus, ſeu pluribus, aut paucioribus Viris, prout expediens videbitur providis, & diſcretis, qui dictum mutuum ad illas utilitates, ſeu neceſſitates convertant, ob quas noſcitur fuiſſe contractum, qui ſupèr hoc fidelitèr exequendo Juramenti vinculo aſtringantur, diſtrictiùs inhibentes, nè eorum, quæ debentur Eccleſiis, Monaſteriis, ſeu locis aliis Religionis ejuſdem, remiſſio fraudulosa, & notabilitèr damnoſa à quoque valeat attemptari. Permittimus tamen, quòd ſi Antiſtes, vel Abbas, aut alii quicumque Adminiſtratores Religionis ejuſdem à locis aliis dictæ Religionis, quibus ſubſunt ſint multùm remota, & caſus aliquis evidentèr utilis, ſeu neceſſarius occurrat, cui ſuccurri non valeat, niſi ultrà dictam ſummam communi providentia taxatam mutuum contrahatur, licitum ſit eiſdem abſque ſolemnitate hujuſmodi, & pœnis infraſcriptis, ut tali caſui valeat provideri, tantam abſque fraude qualibet ſummam recipere mutuo, quanta neceſſaria fuerit pro caſu pręfato. Recipientes autem mutuum in caſu hujuſmodi, ſi Superiores ejuſdem Religionis non habuerint in Conventibus propriis, ſi verò Superiores tales habuerint eiſdem Superioribus, & nihilominùs ſuis Conventibus ſi conventum habeant infrà octo dies poſtquàm eorum præſentiam habere commodè poterunt id exponere, & de hiis, qui in ipſo contractu intervenerunt eos certiores reddere teneantur, & conficiatur indè ſcriptura ſi ipſis Superioribus, vel Conventibus viſum fuerit expedire. Prælatus autem, ſeu quivis Adminiſtrator, qui ſemel recipit, ſivè particularitèr, ſivè ſimul ſummam prædictam, communi providentia (ut præmittitur) prætexatam, quodcumque mutuum recipiat ultrà eam, niſi eſſet modicum, quòd tamen quartam partem ejuſdem ſummæ non excedat, teneatur ſub infraſcriptis pœnis ſolemnitatem ſecundam plenariè obſervare. Quòd ſi Abbas, Præpoſitus, Prior, vel Adminiſtrator alius dictæ Religionis quocumque nomine cenſeatur, contrà præmiſſa faciens, mutuum ultrà dictam ſummam communi providentia taxatam abſque dicta ſolemnitate recipiendo locum ſibi commiſſum, aut Jura reditus, ſeu poſſeſſiones ipſius expreſsè obligaverit, vel litteras, vel Inſtrumenta conceſſionis, vel recognitionis ſupèr hoc conceſſerit, ſeu aliàs ſubmiſerit (niſi infrà ſex menſes immediatè ſequentes obligationes, & ſubmiſſiones hujuſmodi ceſſare fecerit) ſit ei extunc, donec ea complacuerit Eccleſiæ interdictus ingreſſus, & inſupèr Præpoſiti, Priores, & alii Adminiſtratores Superiorem ejuſdem Religionis, non tamen Conventum habentes, ſi præfatum Interdictum per alios ſex menſes præfatos, ſex immediatè ſequentes pertinacitèr ſubſtinuerit, ſint extunc à ſuis Adminiſtratoribus ſuſpenſi, donec obligationes prædictæ tollantur, & eorum adminiſtrationes redditæ fuerint indemnes. Suſpenſione autem hujuſmodi durante, Superiores immediati talitèr ſuſpenſorum adminiſtrationes eorum recipiant, eaſque per ſe, vel alios fidelitèr gerere, & indemnes pro poſſe reddere ſtudeant, ac nihilominùs ſuſpenſos eoſdem aliter punire, prout culpæ qualitas exegerit non omittant. Si quis autem talitèr ſuſpenſorum Superioribus ipſis in prædictis de facto contradicere præſumpſerit, & in

 contra-

contradictione hujuſmodi per octo dies pertinacitèr perſeveraverit, excommunicationis incurrat ſententiam ipſo facto, quam ſi ſubſtinuerit pertinaci animo per ſex menſes dignitate, officio, adminiſtratione, ſeu beneficio per eum obtenta, ſeu obtento privetur.

Locationes. Quoniàm ex minùs provida locatione locorum Religionis ejuſdem, ſeu conceſſione ipſorum ad firmam, proventuum locorum ipſorum plurima pertulit hactenùs dicta Religio detrimenta, ſalubri prohibemus Edicto, nè Abbates, Priores, Præpoſiti, aut cæteri Adminiſtratores Religionis ipſius ſiuè cauſa neceſſaria, vel utili, loca ſuæ adminiſtrationi commiſſa, vel proventus ipſorum locorum ad firmam trahere, ſeu locare præſumant. Quod ſi ea cauſa hujuſmodi id facere voluerint, & Capitulum, ſeu Conventum habuerint, non tamen Superiorem Religionis ejuſdem, debeant cum eodem Capitulo, ſeu Conventu præmittere tractatum de cauſa hujuſmodi, & de quantitate pretii, & ſub quibus obligationibus, & de perſona illius, cui firma, ſeu obligatio hujuſmodi fuerit facienda, ipſaque facere cum conſilio ipſius Capituli, ſeu Conventus, vel majoris partis ejuſdem. Si verò Capitulum, ſeu Conventum proprium, & nihilominùs Superiorem ejuſdem Religionis habuerint, non ſolùm cum ipſo Capitulo, ſeu Conventu, ſed etiam cum eodem Superiore dictum tractatum præhabeant, & cum conſilio Capituli, ſeu Conventus ipſorum, vel majoris partis, ac de dicti Superioris licentia, & non alitèr ad eas procedant. Si autem Priores, vel Præpoſiti, aut alii Adminiſtratores extiterint, non habentes Conventum, ſed Antiſtitem, Abbatem, vel alium Superiorem Religionis ejuſdem, tractatum prædictum cum eodem Superiore præmittant, & cum ipſius licentia, & non alitèr faciant firmam, ſeu locationem præfatam. Per hoc autem non intendimus prohibere, quominùs reditus, & proventus adminiſtrationum ſuarum locare, ſeu vendere valeant abſque ſolemnitate præmiſſa ad tempus modicum juxtà morem in Regione, in qua erunt ſolitum obſervari, ſtatutis Eccleſiarum, Monaſteriorum, vel aliorum locorum Religionis ejuſdem (ſi qua ſuper hoc fuerint) rationabilibus obſervatis. Si tamen ex hujuſmodi locatione, ſeu venditione proventuum ad tempus modicum, ut præmittitur faciendis, contingeret infrà unum annum recipi pecuniam, vel aliud quodcumque pretium proventuum rei locatæ unius anni excedens, tunc ſolemnitates præmiſſas volumus obſervari. Simili modo etiam prohibemus, nè aliquo caſu firmæ, ſeu locationes, ſeu venditiones hujuſmodi fiant per eoſdem perſonis ſuſpectis, nevè quibusvis firmariis, ſeu conductoribus, ſivè emptoribus liber originalis cenſuum, aut Inſtrumenta, ſeu monumenta originalia ſuper Juribus Eccleſiarum, vel adminiſtrationum confecta tradantur, nevè Juriſdictiones per ſe, aut cum Univerſitate, ſeu Civitates, vel Villę, vel inſignia Loca, ſeu Caſtra, vel Fortalicia locentur, ſeu ad firmam tradantur, ſivè ſub locatione, vel firma includantur. Reditus tamen, ſeu proventus Civitatum dicti Ordinis, Villarum, Locorum, Caſtrorum, & Fortaliciorum hujuſmodi, prout ſuperiùs præmittitur, vendi valeant, ſeu locari. Ubi autem occaſione firmarum, aut locationum, ſeu venditionum hujuſmodi continget perſonas, vel bona Eccleſiaſtica ipſius Religionis obligari, vel ſubmitti obligationes, & ſubmiſſiones hujuſmodi fieri volumus Eccleſiaſticæ Juriſdictioni, & cohercioni dumtaxàt, & per Eccleſiaſticam Juriſdictionem, & cohercionem executioni mandari. Firmas autem, ſeu locationes, ſeu venditiones prædictas, locorumque traditiones contrà præmiſſa factas, Inſtrumenta quoque, & quælibet documenta ſuper eis confecta, Juſtitia carere decernimus, & nullius exiſtere firmitatis. Et nihilominùs Abbates, Priores, Præpoſiti, & cęteri Adminiſtratores Superiorem Religionis ejuſdem non habentes, qui contrafecerint per Præſidentes Capitulis, vel per Viſitatores deputandos eis corrigantur. Cęteri verò per Antiſtites, Abbates, ſeu alios immediatos Superiores eorum, ſi eis viſum fuerit, in quinta parte pretii locationis, ſivè firmæ fabricæ, ſeu in ornamentis Eccleſiæ, Monaſterii, ſivè loci, cui immediatè ſuberunt applicanda, & aliàs, debitè puniantur.

Ut

Ut Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum Locorum Religionis ejuſdem bona, & Jura ſalubritèr conſerventur, ſtatuimus, quòd Præſidentes Eccleſiis Cathedralibus, Monaſteriis, Prioribus, & Adminiſtrationibus aliis quibuſcumque dictæ Religionis, quamprimùm commodè poterunt, conficiant, ſeu confici faciant regiſtra, in quibus poſſeſſiones, cenſus, jura, & cætera bona immobilia quæcumque, & qualitercumque fuerint, ad eorum adminiſtrationes ſpectantia ſigillatim, & ſpecificè deſcribantur. Fiant etiam per eoſdem Regiſtra de ornamentis Eccleſiaſticis, Vaſis, Lectis, Animalibus, & aliis rebus mobilibus, & ſemoventibus pro Agricultura, & alia inſtructione locorum neceſſariis, vel utilibus, & hujuſmodi regiſtra in locis ſubjectis aliis Superioribus Religionis ejuſdem duplicentur, quorum unum in loco ſuperiori, & reliquum in ſubjecto ſerventur. Viſitatores quoque in provincialibus Capitulis deputati, cùm viſitabunt loca ſuę viſitationi commiſſa, Prælati etiam, & alii Superiores cùm fuerit opportunum diligentèr inquirant, an res, & bona prædicta neceſſariapro inſtructione locorum teneantur iu locis eiſdem, & provideant, quòd perpetuò teneantur in eis, alirerque reperta faciant emendari, & ſecuudùm quod culpa exegerit, puniant delinquenres. Inſupèr Præſidentes præfati cùm poſſeſſiones adminiſtrationum ſuarum fuerint aſſecuti, Inventaria de bonis mobilibus, & ſemoventibus repertis in adminiſtrationibus ipſis conficiant. Hi verò, qui habent Superiores Religionis ejuſdem, hujuſmodi Inventaria faciant duplicata, quorum unum in loco ſubjecto ſervetur, & Superiori reliquum aſſignetur, ut per ea, in quo ſtatu adminiſtrationes ipſas receperint, valeat apparere. Fiant autem hujuſmodi Inventaria, & regiſtra per tabellionem, vel ſaltèm in aliarum publicarum præſentia perſonarum. Adiicimus etiam, quòd Præſidentes Eccleſiis Cathedralibus, Monaſteriis, & locis aliis dictę Religionis, qui bona mobilia, Prioratuum, adminiſtrationum, & beneficiorum quorumlibet Religionis ejuſdem, ſibi ſubjectorum vacantium in eis tempore hujuſmodi vacationis invenra, ſeu illa durante obvenientia ex privilegio, vel conſuetudine, ſeu alia cauſa rationabili ad ſe aſſerunt pertinere Vaſa, Veſtimenta, ſeu alia ornamenta divino cultui deputata, Animalia etiam tàm pro Agricultura, quàm pro aliis ipſorum locorum neceſſitatibus teneri inibi conſuera Vaſa Vinaria, & Coquinaria, lectos etiam, & alia ſupellectilia neceſſaria, ſeu Vaſa [niſi fortè aurea, vel argentea fuerint] nullatenùs occupare, vel exindè aſportare, aut ſibi appropriare præſumant. In apprehendendis quoque bonis aliis Conſtitutionem fel.record.Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri ſuper hoc æditam, quæ incipir *Præſenti*, diligentèr obſervent. Qui verò ſecùs fecerint, juxtà qualitatem delinquentium perſonarum pœnas incurrant, quæ per Conſtitutionem eandem ejus tranſgreſſoribus imponuntur.

Regiſtra, et Archivia.

Quùm ſit rationi conſonum illos non debere onera recuſare, qui rerum commoda complectuntur, ſtatuimus, quòd Antiſtites, Abbates, Præpoſiti, Archidiaconi, Priores, & Adminiſtratores cæteri Religionis præfatæ, qui Cenſus, Redditus, Penſiones, ſeu quæcumque ſimilia debent, vel debebunr impoſterùm pro alimentis quotidianis, vel pro Veſtiariis in Eccleſiis Cathedralibus, Monaſteriis, Præpoſituris, Prioratibus, Officiis, & adminiſtrationibus, ſeu aliis locis Religionis ejuſdem, ſivè in Blado, Vino, Carnibus, Oleo, Piſcibus, Pecunia, ſeu rebus aliis quibuſcumque conſiſtant, illa eis in terminis conſuetis, vel præfixis, ſeu in anteà præfigendis integrè ſolvere non omittant. Quòd ſi Priores, Præpoſiti, Archidiaconi, ac cæteri Adminiſtratores ejuſdem Religionis, ea in ipſis terminis, vel ſaltèm infrà menſem non ſolverint, requiſiti, quantùm aſcendit quarta pars illius debiti ultrà ipſum debitum nomine pœnæ ſolvere teneantur. Etſi infrà alium menſem immediatè ſequentem non ſolverint tàm pœnam, quàm etiam ipſum debitum principale, eo ipſo ſint [donec de prædictis fuerit integraliter ſatisfactum]à temporalium adminiſtratione ſuſpenſi, & Prælatus durante ſuſpenſione prædicta, miniſtret per alium temporalia beneficia illius, qui ſuſpenſionem incurrerit ſupradictam, & ſatisfaciant de prædictis. Antiſtites verò ſi poſt lapſum terminum requiſiti

Solvendum pro alimentis.

ſiti infrà duorum menſium ſpatium, a die requiſitionis hujuſmodi computandum ſatisfacere contempſerint, pœnam tertiæ partis debiti incurrant irremiſſibilitèr eo ipſo. Abbates autem, & alii Prælati Religionis ejuſdem, ſi poſt requiſitionem conſimilem infrà menſem ſatisfacere contempſerint, incurrant pœnam conſimilem ipſo facto. Etſi Abbates, & alii Prælati hujuſmodi, per alium menſem ſequentem ſolvere, non curaverint, à ſtallo Chori, & loco Capituli deputatis eiſdem, ſint ipſo facto, & tàm diù remaneant ſuſpenſi, donec integralitèr de debito, & pœna ſatisfecerint memoratis, nulla remiſſione profutura eiſdem; in prædictis tamen caſibus de principali debito ſatisfacto, Antiſtites, Abbates, & alii Prælati liberè, inferiores verò de ſuorum licentia Prælatorum, remittere valeant pœnas præfatas ab aliis, quàm à præfatis Antiſtibus, Abbatibus, & Prælatis ſibi debitas pro prædictis.

Miniſtranda victualia. Inſtitutionibus Regularibus inhęrentes, ſtatuimus, ut Canonici in Eccleſiis Cathedralibus, Monaſteriis, ſivè loci aliis Collegiatis, ſeu Conventualibus dictæ Religionis conſtituti, conſuetudine, ſeu uſu (quinimmò abuſu contrario non obſtante) in Refectorio comedant in communi, niſi in caſibus, in quibus, & prout eiſdem licitum eſt, ſeu permiſſum extrà Refectorium comedere, ſecundùm Regularia, & Canonica Inſtituta, proviſo, quod illi, quibus incumbit onus providendi de victu, Canonicis eiſdem provideant ſufficientèr, & decentèr, non in pecunia, ſed in victualibus, prout cuilibet opus erit, de qua ſufficientia, & decentia victualium tractetur, etſi expedierit, ordinetur in Capitulo annali, decernentes, quòd ſi qui reditus, vel penſiones alicui ex Canonicis ſingularitèr hactenùs pro victualibus fuerint aſſignati, nullatenùs dimittantur eidem. Nos enim aſſignationes hujuſmodi revocamus, & pro revocatis haberi volumus, & eas fieri deinceps prohibemus. Illi quoque quibus incumbit onus de veſtimentis neceſſariis dictis Canonicis providendi, eiſdem provideant ſufficientèr, & decentèr, & tempore congruo juxtà ſuppetentium facultatum, & conditionem, ſeu qualitatem regionis, & illud, quod dandum erit ſingulis pro veſtimentis, & aliis prædictis, ordinent, & taxent ſi opus fuerit in annali Capitulo memorato. Ad hæc ſubjungimus, quòd illi, qui prædicta adminiſtrare tenentur ad ea, omni excuſatione ceſſante, ut præmittitur miniſtranda per Superiores ſuos, aut in defectum eorum per Viſitatores, vel præſidentes in Capitulò provinciali deputatos, & eorum quemlibet compellantur, nec audiantur, ſi dicant privilegium, ſtatutum, ordinationem, vel conſuetudinem contraria ſe habere, aut pro ſuis perſonis, eorumque ſtatu perſonarum, & officiorum decentia ſubſtentandis, ſe aſſerant indigere, nulla quoque ſupèr hoc appellatio, nullavè ſupplicatio eis proſit. Etſi tertiò moniti per aliqua dierum competentia intervalla monentis arbitrio relinquenda, præmiſſis efficacitèr parere contempſerint, removeantur ſuis adminiſtrationibus, vel officiis, ipſaque aliis perſonis idoneis prædicta complere volentibus committantur,

Prothonotarii Apoſtolici. Abbates verò Prępoſiti, Priores, ac cęteri etiam Apoſt. Sedis Notarii non habentes Superiores Religionis ejuſdem, vel habentes, ſi præſint Collegiis, ſeu Conventibus, qui de prędictis providere tenentur, non habentes quidèm Superiores à præſidentibus, ac Viſitatoribus, & eorũ quolibet, cœteri verò tàm ab eiſdem, quàm etiam à dictis ſuis Superioribus per Cenſuram Eccleſiaſticam, aliiſq; remediis ad hoc congruentibus, ad id omninò cogantur, eiſdem Superioribus [niſi ſuos ſubditos] nec non dictis præſidentibus, ac Viſitatoribus (niſi Abbates, Priores, & alios ſupradictos efficacitèr ad præmiſſa compulerint) in Capitulis provincialibus gravitèr arguendis, & talitèr corrigendis, quòd cedat cæteris in exemplum. Cæterùm ſi reditus, & proventus dignitatum, officiorum, ſeu adminiſtrationum, quibus onus prædictum incumbit, aut dicta victualia, veſtimenta, ſeu alia pro victu, ſeu veſtitu neceſſario Canonicis miniſtrando non ſuffecerint, poſſit Prælatus in ſuo annali Capitulo, cum conſilio, & aſſenſu ejuſdem Capituli, vel majoris partis ipſius, auctoritate Apoſtolica Prioratibus, adminiſtrationibus, & aliis beneficiis per Canonicos dictæ Religionis ſolitis gubernari, quibus eorum ſupportatis oneribus ad

hoc

hoc Prioribus, vel Adminiſtratoribus, & aliis Beneficiatis, qui eiſdem prefuerint) penſiones perpetuas imponere pro ſufficienti ſupplemento defectus victualium, & veſtimentorum, & aliorum neceſſariorum [pro habitu corporis duntaxàt] quas quidèm penſiones extunc tàm illi, qui eiſdem Prioratibus, adminiſtrationibus, & beneficiis aliis tempore hujuſmodi impoſitionis præfuerint, quàm ſucceſſores eorum ſolvere teneantur.

Ut ſalutis Auctori puriùs ſerviatur, ſtatuimus, quòd univerſi Canonici Religionis præfatæ ab æſu carnium diebus Sabbati, & per totum Adventum Domini ſtudeant abſtinere, non obſtantibus ſtatutis, vel contrariis quibuſcumque. Super abſtinentia verò ab æſu hujuſmodi carnium in quarta feria, & Septuageſima, Prælati, ſeu alii, ad quos ſpectaverit, conſuetudines, & ſtatuta antiqua, & nova, honeſta, & rationabilia ſuorum locorum ſervent, & faciant obſervari. Illis tamen, qui ad majorem abſtinentiam ſunt adſtricti, per hoc æſum carnium non intendimus indulgere. *Eſus carnium.*

Rurſus præcipimus, quòd Canonici Religionis ejuſdem reſidentes in Clauſtris, omnes ſimul, vel ſi multitudo eorum non ſinit, ſaltèm quantò plurès ex ipſis commodè poterunt in una domo dormiant, & quieſcant, juxtà Regularia Inſtituta Canonica, non habentes ſeparatas Cameras, ſivè Cellas, exceptis illis, qui proptèr ſenectutem, vel valetudines corporales, aut proptèr adminiſtrationes, ſeu officia, quæ geſſerint, vel ex aliis cauſis juxtà diſpoſitionem ſui Superioris rationabilitèr excuſantur. Statuimus etiam, quòd in Dormitoriis Cellas non habentibus, Cellæ de cætero nullæ fiant. Permittimus tamen, quòd in eis, ubi ſunt Cellæ jam factæ remaneant, ſed à parte anteriori debeant aperiri, ita quòd à tranſeuntibus hi, qui intrà fuerint conſpici valeant & videri, & quòd per Prælatos locorum infrà ſex menſes à tempore, quo præſentes Conſtitutiones fuerint publicatæ, vel ipſis negligentibus, ſeu non valentibus, per Viſitatores in provincialibus Capitulis deputatos, in prima Viſitatione, quam impenderint, omnes tales Cellæ àb anteriori parte debeant aperiri, etſi ſuper hoc fuerint aliqui reſiſtentes, vel impedimentum præſtantes, ſeu præſtari procurantes, vel ad id dantes auxilium, conſilium, vel favorem publicè, vel occultè, vel hujuſmodi Cellas de novo facere præſumentes, excommunicationis incurrant ſententiam ipſo facto, quos etiam ipſi Prælati, & Viſitatores præfati per alia Juris, & ipſius Religionis remedia, valeant ſuper his auctoritate Apoſtolica cohercere. Ab hujuſmodi autem excommunicatione ſi ipſam incurrerint, poſſint abſolvi per Viſitatores præfatos, vel per Prælatos immediatos eorum, & cum eis ſupèr Irregularitate, ſi quam forſàn contraxerint per ſimplicitatem, & Juris ignorantiam [non tamen in contemptum clavium] celebrando Divina, vel ſe ingerendo eiſdem per eoſdem valeant diſpenſari. *De accubitu.*

Religionis ejuſdem conſulere commodis, & præcavere diſpendiis cupientes, ſtatuimus, ut ſi quis Eccleſiæ Cathedrali, Monaſterio, Prioratui, Præpoſituræ, ſeu adminiſtrationi cujusvis dictæ Religionis præſidens, aut ſimplex Canonicus, ſeu Converſus Religionis ejuſdem privilegia, litteras, vel Inſtrumenta conceſſa, ſeu confecta ſupèr libertatibus, poſſeſſionibus, rebus, ſeu Juribus eorundem, aut vaſa aurea, ſeu argentea Divino Cultui dedicata, necnon Reliquias, ornamenta Eccleſiaſtica, libros, aut res alias notabiles, vel pretioſas ipſorum, extrà Eccleſiam, Monaſterium, Prioratum, ſeu adminiſtrationem hujuſmodi in damnum ipſorum apud ſuos Conſanguineos, vel propinquos, ſeu quoſcumque alios fraudulentèr tranſportare, ſeu tenere præſumpſerit [niſi infrà duorum menſium ſpatium, prout poſſibile fuerit èi ad loca ipſa reduxerit, vel eadem loca, ſeu adminiſtrationes infrà idem ſpatium indemnia reddiderit] extunc poſſidens ipſa tàm diu donec præmiſſa, ut præfertur emendaverit, ab adminiſtratione temporalium ſit ſuſpenſus, ſimplex verò Canonicus, vel Converſus, ad beneficia, ſeu officia quælibet Religionis ipſius obtinenda, ſi eo ipſo tàm diù inhabilis quouſque per immediatum Superiorem ipſius, ſatisfactione præmiſſa, cum eis fuerit miſericorditèr diſpenſatum *Privilegia, & alia mobilia non transferenda.*

ſpenſatum

ſpenſatum, etſi præſenti ejuſdem, qui tamen Antiſtes non fuerit, culpa extiterit manifeſta per præſidentes in provinciali Capitulo, ſeu Viſitatores per idem Capitulum deputatos, pœnæ graviori ſubdatur.

Hortamur Præpoſitos, Priores, & Adminiſtratores, ſingulosque Canonicos dictæ Religionis in Sacerdotio conſtitutos in Eccleſiis, Monaſteriis, & aliis eorum locis Conventualibus reſidentes, ut [ſi non frequentiùs] ſaltèm bis in ſeptimana, reſidentes autem in Prioratibus, vel aliis locis non Conventualibus, ſaltèm ſemèl in hebdomada, in Scholis verò, vel alibi commorantes infra quindecim dies ſaltèm ſemèl, ſalva honeſtate, & debita devotione Miſſas ſtudeant celebrare. Alii verò Canonici non Sacerdotes ubilibet conſtituti, in qualibet quindena ſaltèm ſemèl confiteantur, & quolibet menſe reverentèr ſuſcipiant Euchariſtiæ Sacramentum [niſi fortè de proprii Confeſſoris conſilio, ob aliquam rationabilem cauſam, ad tempus ab ejus perceptione eorum aliquis duxerit abſtinendum]. Per hoc autem ſtatutis, conſuetudinibus, ordinationibus, ſeu obſervantiis Eccleſiarum, Monaſteriorum, ſeu locorum prædictorum, quibus frequentiùs pro certis diebus confiteri, communicare, vel celebrare debeant, vel ſæpiùs celebrando, locorum onera ſupportare, in aliquo intendimus derogare, adiicientes, quòd Abbates, Præpoſiti, ſeu Priores cæteri locis Conventualibus præſidentes, die quolibet rationabili cauſa ceſſante Miſſam celebrent, vel audiant, & nihilominùs in ſolemnibus feſtis, in ſuis Monaſteriis, ſivè locis Miſſas ſolemnes ſtudeant celebrare. Hortamur etiam, quòd in Eccleſiis, Monaſteriis, ſivè locis aliis Conventualibus, cum modeſtia humilitèr, & devotè, Horis, Nocturnis, & Diurnis ad Divina Officia, univerſi, & ſinguli Canonici ſtudeant convenire, ipſaque non tranſcurrendo, aut ſyncopando, ſed tractim, & diſtinctè pſallant, & celebrent, ac devotè. Sanè in Eccleſiis Cathedralibus, Monaſteriis, & locis aliis Conventualibus Religionis ejuſdem, Miſſa major per Canonicum celebretur. Etſi inibi magnus, & ad hoc ſufficiens fuerit Canonicorum numerus, in officiis Diaconatus, & Subdiaconatus miniſtrent hujuſmodi celebranti, & qui hebdomadarius fuerit Miſſæ majoris, ceſſante impedimento legitimo, Horas Canonicas incipiat, & collectas Orationes dicat. Tranſgreſſores verò præmiſſorum debitæ ſubjaceant diſciplinæ.

Denique ſolliciti ſint Antiſtites, Abbates, Præpoſiti, Priores, Sacriſtæ, & Adminiſtratores alii Religionis præfatæ quocumque nomine cenſeantur, quibus incumbit Eccleſias, Oratoria, Altaria, Reliquias, Vaſa, Corporalia, Veſtimenta, & alia ornamenta Eccleſiaſtica, munda, & nitida conſervare, & facere ab aliis conſervari, de Breviariis quoque, Miſſalibus, aliiſque libris, & veſtimentis, ac ornamentis quibuslibet neceſſariis, juxtà facultates, & exigentiam locorum ſuorum, Eccleſiis, & locis eiſdem omninò provideant, ſeu faciant provideri, quòd ſi præmiſſa pro poſſe adimplere neglexerint, ad ea complenda competentibus remediis compellantur, & ſi opus fuerit pars proventuum beneficiorum eorum per Superiores recipiatur eoſdem, & in prædictorum proviſionem per aliquem idoneum convertatur.

In favorem Religionis præfatæ prohibemus, nè Antiſtites, & alii Eccleſiaſtici Judices trahant profeſſores Religionis ejuſdem in cauſis criminalibus ad eorum conſiſtorium, ſeu judiciale Tribunal, ubi cauſæ communitèr audiuntur, ſed alibi audiant dictas cauſas, niſi fortè criminis manifeſti enormitas aliud ſuaſerit faciendum.

Porrò à venationibus, & aucupationibus Canonici dictæ Religionis abſtineant, nec eis intereſſe, aut canes ad opus venandi, vel aves venaticas per ſe, vel alios tenere præſumant, nec à familiaribus ſecùm morantibus teneri permittant, niſi ſaltus, vivaria, vel garenas propria, vel Jus venandi in alienis haberent, quo caſu hoc eis permittitur (dum tamen infrà Monaſterium, ſeu domos, quas inhabitant, aut eorum Clauſuras, venaticos canes non teneant, nec venationi præſentiam exhibeant perſonalem). Si qui verò eorum venationi, aut aucupationi clamo-

clamoſæ, vel aliàs cum canibus, vel avibus ex propoſito interfuerint; ſiquidèm Abbas fuerit, vel Prior, ſeu Præpoſitus, aut Apoſtolicæ Sedis Notarius quicumque non habens Superiorem ejuſdem Religionis, per annum ſe noverit à beneficiorum collatione ſuſpenſum, quo caſu Jus collationis hujuſmodi, eo modo, quo ſibi competebat, ad Priorem clauſtralem cum conſilio, & aſſenſu Conventus, vel majoris partis ipſius, durante ſuſpenſione hujuſmodi devolvatur. Si verò alius fuerit ab àdminiſtratione, quam obtinet, ſit per annum ſuſpenſus, quòd ſi nullam adminiſtrationem hàbeat eo ipſo per annum reddatur inhabilis ad adminiſtrationem, ſeu aliud Eccleſiaſticum beneficium obtinendum. Dicti quoque Canonici infrà ſepta ſuarum Eccleſiarum, ſeu Monaſteriorum arma nullatenùs habeant ſine ſuorum licentia Prælatorum. Tenentes verò abſque dicta licentia, per Superiorem ſuum talitèr puniatur, quòd ipſorum pœna cædat aliis in exemplum. Super inhabilitate tamen, & ſuſpenſione prædictis, præſidentes, & eorum quilibet cum Prælatis, & Prælati cum eorum ſubditis, poſſint ſi eis expediens viſum fuerit diſpenſare, iujuncta tranſgreſſotibus pœnitentia ſalutari. *Prothonotarii.* *Arma.*

Quià nonnulli Canonici dictæ Religionis contra Prælatos, vel Superiores ſuos frequentèr multa proponunt, non, ut omnia per eos propoſita probent, quià nec facere poſſent, ſed, ut infament de omnibus, & probatis forsàn illorum aliquibus, finem conſequantur optatum, diſtrictiùs inhibemus, nè quivis Canonicus Religionis ejuſdem, contrà ſuum Prælatum, vel Superiorem, ſuper crimine, vel criminibus deinceps quomodolibet admittatur, niſi priús ſe obligaverit ad pœnam congruam, ſi in probatione propoſitorum, vel alicujus ipſorum defecerit, per eum irremiſſibilitèr ſubeundam. *Accuſationes.*

Si aliqua Eccleſia Cathedralis, Monaſterium, ſeu alius locus Religionis ejuſdem, in Religione, vel Regulari Obſervantia adeò ſint colapſa, quod per Antiſtitem, Abbatem, vel alium Prælatum, ſeu Adminiſtratorem, vel Canonicos proprios veriſimilitèr nequeant reparari, ſtatuimus, quòd per Præſidentes provinciales, & quemlibet eorundem, ad requiſitionem, ſeu relationem Viſitatorum, prout eidem Capitulo ſupèr hoc conſulendo, videbitur expedire, vel ſine conſultatione hujuſmodi, ſi ex dilatione conſulendi dictum Capitulum periculum immineret. auctoritate Apoſtolica de alia Eccleſia, Monaſterio, ſeu loco, in qua, ſeu quo ejuſdem Religionis noſcitur Obſervantia refiorere, Canonici aſſumantur idonei, & ad dictam Eccleſiam, Monaſterium, ſivè locum collapſam, ſeu collapſum mittantur, ibidem quamdiù expediens fuerit motentur, per quos Eccleſia, Monaſterium, ſeu locus hujuſmodi reparetur. Illi verò Canonici, ob quorum culpam ejuſdem Eccleſiæ, Monaſterii, ſivè loci hujuſmodi lapſus, ſeu deformatio noſcitur contigiſſe, in Eccleſia, ſeu Monaſterio, vel loco, de qua, vel quo aſſumpti fuerint hii, qui ad Eccleſiam, vel Monaſterium, ſeu locum collapſam, vel collapſum, ut præmittitur tranſmittentur, vel in loco alio, in quo eadem Religio vigeat per præſidentes eoſdem, & eorum quemlibet, prout expediens fuerit, auctoritate Apoſtolica collocentur, ubi eorum mores valeant reformari: diſtrictiùs inhibentes nè Monaſteria, ſeu loca Collegiata, ſeu Conventualia Religionis ejuſdem Eccleſiis, Monaſteriis, ſeu locis Religioſorum quorumcumque alterius habitus uniantur, vel etiam ſubmittantur ſine licentia Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, ſi ſecus actum fuerit, decernentes irritum, & inane. *Reparationes locorū.*

Licet contra religioſos proprietarios ſit proviſum per Canonicas ſanctiones, tamen ſpecialiùs providere volentes contra illos Canonicos, & Converſos dictę religionis, qui ſuæ ſalutis obliti, contra regulares & Canonicas inſtitutiones pecuniam congregant, jura, poſſeſſiones, reditus ſeu cenſus annuos, & alia bona emunt, ſeu emi faciunt, aliquando proprio, & ſæpe nomine alieno, multis ſuper hiis figmentis adhibitis, aliiſque tradunt animalia nutrienda, & cum augumento, vel lucro ſibi, vel alteri reddenda eorum nomine, ſeù pro ipſis, & alios multos contractus diverſimode tanquam negociatores exercent, necnon appetentes, & ſectantes lucra turpia, peculium occultant, & illicite detinent in ſua- *Proprietarii.*

Digitized by Google

rum periculum animarum: decernimus omnia præmiſſa (quæ tamen reſtitutioni non ſubiaceant aliorum) nedum poſt obitum, ſed etiam in vita ipſorum Canonicorum, & Converſorum, fore adminiſtrationi ad quam pertinuerint applicanda, quacunque conſuetudine contraria non obſtante, quodque nulli Canonico, vel Converſo talia faciendi licentia à quoquam valeat indulgeri, & quòd præfati Canonici, & converſi prædicta committentes, & quæcunque religionis ejuſdem ſupradicta retinentes, aut ſibi ipſis appropriantes, vel applicationi hujuſmodi reſiſtentes, vel impedimentum publicè, vel occultè eidem præſtantes, ſeu præſtari procurantes, vel dictum periculum habentes, & non revelantes Prælatis propriis, ſi per eoſdem Prælatos ſpecialiter, & nominatim moniti infra menſem poſt monitionem hujuſmodi immediatè ſequentem à prædictis non deſtiterint; vel peculium non revelaverint, & reſtituerint, ſi reſtituendis facultatem habuerint, ſint eo ipſo inhabiles ad Prioratus officium, adminiſtrationes, & beneficia quælibet in religione hujuſmodi obtinenda. Concedimus tamen, quòd cum talibus Canonicis, ſeù converſis Antiſtites, Abbates, Præpoſiti, & alii Prælati eorum immediati poſſint ſuper inhabilitate hujuſmodi diſpenſare, quando eis videbitur expedire; dummodo à prædictis deſtiterint, & peculium, & alia ſupradicta revelaverint, & reſtituerint, ut præfertur. Teneantur inſuper Prælati, & Superiores præfati in ſuis annalibus capitulis monere generaliter annuatim omnes proprietarios, ut ab omnibus ſupradictis deſiſtant exceſſibus, & peculium ſi quod habent revelent, & reſtituere non poſtponant.

Conſpirationes. Quum ex conſpirationis, & conjurationis crimine (ſi fortè tranſeat impunitum) multa mala, & ſcandala poſſint exoriri, ſtatuimus quòd conſpiratores, & conjuratores ſiqui Religionis ejuſdem de crimine hujuſmodi legittimè convicti fuerint, vel confeſſi; præter alias pœnas talibus à jure, vel aliquo quovismodo inflictas, eo ipſo beneficiis, & adminiſtrationibus quibuslibet, quæ obtinuerint ſint privati. Si verò Beneficiati non fuerint eo ipſo redantur inhabiles ad quævis beneficia, ſeu adminiſtrationes Eccleſiaſtica quomodolibet obtinenda. Contra conſpiratores autem, & conjuratores occultos, quorum notitia non habetur, per Superiorem, aut Viſitatores etiam pœnæ aliæ, prout expedire videbitur generaliter ſtatuantur. Si verò aliquis de prædictis ad cor reductus illi, vel illis, qui tanguntur ex eis, ipſas patefecerit tali tempore, quod poſſint hujuſmodi factionibus obviare, dignus abſolutione, & venia habeatur.

Ejecti, & fugitivi. Ne Canonici Religionis præfatæ vagandi occaſionem habentes ſalutis propriæ detrimentum incurrant, ſtatuimus, ut Præſidentes provincialibus Capitulis, necnon Abbates, Præpoſiti, Priores, & alii ad quos id pertinuerit, fugitivos, & ejectos de ordine ſuo, requirant ſolicitè annuatim, qui ſi in Eccleſijs, ſeu Monaſterijs ſuis recipi poterunt, ſecundum ordinem Regularem recipiantur, ſalva ordinis diſciplina, quòd ſi diſciplinati incorrigibiles apparuerint, auctoritate noſtra provideant Præſidentes, & alij prædicti, ut apud eaſdem Eccleſias, ſeu Monaſteria in locis competentibus à communi Fratrum conſortio ſegregati ponantur ad agendam pœnitentiam, ibique vitæ neceſſaria miniſtrentur eiſdem, nec pateat aliis fratribus, aut cui quam alteri acceſſus ad eos, niſi priùs à Superiore petita licentia ſuper hoc, & obtenta. Si verò hujuſmodi fugitos, vel erectos inobedientes invenerit, eos excommunicent, & tam diù faciant ab Eccleſiarum Prælatis excommunicatos pronunciari publicè, donec ad mandatum ipſorum humilitèr revertantur. Inſuper ſtatuimus, quòd Prælati, & alii ad quos pertinuerit in ipſa Religione correctiones facere Regulares, quoties, & quando pro gravioribus culpis debebunt pœnitentias injungere, hoc faciant cum aliquorum proborum conſilio, & tractatu præhabito cum eiſdem. Per præmiſſa verò juriſdictione ordinariorum, non intendimus derogare. Ut autem ſtatuta hujuſmodi, quæ religionis ejuſdem ſalutem ſapiunt, & profectum, ad cunctorum profeſſorum ejuſdem ordinis notitiam deducantur, ac inviolabiliter, & fideliter obſerventur ab eis, auctoritate Apoſtolica præſentium tenore præcipimus, quòd ſtatuta prædicta

in

in primis provincialibus capitulis eorundem, à principio uſque ad finem publice legantur, & ſolenniter publicentur, eorumque ſingulæ copiæ, ſingulis Eccleſiis, Monaſteriis, atque locis religionis ejuſdem habentibus capitula, colegia, ſeù conventus per perſidentes dictis capitulis eorum, ſigillata ſingulis tradantur, & etiam aſſignentur, expenſis tamen capitulorum ſeù conventuum, quibus hujuſmodi dandæ fuerint copię conſcribenda: quodque in ſingulis Eccleſiis, Monaſteriis, atque locis dicti Ordinis, ſtatuta præfata bis in anno legantur, Statutis, & conſuetudinibus dicti Ordinis, & Privilegijs quibuſcunque ſi quæ forſan hujuſmodi ſtatutis per nos æditis obviarent, in omni quoad hoc deinceps robore carituris. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatutorum, ordinationum, voluntatum, inhibitionum, conceſſionum, & mandatorum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli ſe noverit incurſurum.

Datum Avenion. Idus Maij Pontif. noſtri Anno V. 1339.

Litteræ SS. D. Noſtri Benedicti XII. pro Conſtitutione Canonicorum Regularium in Provincia Lombardiæ.

BENEDICTUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filijs Abbati S. Petri in Cœlo Aureo Papien. & Priori S. Georgij de Ferarolla, propè Ferrariam, per Priorem ſoliti gubernari Monaſterij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Paternæ conſiderationis aciem ad ſalubrem ſtatum Ordinis S. Auguſtini attentiùs dirigentes, pro ſalute, & proſperitate ipſorum, præhabita deliberatione matura, nonnulla ſtatuta edidimus, & ordinationes fecimus, quæ volumus, & mandamus in eodem Ordine, ſeu Religione perpetuis futuris temporibus obſervari. Et quià in eiſdem ſtatutis, & ordinationibus, intèr alia duximus ſtatuendum, quòd in Ordine, ſeu Religione præfata, in ſingulis Provincijs per nos in ipſis ordinationibus noviter ſtatutis, & etiam deſignatis, fiat de quàdriennio in quadriennium Provinciale Capitulum Abbatum, & Priorum Monaſteriorum Abbates proprios non habentium, & etiam Priorum Cathedralium Eccleſiarum Ordinis, ſeu Religionis ipſius, ſeu aliorum majorum in ipſis Eccleſijs exiſtentium, poſt Antiſtitem eorundem, apud unum de veſtris Monaſterijs ejuſdem Ordinis ad hoc aptum, vel ſi hoc fieri non poſſet, apud alium locum ad hoc congruum, & ſecurum, de quo Monaſterio, ſeu loco, & de die primi Capituli hujuſmodi celebrandi, & alijs ad id opportunè facientibus providere haberent, qui ſuper per Sedem Apoſtolicam forent deputati; prout in dictis Ordinationibus pleniùs continetur. Ut hæc executioni debitæ demandentur, vos de quorum conſpectionis induſtria plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad exequenda præmiſſa, & alia infraſcripta, in Piſan. Januen. Mediolanen. & Ravenaten. Provincijs, cum Epiſcopatibus Placentinen. Ferrarien., & Ariminen. quos quoad celebrandum nunc, & in poſterum hujuſmodi Provinciale Capitulum pro una volumus, & ſtatuimus reputari Provincia, tenore præſentium deputantes, diſcretioni veſtræ auctoritate Apoſtolica committimus, & diſtrictiùs injungimus, ut pro celebrando hac prima vice, hujuſmodi Capitulo in dicta Provincia, per nos, ut præmittitur deſignata, aliquod Monaſterium eiuſdem Ordinis, ſeu Religionis ad hoc aptum ſi in ea valeat reperiri; alioquin locum alium ad hoc congruum, & ſecurum, & diem ad id etiam congruum, cum continuatione dierum ſequentium eligentes. Abbates, Priores, & alios prænominatos ad hujuſmodi Capitulum convocare curetis, diem, & locum prædictos eis per veſtras litteras nihilominus intimantes, per quem in ipſo primo Capitulo Miſſam ſolemnitèr celebrari ſermoque convenientibus ad dictum locum fieri debeat providè ordinando, eodem Capitulo congregato faciatis aliquas perſonas idoneas per ipſum Capitulum eligi, quæ dicto proximo Capitulo præſideant, eaque faciant, & adimpleant, quæ iuxtà hujuſmodi noſtras Ordinationes, vel alias, per Præſi- *Eſt Papie.*

dentes hujuſmodi Provincialibus Capitulis facienda, ſtatuta quoque, & hujuſmodi ordinationes, quæ vobis, & dicto Capitulo, ſub Bulla noſtra transmittimus, in eodem Capitulo publicetis, ac legi, & aſcultari integraliter faciatis, omnes Abbates, Priores, & alios prędictos convenientes ad Capitulum memoratum, necnon Procuratores abſentium monendo, & ſi neceſſe fuerit compellendo, ut ipſorum ſtatutorum, ſeu ordinationum copiam ſub authentica ſcriptura recipiant, illa ad Eccclesias, Monaſteria, ſeu loca ipſorum fideliter delaturi, quæ etiam in dictis Eccleſijs, Monaſterijs, atque locis legifaciant, & diligentiùs cuſtodiri, & etiam obſervari; volumus etiam per dictum primum Capitulum provideri de loco ad hoc à commodo, & ſecuro ejuſdem Provinciæ, ubi liber, ordinationum, ſeu ſtatutorum noſtrorum hujuſmodi Bulla noſtra munitus perpetuis futuris temporibus debeat cuſtodiri, ſtatuta etiam in Provincialibus, ſeu communibus, Abbatum, & Priorum prædictorum dictarum Piſanen. Januen. Mediolanen. & Ravenaten. Provinciarum, ac Epiſcopatibus Placentinen. & Ariminen. vel alicujus earum Capitulis, olim facta, portari per eos, qui illa habuerint ad præfatum primum Capitulum, & ipſa per aliquos ab eod. Capitulo deputandos, examinari cum diligentia faciatis, & quæ in illis, quę tamen noſtris ordinationibus non obvenit, in ipſa veſtra Provincia obſervari debeant, in ſequẽti ejuſd. Provincię Capitulo ordinetur, deindè ad Eccleſia Cathedr. Monaſteria, vel alia loca conventualia ejuſd. Ordinis, ſeu Religionis, infrà eamdem Provinciam exiſtentia conjunctim, vel diviſim per diviſas partes, prout ad invicem conveneritis perſonaliter accedentes, de ipſorum, necnon membrorum ſuorum facultatibus, ac quot Canonici eſſe conſueverunt in eiſdem, quot etiam de dictis facultatibus incumbentibus eis, ſupportatis oneribus commodè valeant ſubſtentari diligentèr inquirere, noſque de pręmiſſis per diligentem, & fidelem relationem plenariè informare curetis, ut conſideratis facultatibus, & oneribus ſupradictis, certum cum eis Canonicorum numerum ſtatuere valeamus. Inſupèr, ut in exequendis præmiſſis, vos non contingat expenſis propriis prægravari pro ſingulis diebus, quibus poſt dictum Capitulum celebratum, in prædictæ executionis perſecutione, eundo, morando, & redeundo, cuilibet veſtrum exigendi, quinquaginta Turonen. argenti dumtaxàt ab Eccleſiis, Monaſteriis, aliiſque locis prædictis Conventualibus, & membris eorum congrua per vos, vel veſtrum alterum de illis, intèr Eccleſias, Monaſteria, loca, ac membra prædicta diſtributione facta; ita quòd nihil aliud ultra quinquaginta Turonos prædictos, vos, aut familiares veſtri ab Eccleſia, Monaſteriis, locis, vel membris prædictis, vel a Prælatis, ſeu quibusvis perſonis ipſorum petere, exigere, vel etiam a volentibus ſolvere, ſeu dare, recipere præſumatis. Alioquin pœnis contra Viſitatores in provincialibus Capitulis deputandos, & familiares eorum prærèr expenſas eis in victualibus miniſtrandas pecunias, aut munera recipientes in dictis Conſtitutionibus, ac Ordinationibus veſtris inflictis, vos & dictos familiares veſtros volumus ſubjacere, Contradictores quoque in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum, per Cenſuram Eccleſiaſticam, & alia opportuna remedia compeſcendo, non obſtantibus aliquibuſcumque ſtatutis, & conſuetudinibus Cathedralium Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum locorum ejuſdem Ordinis, ſeu Religionis Provinciæ prædictæ, contrariis Juramentis, confirmationibus Apoſtolicis, aut quibusvis firmitatibus aliis roboraris, ſeu ſi Abbatibus, Capitulis, aut Prioribus ſupradictis conjunctìm, vel ſeparatìm à præfata Sede Indultum exiſtat, quòd excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indultis hujuſmodi mentionem, ac quibuſcumque Conſtitutionibus, vel ſtatutis, privilegiis, Indulgentiis, vel litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus contrariis quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus, non expreſſa, vel totalirèr non inſerta, earum effectus impediri valeat quomodolibet, vel diferri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit, in noſtris litteris mentio ſpecialis, plenam, atque liberam tenore præſentium concedimus poteſtatem. Quòd ſi non ambo

præ-

præmiſſis exequendis potueritis intereſſe,alter veſtrum ea nihilominùs exequatur. Cæterùm, quià pro dictorum ſtatutorum, & ordinationum expeditione, dilectos filios Raymundum Furnerii de Bello vicino. Gutilen. Baſtardi de Celſis Nemanſen.& Pictaven. Diœceſis Prioratuum, Priores, ac Robertum de Mandigoto Prępoſitum Eccleſiæ Vticen. dicti Ordinis Decretorum Doctores in Romana Curia proſecutores, per alias noſtras litteras duximus deputandos, & eis, vel duobus ex ipſis inter alia exigendi ab Abbatibus, Capitulis, Prioribus, & aliis Adminiſtratoribus ejuſdem Ordinis., ſeu Religionis, de quibus videretur eiſdem pro præmiſſorum expeditione, certas ſummas, & taxandi, ac diſtribuendi inter dictas Provincias, quantùm videlicèt quælibet Provincia per nos diſtincta de expenſis per eos in ſcripturis, aut aliàs præmiſſorum occaſione factis, ſolvere teneatur, liberam dedimus poteſtatem. Volumus, & mandamus, quòd tàm vos, quàm præſidentes provinciali Capitulo, cæterique Abbates ejuſdem Provinciæ taxationem per eos in ipſa veſtra Provincia impoſitam ſolvere, & aliàs circà hoc eorum mandatis devotè, & efficacitèr parerè curetis.

Dat.Avinion.Kal.Julii Pontif.noſtri Anno quinto. *1339.*

Litteræ SS. D. N. Urbani Papæ VI. ad Canonicos S. Petri de Cœlo aureo pro Dioniſio Abbate.

VRBANUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Conventui *Eſt Papie.*
Monaſterii S. Petri in Cęlo Aureo Papien. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Auguſtini. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Inter ſolicitudines varias, quibus aſſiduè præmimur illa potiſſimè pulſat, & excitat mentem noſtram, ut ſtatus Eccleſiarum, & Monaſteriorum omnium, & præſertim ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentium, curæ noſtræ divina providentia commiſſorum, ſpiritualitèr,& temporalitèr augeatur,quodque illis, quæ ſuis deſtituta paſtoribus vacationis incommoda deplorare noſcuntur, tales Miniſtros præficere ſtudeamus, per quorum regimen Eccleſię, ac Monaſteria ipſa utilitèr, & ſalubritèr valeant adaugeri. Dudùm ſiquidèm qu.Jacobo Abbate veſtri Monaſterii, regimini ejuſdem veſtri Monaſterii præſidente, Nos cupientes eidem veſtro Monaſterio, cùm vacaret per Apoſtolicæ Sedis providentiam utilem, & idoneam præſidere perſonam, proviſionem ejuſdem veſtri Monaſterij, ordinationi, & diſpoſitioni noſtræ ea vice duximus ſpecialitèr reſervandam decernentes extunc irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his per quoſcumque, quavis auctoritate, ſcientèr, vel ignoranter contingeret attentari. Poſtmodùm verò dicto veſtro Monaſterio per obitum ipſius Jacobi Abbatis, qui extrà Romanam Curiam diem clauſit extremum vacante. Nos vacatione hujuſmodi fidedignis relatibus intellecta, ac ad proviſionem ipſius veſtri Monaſterii celerem, & felicem, de qua nullos prætèr nos ea vice ſe intromittere potuerat, reſervatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis; nè ipſum Monaſterium veſtrum longæ vacationis exponeretur incommodis, paternis, & ſolicitis ſtudiis intendentes; poſt deliberationem, quam de pręficiendo eidem veſtro Monaſterio perſonam utilem, & etiam fructuoſam cum fratribus noſtris habuimus diligentem,demùm ad dilectum filium Dioniſium de Cermenate Abbatem veſtri Monaſterii, tunc Ordinis Fratrum Servorum Beatæ Mariæ profeſſorem in Sacerdotio conſtitutum, cui de Religionis zelo, litterarum ſcientia, vitæ munditia, honeſtate morum, ſpiritualium providentia, & temporalium circumſpectione, aliiſque multiplicium virtutum donis, fidedigna Teſtimonia perhibentur, direximus oculos noſtræ mentis, quibus omnibus necnon veſtri ipſum poſtulantium concordi voluntate attenta meditatione penſatis, de perſona dicti Dioniſii Abbatis, nobis, & eiſdem Fratribus noſtris ob dictorum ſuorum exigentiam meritorum acceptas eidem veſtro Monaſterio, non obſtante, quòd Ordinis dictorum Fratrum Servorum Beatæ Mariæ idem Dioniſius

Abbas

Digitized by Google

Abbas profeſſor exiſtit, de dictorum Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica providimus, ipſumque illi præficimus in Abbatem, curam, & adminiſtrationem ipſius veſtri Monaſterii ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenariè committendo in illo, qui dat gratias, & largitur præmia confidentes, quod dirigente Domino greſſus ſuos, præfatum veſtrum Monaſterium per ipſius Dionifii Abbatis induſtriæ, & circumſpectionis ſtudium fructuoſum, regetur utilitèr, & proſperè dirigetur, grataque in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiet incrementa. Quocircà diſcretioni veſtræ per Apoſtolica mandamus, quatenùs eundem Dioniſium Abbatem pro noſtra, & Apoſtolicæ Sedis reverentia benignè recipientes, & honorificè pertractantes, exhibeatis eidem obedientiam, & reverentiam debitam, & devotam, ejus ſalubria monita, & mandata ſuſcipiendo, & humilitèr, ac efficacitèr adimplendo. Alioquin ſententiam, quam idem Abbas ritè tulerit in Rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabilitèr obſervari.

Datum Januæ VIII. Kalen. Novembris Pontif. noſtri anno VIII. 1385.

Ejuſdem SS. D. N. Urbani Papæ VI. ad Vaſſallos S. Petri pro eodem Abbate.

Ex Papia.

VRBANUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Vaſſallis univerſis Monaſterii S. Petri in Cœlo Aureo Papien. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Auguſtini. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Inter ſolicitudines varias, quibus aſſiduè præmimur, *& cætera, ut in ſuperiori. Uſque ad verba illa.* Quocircà Univerſitati veſtræ. *Subdit enim.* Quocircà Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs eundem Dioniſium Abbatem ſuſcipientes devotè, & debita honorificentia proſequentes, ei fidelitatem ſolitam, necnon conſueta ſervitia, & jura ſibi à vobis debita exhibere ſtudeatis; Alioquin ſententiam, ſivè pœnam, quam idem Abbas ritè tulerit, ſeu ſtatuerit in Rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem congruam inviolabilitèr obſervari.

Dat. Januæ VIII. Kal. Novemb. Pontif. noſtri Anno VIII. 1385.

Breve SS. D. N. Urbani Papæ VI. quo deputantur Conſervatores, & Patroni Abbatiali Canonicæ S. Petri de Cælo aureo.

Ex Papia.

URBANUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabilibus fratribus Papien. & Placentino Epiſcopis, ac dilecto filio Priori S. Majoli Papien. per Priorem ſoliti gubernari, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem:

Militanti Eccleſiæ licet immeriti diſponete domino præſidentes, circa curam Eccleſiarum, & Monaſteriornm ſolertia reddimur indefeſſa ſoliciti, ut juxta debitum paſtoralis officii, eorum occurramus diſpendiis, & profectibus ſalubriter intendamus. Sanè dilectorum filiorum Abbatis, & conventus Monaſterii S. Petri in Cœlo aureo ordinis S. Auguſtini Papien. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis conqueſtione percipimus, quod nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, aliiſque Eccleſiarum Prælati, & Clerici, ac Eccleſiaſticæ perſonæ, tam religioſæ, quam ſeculares, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barrones, nobiles, milites, & laici, communia Civitatum, univerſitates Oppidorum, Caſtrorum, villarum, & aliorum locorum, & aliæ ſingulares perſonæ Civitatum, & Diœceſum, & aliarum partium univerſarum, occuparunt & occupari fecerunt Caſtra, Villas, & loca alia, terras, domos, poſſeſſiones, jura & juriſdictiones, necnon fructus, cenſus, reditus, & proventus dicti Monaſterii, & nonulla alia bona mobilia, & immobilia, ſpiritualia & temporalia, ad Abbatem, & conventum prædictos

ctos ſpectantia, & ea detinent indebite occupata, ſeu ea detinentibus præſtant auxilium, conſilium, vel favorem. Nonnulli etiam Civitatum, Diœceſum, & partium prædictarum, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, eiſdem Abbati, & conventui ſuper dictis Caſtris, Villis, & locis aliis, terris, domibus, poſſeſſionibus, juribus, & juriſdictionibus, fructibus, cenſibus, reditibus, & proventibus eorundem, & quibuſcunque aliis bonis mobilibus,& immobilibus, ſpiritualibus ac temporalibus, ac rebus aliis, ad eoſdem Abbatem & conventum ac Monaſterium ſpectantibus, multiplices moleſtias, & injurias inferunt & jacturas, quare dicti Abbas & conventus, nobis humiliter ſupplicaverunt, ut cum eiſdem videretur valde difficile pro ſingulis quærelis ad Apoſtolicam ſedem habere recurſum, providere eis ſuper hoc paterna diligentia curaremus, Nos igitur adverſum omnes occupatores, detentores, præſumptores, moleſtatores, & invaſores hujuſmodi, illo volentes eidem Abbati, & conventui remedio ſubvenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas, & aliis aditus committendi ſimilia præcludantur, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo aut onus veſtrum, per vos vel alium ſeu alios, & ſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis conſervatores & judices, præfatis Abbati & conventui efficacis deffenſionis præſidio aſiſtentes, non permittatis eoſdem ſuper his, & quibuſcunque aliis bonis, & juribus ad Abbatem, & conventum, & Monaſterium prædictos ſpectantibus ab eiſdem, vel quibuſcunque aliis indedebite moleſtari, vel eis gravamina ſeu damna, aut injurias irrogari, facturi ipſis Abbati & conventui, cum ab eis procuratoribus ſuis aut eorum aliquo fueritis requiſiti, de prædictis, & aliis perſonis quibuslibet ſuper reſtitutione hujuſmodi Caſtrorum, Villarum, terrarum, domorum, & aliorum locorum jurium, juriſdictionum, & bonorum mobilium, & immobilium, redituum quoque & proventuum, & aliorum quorumcunque bonorum, necnon & quibuſqunque moleſtiis, injuriis, atque damnis præſentibus, & futuris; in illis videlicet quæ judicialem requirunt indaginem, ſummariè & de plano, & ſine ſtrepitu, & figura judicii; in aliis verò prout qualitas eorum exegerit juſtitiæ complementum, occupatores, ſeu detentores, præſumptores, moleſtatores, & injuratores hujuſmodi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, ordinis, vel conditionis extiterint quandocunque, & quotieſcunque expedierit, authoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam appelatione poſtpoſita compeſcendo, invocato ad id ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis, necnon obſtantibus tàm fælicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, in quibus cavetur nè aliquis extrà ſuam Civitatem, & Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultrà unam Dietam à fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſeu, ut Judices, & Conſervatores à Sede prædicta deputati, extra Civitatem, & Diœceſim, in quibus deputati, extrà Civitatem, & Diœceſim, in quibus deputati fuerunt contra quoſcunque procedere, ſivè alii, vel aliis vices ſuas committere, aut aliquos ultra unam Dietam a fine Diœceſis eorumdem trahere præſumant, dummodò ultra duas dietas aliquis auctoritate præſentium non trahatur, ſeu quòd de aliis, quam de manifeſtis injuriis, & violentiis, ac aliis, quæ judicialem indaginem requirunt, pœnis in eos ſi ſecus egerint, & in id procurantes ad dictos Conſervatores ſe nullatenùs egerint, & in id procurantes ad dictos Conſervatores ſe nullatenùs intromittant, quam aliis quibuſcumque Conſtitutionibus a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus tàm Judicibus delegatis, & Conſervatoribus, quàm perſonis ultrà certum numerum ad judicium non evocandis, aut aliis Edictis, quæ veſtræ poſſunt in hac parte Juriſdictioni, aut poteſtati ejuſque libero exercitio quomodolibet obviare, ſeu ſi aliquibus communiter, vel diviſim à præfata ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extrà, vel ultrà certa loca ad judicium evocari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi, & eorum perſonis, & locis, ordinibus, & nominibus mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis Indul-

Indulgentia generali, vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totalitèr non inſertam, veſtræ Juriſdictionis executio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua, cujuſque toto tenore, de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Cæterùm volumus, & auctoritate Apoſtolica decernimus, quòd quilibet veſtrum proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico præpeditus, quodque à data præſentium ſit vobis, & unicuique veſtrum in prædictis omnibus, & ſingulis cœptis, & non cœptis, præſentibus, & futuris perpetuata poteſtas, & Juriſdictio attributa, ac ſi prædicta omnia, & ſingula coràm vobis cæpta fuiſſet, & Juriſdictio veſtra, & cujuslibet veſtrum in prædictis omnibus, & ſingulis, per citationem, vel modum alium perpetuò legitimè extitiſſet, Conſtitutione prædicta ſuper Conſervatoribus, alia qualibet in contrarium ædita non obſtantibus, præſentibus poſt quinquennium minimè valituris. Datum Januæ III. Nonas Novemb. Pontific. noſtri Anno VIII. 1385.

Litteræ SS. D: N. Urbani VI. ad Abbatem Sancti Petri de Cęlo aureo Papiæ.

Eſ. Papia. URBANUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Dioniſio de Cermenate Abbati Monaſterii S. Petri in Cœlo aureo Papien. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Auguſtini ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm nuper Monaſterij S. Petri in Cœlo aureo Papien. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Auguſtini, tunc Abbatis regimine deſtituto, de perſona tua, nobis, & fratribus noſtris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de eorundem fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica duxerimus providendum, proficiendo re illis in Abbatem, prout in litteris noſtris indè confectis pleniùs continetur. Nos ad ea, quæ ad tuæ commoditatis augumentum cedere valeant favorabiliter intendentes, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut à quocunque malueris Catholico Antiſtite, gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habente, & in hoc ſibi aſſiſtentibus duobus, vel tribus Catholicis Epiſcopis, ſimilem gratiam, & communionem habentibus, munus benedictionis recipere valeas; ac eidem Antiſtiti, ut munus prædictum auctoritate noſtra impendere libere tibi poſſit, plenam, & liberam tenore præſentium concedimus facultatem. Volumus autem, quod idem Antiſtes, qui tibi præfatum munus impendet; poſtquam illud tibi impenderit, à te noſtro, Romanæq; Eccleſiæ præfato nomine, fidelitatis debitæ ſolitum recipiat, juramentum, juxta formam, quam ſub Bulla noſtra mitrimus interclusſam: ac formam juramenti, quod te præſtare contigerit, nobis de verbo ad verbum per tuas patentes litteras, tuo ſigillo ſignatas, per proprium Nuncium quantocyùs deſtinare procures.

Datum Januæ IX. Kal. Decembris Pontificatus noſtri Anno VIII.

Privilegium Urbani Papæ VI. pro Priore S. Frigidiani Lucenſis.

Eſ. Luca. URBANUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Priori, & Conventui Monaſterii S. Frediani Lucani per Priorem ſoliti gubernari ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Auguſtini. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Expoſcit veſtræ devotionis ſinceritas, & Religionis promeretur honeſtas, ut tàm vos, quos ſpeciali dilectione proſequimur, quàm Monaſterium veſtrum dignis honoribus attollamus.

Hinc eſt, quòd nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut tu fili Prior, & Succeſſores tui Priores dicti Monaſterii, qui fuerint pro tempore Mitra, Annulo,

Annulo, & Baculo paſtorali, ac aliis inſigniis Pontificalibus liberè poſſitis uti, ac in dicto Monaſterio, & aliis ſibi ſubjectis Eccleſiis, Benedictionem ſolemnem poſt Miſſarum, Veſperorum,& Matutinorum ſolemnia Populis in eiſdem Eccleſiis convenientibus ad Divina. Dummodò aliquis Antiſtes, vel Sedis Apoſtolicæ Legatus præſens non fuerit, elargiri poſſitis, fel. record. Alexandri Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit Abbates, & aliis quibuſcumque Conſtitutionibus Apoſtolicis in contrarium æditis nequaquàm obſtantibus, vobis, & iiſdem ſucceſſoribus auctoritate Apoſtolica de ſpeciali tenore præſentium indulgemus.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Januæ Idibus Februarii. Pontificatus noſtri anno VIII.

Breve Sanctiſſimi Domini Banifacii Papæ IX. quo Canonicæ Abbatiali S. Petri de Cælo Aureo attribuit Conſervatores, & Judices.

BONIFACIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Mediolanenſi, Epiſcopo Novarienſi, ac dilecto filio Abbati Monaſterii S. Lanfranchi extrà muros Papiæ. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. *Eſt Papiæ.*

Militanti Eccleſiæ licèt immeriti diſponente Domino Præſidentes, *& cætera uti ſupra fol.* , *in conſervatoria Vrbani Sexti*, *hæc vero ſub* Dat. Romæ apud Sanctum Petrum VI. Idus Junii. Pontificatus noſtri anno II. 1391.

Bulla Bonifacii IX. ad Coſmatum Cardinalem pro cauſa Canonicorum S. Petri, & Fratrum Heremitarum.

BONIFACIUS &c. Dilecto filio Coſmato Tit. Sanctæ Crucis in Hieruſalem Presbytero Cardinali. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. *Eſt Papiæ.*

Ad ea, per quæ litium anfractiones potiſſimè inter perſonas Sacræ deditas Religioni exortari, ſummoveri, & Religio propagari, ac perſonæ ipſæ ad pacem, & concordiam deduci pacis, concedente Datore poſſint, libentèr annuimus, & volumus favorabiles inveniri dudùm ſiquidèm fel.rec. Joannis Papæ XXII. prædeceſſor noſter, de Fratrum ſuorum conſilio, auctoritate Apoſtolica per ſuas litteras ſtatuit, ac etiam ordinavit, quòd Fratres Ordinis Heremitarum S. Auguſtini, quibus præſit Prior ſecundùm Obſervantiam ipſius Ordinis, apud Eccleſiam Monaſterii S. Petri in Cœlo Aureo Papienſis, cui præeſt Abbas, & Conventus Canon. Regul. Ordinis dicti S. Auguſtini, etiam ſi ipſum Monaſterium ad Rom. Eccleſiam nullo medio pertineret, in qua quidèm Eccleſia dicti Monaſterii, Sacrum Corpus ejuſdem Sancti conſervari ſolemnitèr, & tumulatum fore videbatur, prout dicitur, prout eiſdem Priori, & Fratribus videretur expedire, & commodè fieri poſſet,uſque ad vigeſimum quintum, vel trigeſimum numerum ad minùs deberent inſimùl perpetuis futuris temporibus habitare, quodque Prior Generalis dictos Fratres ejuſdem Ordinis Heremitarum, ibidem uſque ad eumdem numerum teneretur deputare, qui forent ætate maturi, litterarum ſcientia præditi, & honeſta converſatione decori; remanentibus tamen Abbate pro tunc, & dilectis filiis Conventu dicti Monaſterii, prout ipſi invenerant in Monaſterio prælibato, & hujuſmodi Fratrum habitatio conſtitueretur in loco decenti, juxtà eamdem Eccleſiam Monaſterii antedicti, & ab ejuſdem Abbatis, & dilectorum filiorum Canonicorum dicti Monaſterii habitationibus eſſet

diſcreta, & talitèr diſponeretur, quòd ipſi Fratres eamdem Eccleſiam dicti Monaſterii per aliam portam de novo faciendam ingredi, & egredi valerent, ac in eadem Eccleſia cum dictis Abbate, & Canonicis, juxtà modum in eiſdem litteris deſignatum Divinis Officiis intereſſe deberent, etiam ſi dicta Eccleſia ejuſdem Monaſterij, & hujuſmodi habitatio ipſorum Fratrum, foret infrà ſpatium cannarum, infrà quòd Eccleſiam, vel Oratorium, ſeu locum Religioſum, aut habitationem Religioſorum, non debere conſtrui, nonnullis Religioſis Mendicantium, & aliquorum aliorum Ordinum per ſpeciale Apoſtolicæ Sedis privilegium eſſet indultum, taliſque ſuper hoc proviſio haberetur, quòd dicti Abbas, & Canonici propter hujuſmodi portam faciendam, & habitationem ipſorum Fratrum, ut præmittitur diſponendam, nequirent in ſuis habitationibus impediri, ſed habitationes dictorum Fratrum, ab ipſorum Abbatis, & Canonicorum habitationibus eſſent diſcretæ, & in diverſis Refectoriis comederent, & Dormitoriis dormirent, hi, & illi, in ſuis Refectoriis ſeparatis: dictam autem habitationem, & domos Refectorium, & Dormitorium, Clauſtrum, Chortum, cum Officinis debitis, & conſuetis, juxtà morem dicti Ordinis Heremitarum iidem Fratres conſtrui facerent ſuis ſumptibus, vel eleemoſynis Fidelium abſque onere ipſorum Abbatis, & Canonicorum, prout dictis Fratribus Dominus miniſtraret, & provideretur attentius in hac parte, quòd ſi fundus, vel ſolum, ubi dicti Fratres ædificare vellent, eſſet aliquarum privatarum perſonarum, vel dilectorum filiorum communis, ſeu Venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi Papien. aut alterius Eccleſiæ, dummodò aliquod aliud Monaſterium, vel alia Eccleſia inibi non exiſteret, illum, vel illud præfati Fratres emerent, vel aliis juſtis modis acquirerent, & ibidem ædificarent hujuſmodi ſumptibus ſuis, vel de ipſis eleemoſynis, ut præfertur; ſi verò idem fundus, ſeu ſolùm Abbatis, & Canonicorum exiſteret prædictorum, illum, vel illud nihilominùs dicti Fratres emerent juſto pretio ob eiſdem; quòd ſi fortè Abbas, & Canonici antedicti prædictum fundum, ſeu ſolum pro juſto, ut præmittitur pretio nollent vendere Fratribus memoratis, eos ad id monitione præmiſſa per Cenſuram Eccleſiaſticam, ſublato appellationis obſtaculo auctoritate Apoſtolica decrevit compellendos; in Divinis autem Officiis modum ſervari voluit idem prædeceſſor ſubſequentem, ſcilicèt, quòd cum tàm Canonici, quàm Fratres prædicti conforme Divinum Officium dicerentur habere, ipſi Canonici, & Fratres inſimul eiſdem temporibus, locis, & horis penſum debitæ ſervitutis Domino ſoluturi convenirent in Eccleſia memorata Monaſterii prædicti, ita quòd in illa ab eis, non diverſis, ſed eiſdem temporibus, locis, & horis, Horæ Canonicæ, & Miſſæ ſolemnes celebrarentur, ſecretas autem Miſſas, dicti Canonici, & Fratres legere poſſent, prout vellent, honeſtate, decentia, & aptitudine loci, & temporis obſervantia: voluit etiam ipſe prædeceſſor, ut ſi Altaria in dicto Monaſterio jam erecta eſſent æqualia numero, una Canonicis, & reliqua medietas eorumdem Fratribus præfatis pro legendis Miſſis hujuſmodi aſſignaretur; ſi verò exiſterent inæqualia numero, major pars eorum ad id deputaretur Fratribus memoratis, & quià idem Abbas antiquior in loco, & dignitate major exiſtebat, Abbas, qui eſſet pro tempore, foret in celebrationibus Miſſarum, & Prædicationibus, in Natalis Domini, & Epiphaniæ, Dominicæ in Ramis Palmarum, Reſurrectionis, & Aſcenſionis, Donicæ Pentecoſtes, Nativitatis Beati Joannis Baptiſtæ, & in omnibus, & ſingulis Sanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, Aſſumptionis, & omnibus aliis Beatæ Virginis, & ejuſdem S. Auguſtini, omnium Sanctorum, Conſecrationis, ſeu Dedicationis dicti Monaſterii, & in omnibus Sanctorum ſolemnioribus ejuſdem Monaſterii feſtivitatibus, quibus ſpecialitèr conſuevit multitudo Fidelium convenire in Eccleſia dicti Monaſterii præferretur, ut Miſſam ſolemniorem diebus hujuſmodi celebraret, & in ſolemniori prædicatione ipſis diebus prædicaret ſi hoc vellet idem Abbas; ſi autem celebrare, aut prædicare nequiret, vel nollet ipſe Abbas, loco ejus, ſi tamen Monaſterium ipſum Priorem clauſtralem haberet, ipſe Prior clauſtralis in hujuſmodi celebratione, aut prædicatione ſuccederet, quo

ſiquidem

ſiquidèm Priore clauſtrali, ſi eum Monaſterium ipſum haberet, ut præfertur, celebrare, ſeu prædicare ſimilitèr non valente, tunc Prior eorumdem Fratrum dicti loci ſceundùm morem prædicti Ordinis Heremitarum, vel is, cui per Fratres ipſos hoc celebrationis, & prædicationis officium committeretur, de ipſis Miſſæ celebratione, ac prædicatione diſponeret, prout eidem videretur faciendum; aliis verò diebus tàm Dominicis, & feſtivis, quàm etiam ferialibus, quotieſcumque prædicari, necnon in antedictis feſtivitatibus, ſeu ſolem noribus diebus, præterquàm in prædicatione ſolemniori, ut ſuprà exprimitur; ſi in eiſdem feſtivitatibus, ſeu ſolemnioribus diebus eadem forsàn die pluriès in eodem Monaſterio contingeret prædicari, prædicationes hujuſmodi Fratres, vel ille, cui hoc ipſi juxtà morem hujuſmodi committerent, diſtribuerent, & aſſignarent, etiam ipſi Abbati, prout eis videretur expedire, in ſedendo verò in eadem Eccleſia quibuſcunque diebus, ipſe Abbas ſolemniorem locum teneret, ipſique Canonici juxtà eum. In Proceſſionibus autem dictus Abbas eſſet ultimus, ipſumque proximè præcederent Prior clauſtralis, & Canonici prælibati; ſervatis tamen per eos quoad alios viros Eccleſiaſticos, Religioſos, & Sæculares in incedendo loco, & ordine hactenùs per ipſos in Proceſſionibus conſuetis; pręfati autem Fratres in incedendo in Proceſſionibus hujuſmodi, antiquum locum, & ordinem ſuum ſervarent, de aliis inſupèr Miſſis Conventualibus in dicta Eccleſia eelebrandis, ipſe prædeceſſor talitèr ordinavit, & voluit obſerſiari, quòd Abbas, Canonici, & Fratres prædicti, dividerent, ſeu aſſignarent inter ſe, juxtà numerum perſonarum ſufficientiam, & expedieutiam eorundem, qualitèr aliquos Abbas ſi ad hoc vacare vellet, & aliquas Canonici, & nonnullas Fratres prædicti Miſſas celebrarent, & alia officia, ſivè per hebdomadas, ſivè ſingulis diebus, ſeu aliâ, prout expedientia exigeret, & decentia ſuaderet partirentur: voluit etiam idem prædeceſſor, ut diviſio, & partitio hujuſmodi, & Miſſarum celebrandarum, ac totius Divini Officii diurni, & nocturni aſſignatio; incipiendo tamen primò in Abbate, ſi, ut permittitur ad id vacare vellet, & in Canonicis pręlibatis, deindè ad Fratres perveniendo prædictos, necnon pulſatio Campanarum ad Divna Officia Vivorum, & Mortuorum, Horis Canonicis, ad eundem Priorem prædictorum Fratrum, vel ad illum, cui hujuſmodi officium diviſionis, partitionis, aſſignationis, & Campanarum pulſationis juxtà morem eorumdem Fratrum commiſſum foret, dcberet pertinere, idem quoque voluit obſervari ſi pluriès eadem die Miſſæ Conventuales in eadem Eccleſia celebrareutur; ut puta una de die, & altera de Sancta Maria, vel de Spiritu Sancto, vel iu ſimilibus, aut pro Vivis, vel Defunctis, ut iuter eoſdem Abbatem Canonicos, & Fratres ſicut prætangitur dividerentur, & etiam aſſignarentur, reſervata dictis Abbati, & Priori clauſtrali ſi eſſet ibidem prærogativa, in celebratione ſolemnioris Miſſæ, in feſtivitatibus, ſivè diebus ſolemnioribus prædictis, quemadmodùm ſuperiùs eſt expreſſum. Prohibuit autem nè dicti Fratres de audiendis Confeſſionibus Parochianorum ejuſdem Eccleſiæ dicti Monaſterii, & de Sacramentis Eccleſiaſticis miniſtrandis eiſdem, ſe aliquatenùs intromitterent, niſi juxtà formam Conſtitutionis fel. record. Boniſacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri ſuper hoc, & certis aliis articulis editæ, ac per piæ memoriæ Clementis Papæ V. prædeceſſorem noſtrum innovatæ, necnon ſecundùm Conſtitutionem à Clemente prædicto editam nè Religioſi certa Sacramenta Eccleſiaſtica, Clericis, & Laicis miniſtrare præſumant, ſinè Parochialis Presbyteri licentia ſpeciali, aut permiſſione Jurium aliorum, ſed ipſorum Parochianorum Confeſſiones audirent, & eis Sacramenta prædicta miniſtrarent dicti Abbas, & Canonici, vel alii in dicto Monaſterio, vel alibi, quibus hæc anteà competebant, ptout Juris exiſteret, & conſueviſſent temporibus anteactis. De ſepulturis verò, qui ſepelirentur apud Monaſterium antedictum, & de Funeralibus, quæ ratione corporum ipſorum Defunctorum obvenirent, ex certis cauſis legitimis intèr eoſdem Abbatem, Canonicos, & Fratres tunc non diſpoſuit, nec etiam ordinavit ipſe Joannes prædeceſſor noſter, ſed illorum diſpoſitionem, & ordinationem ſibi

ſibi, & Sedis Apoſtolicæ in poſterum duxit reſervandas; niſi dumtaxat de Parochianis antiquis Eccleſiæ Monaſterii prælibati, qui ſepelirentur apud Monaſterium antedictum, de quorum funeralibus, & legatis, ſeu relictis, aliiſque quibusvis oblationibus, & obventionibus, quæ ratione corpus ipſorum Parochianorum provenirent, totum ut erat hactenus conſuetum, cederet Abbati, & Canononicis memoratis. Præterea ordinavit, & voluit ipſe Joanes prædeceſor, ut oblationes, quæ offerentur in Altari, vel alibi in Monaſterio prælibato in pecunia, pannis, & ſimilibus, niſi offerentes expreſſe diſtinguerent quid, qnantumvè vellent eſſe Abbatis, & Canonicorum, & quid quantumvè Fratrum, eſſent commuues Abbati, & Canonicis, ac Fratribus antedictis, ut videlicet Abbas, & Canonici medietatem, & Fratres præfati reliquam medietatem oblationum haberent earundem, Aliæ verò oblationes, quæ ſpecialiter prædictis Abbati, & Canonicis à fidelibus datæ forent, cederent eis, illæ autem hujuſmodi oblationes, quæ ſimiliter eiſdem Fratribus à dictis fidelibus exiſterent erogatæ, remanerent Fratribus memoratis, ea tamen quæ ad uſum Altaris, vel Eccleſiæ, pro luminaribus, vel aliis ad Divinum cultum donata forent à fidelibus prælibatis, in uſu hujuſmodi ſecundum juris exigentiam expenderentur fideliter, & etiam converterentur. Si autem ſuper prædictis, vel aliquo, ſeu aliquibus eorundem, ac circa ea inter Abbatem, & Canonicos ex parte una, & fratres præfatos ex altera contingeret aliquam ambiguitatem oriri, eiſdem Abbati, Canonicis, & Fratribus licentiam conceſſit, ut ſuper iis inter ſe poſſent, quod eis videretur expedire ſalubrirer ordinare, ac petere ordinationem hujuſmodi à Sede prædicta, ubi opus foret confiimari, ac declaravit idem Joannes prædeceſſor ſuæ intentionis exiſtere, & velle, quod prædictis Abbati, & Canonicis, eorumque ſucceſſoribus in perpetuum inconcuſſa, & illibata permanerent omnia, & ſingula privilegia, indulgentiæ, expentiones, libertates, immunitates, decimæ, Prioratus, aliaque membra, grangiæ, Eccleſiæ, Capellæ, Caſtra, Villæ, Caſalia, maneria, domus vineæ, poſſeſſiones, paſcua, nemora, Sylvæ, Stagna, Lacus, Molendina, decurſus aquarum, aliaque bona mobilia, & immobilia, juſpatronarus, terrarumque jura, actiones, & juriſdictiones ipſorum, ac dicti Monaſterii in quibuſcumque, & ubicunque conſiſteret, & quibuſcunque nominibus cenſerentur, ut ea omnia, & ſingula plenè, ac liberè haberent, ipſiſque gauderent, & uterentur prout ad ipſos pertinebant, quibuſque juſtis modis, ſeu titulis, ac eis competeret ex privilegio, coſuetudine, vel de jure; itaque nullum eis quoad præmiſſa privilegia, & alia prænominata jura, & bona ipſorum, ſeu aliqua, vel aliquas eorundem præjudicinm generaretur, vel obſtaculum valeret quomodolibet interponi, per prędicta quoque idem Joannes prędeceſſor non intendebat, ut dicti Fratres ipſius Abbati, & Conveutui, ſeu Canonicis eſſent ſubiecti, nec etiam è converſo, ſed Canonici prędicti, prout tunc Abbati ſuberant eidem ut corrigerentur, & punirentur, ubi neceſſe forent ab eodem, necnon obſervarent ſuam regulam, ſuaſque licita, & honeſtas conſuetudines ſicut prius, prædicti vero Fratres ſecundum regulam eorundem, & privilegia, & indulgentias dictæ ſedis ipſi ordini Heremitarum indultas, ſuaſque conſuetudines, & conſtitutiones licitas, & honeſtas viverent, & à prælatis corrigerentur eorum, & punirentur, prout opus foret ſecundum ſui ordinis diſciplinam, necnon venerabilibus fratribus noſtris Papienſi, & Terdoneſi Epiſcopi, ac dilecto filio Archidiacono Sigaloniæ in Eccleſia Aurelianen. mandavit, quòd ipſi vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios ſtatutum, ordinationes, decretum, & voluntates ſupraſcripta curarent auctoritate Apoſtolica executioni debitæ demandare, eaque facerent firmitèr obſervari, dictoſque Priorem Generalem, & Fratres non permitterent, contra, ſtatutum ordinationes decretum, & voluntates, præfatam ab aliquibus indebitè moleſtari, moleſtatores hujuſmodi, & contradictores quoslibet, & rebelles, per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, prout in ipſis litteris plenius continetur. Poſtea verò ſicut exhibita nobis nuper pro parte dil. filiorum Prioris, &

Fratrum

Fratrum domus Papien. ordinationis eorumdem Fratrum petitio conrinebat, quòd poſtquàm vigore dictarum litterarum unus Prior, & certi Fratres prædicti Ordinis, ad reſidendum propè dictum Monaſterium, & ad Divina hujusmodi in eadem Eccleſia prędictis Monaſterii pro tempore ce lebranda deputati fuerunt, quondam Guglielm. de Cremona Prior Generalis prædicti Ordinis ipſorum Prioris, & Fratrum ejuſdem domus, accedente conſenſu ex una parte, ac quon. Philipp. Abb. dicti Monaſterii, & prædicti Conventus ex alia circà Cultum Divinum per ipſos indè pro tempore in eadem Eccleſia celebrandum, & etiam diviſionem hujuſmodi funeralium majorum paritèr, & minorum, & relictorum Eccleſiæ prædictæ, necnon oblationum, quæ pro tempore fierent in eadem Eccleſia inter eoſdem Abbatem, & Conventum, & Priorem, & Fratres prædictæ Domus faciendam, & expenſis circa reparationem Eccleſiæ prædictæ pariter etiam pro tempore faciendis, necnon etiam pro tranquilloſta tu eorum, ac fœdere concordiæ inter eos manſuræ, quædam aliæ conventiones, & pacta fuerunt, inierunt etiam vi litterarum prædictarum certis pœnis tunc expræſſis vallar, quod ſucceſſivè cæteri Abbates dicti Monaſterij, qui pro tempore fuerunt, necnon hujuſmodi Conventus, quas poſſeſſiones dicti, & propè illud conſiſtentes, eiſdem Priori, & Fratribus Domus prædictæ prohabitatione ipſorum penès dictam Eccleſiam, ſub annuo cenſu in emphytheoſim conceſſerunt, ſeu in eos venditionis cauſa, ſeu aliter tranſtulerunt, ipſique Prior, & Fratres Domus ejuſmodi, hujuſmodi poſſeſſiones vigore conceſſionis, ſeù translationis prædictarum ex tunc poſſederunt, & poſſident, & quod poſtea dilectus filius Dioniſius Abbas dicti Monaſterij, necnon prędictus Conventus minus veraciter prætendentes, quòd ipſi Prior, & Fratres Domus ejuſdem, ipſos Dioniſium Abbatem, & Conventum, quibuſdam portionibus quorundam funeralium, & oblationum, necnon relictorum tunc expreſſorum, quæ ipſis Dioniſio Abbati, & Conventui, ratione hujuſmodi Eccleſiæ, ac etiam Conventionum, & pactorum debebantur, indebitè ſpoliaſſent, ac etiam hujuſmodi cenſum per certos annos tunc præteritos ipſis Abbati, & Conventui non ſolviſſent, & propterea dictas poſſeſſiones ad ipſum Monaſterium devolutas exiſtere, ac ipſos Priorem, & Fratres Domus præfatæ, nonnulla bona, & jura, & res ad ipſum Monaſterium ſpectan. ſimiliter tunc expręſſa, contra juſtitiam detinuiſſe, & detinere, ac eoſdem Priorem, & Fratres Domus hujuſmodi contra litterarum, necnon conventionum, & pactorum præfatorum formam, multipliciter ipſos Abbatem, & Conventum moleſtaſſe, ac moleſtare, & propterea etiam eoſdem Priorem, & Fratres Domus præfatæ, in dictas pænas incidiſſe, ipſoſque Priorem, & Fratres Domus prædictæ omne jus, quòd eis vigore litterarum, necnon conventionum, & pactorum præfatorum, in ipſis poſſeſſionibus, ſeu ad illas competiit amiſiſſe, ac jus ingrediendi dictam Eccleſiam per portam prædictam, & eam aperiendi, & claudendi ad eoſdem Abbatem, & Conventum, & non ipſos Priorem, & Fratres dictæ Domus pertinere, ſuper hoc petendo decerni, & declarari prædictas poſſeſſiones ad idem Monaſterium devolutas fore, ipſoſque Priorem, & Fratres prædictæ Domus, contra litteras, conventiones, & pacta hujuſmodi temerè veniſſe, ac feciſſe, & jus claudendi, & aperiendi portam hujuſmodi, & etiam Eccleſiam ab eoſdem Abbatem, & Conventum dumtaxàt, non ad ipſos Priorem, & Fratres Domus prędictæ pertinere, ut præfertur, ſibique illud adjudicari, & ſuper eo, ac ipſis moleſtationibus eiſdem Priori, & Fratribus Domus prædictæ perpetuum ſilentium imponi, necnon eoſdem Priorem, & Fratres prædictæ Domus ad ſolvendum, & reſtituendum eiſdem Abbatì, & Conventui ſubtractas portiones præfatas funeralium, oblationum, & relictorum præfatorum coràm Venerab. fratre noſtro Gulielmo Epiſcopo Papien. Conſervatore, Abbati, & Conventui contra inferentes eis ſuper bonis, & rebus ad ipſum Monaſterium ſpectan. moleſtias, vel jacturas à Sede Apoſtolica pro ipſius Sedis litteras deputato, & habente cognoſcendi de his quæ judicialem requirunt indaginem, per eaſdem litteras poteſtatem, præ-

textu

textu earundem litterarum, in quibus ipſe Epiſcopus deputatusConſervator extiterat, ut præfertur, fecerunt ad judicium evocari, ac ipſi Prior, & Fratres Domus prædictæ, aſſerentes, quòd ipſi nonnullas in ipſa Eccleſia, ac ejus reparatione, ac etiam in certis aliis communibus urilitatibus ipſorum Prioris, & Fratrum Domus prędictæ, & Abbatis, & Conventus, in quibus ipſi Abbas, & Conventus contribuere tenebaurur medias expenſas, etiam tunc expreſſas fecerunt, ipſique Abbas, & Conventus, ad illas contribuere de facto recuſabant ſuper illis, & etiam certis alijs rebus, ſimiliter tunc expreſſis, eoſdem Abbatem, & Conventum coràm eodem Gulielmo Epiſcopo reconvenerunt, & deindè cum idem Gulielmus Epiſcopus prætextu earundem litterarum, in quibus Conſervator deputatus fuit, ut præfertur, & ſucceſſivè certus per eum deputatus Sub-Conſervator tunc expreſſus, prætextu litterarum in quibus ipſe Gulielmus Conſervator deputatus erat, & ſubdelegationis hujuſmodi, ad certos actus in cauſa hujuſmodi citrà ramen definitivæ ſententiæ prolationem inter ipſas partes proceſſiſſent, & ſucceſſivè Gulielmi, & Sub-Conſervatorum præfatorum in hac parte juriſdictione finita, idem Gulielmus Epiſcopus, cui Vener.frater noſter Epiſcopus Novarien, Conſervator ſub conſimili poteſtate eiſdem Abbati, & Conventui, de novo per eandem ſedem deputatus, prætextu ejuſdem novæ poteſtatis, vices ſuas in hac parte commiſit hujuſmodi novarum, ut ſibi dictæ commiſſionis factæ prætextu, ulteriùs in ipſa cauſa procedens, definitivam partim pro Abbate, & Conventu, & partim pro Priore, & Fratribus, Domus prædictæ ſententiam promulgavit; a qua quidem ſententia, pro parte præfatorum Prioris, & Fratrum Domus pręfatæ, in eo quo contra eos lata fuit, ad Sedem extitit appellatum eandem. Noſque cauſam appellationis hujuſmodi, bonæ memoriæ Franciſco Epiſcopo Præneſtinen. S.R.E. Vicecancellario, ad inſtantiam eorundem Prioris, & Fratrum Domus prædictæ audiendam commiſimus, & fine debito determinandam, non obſtan., quod cauſa ipſa de ſui natura ad Romanam Curiam legittimè devolura, & apud eam tractanda, & finienda non eſſet, & deindè prædicto Franciſco Epiſcopo, poſtquam in hujuſmodi cauſam ad certos actos inter partes ipſas proceſſerat vita functo, nos cauſam hujuſmodi tibi audiendam commiſimus, & fine debito terminandam; poſtmodùm verò pro parte dicti Prioris, & Fratrum Domus prædictæ nobis expoſito, quòd cum ipſi, qui quadraginta ſuut numero, vel circa, & arcta paupertate gravantur hujuſmodi officijs Divinis, & ſermonibus ad populum ferè ſexaginta annis proxim. præter. intenti fuerint, & exiſtant, & ob reverentiam dicti Sancti ipſam Eccleſiam in ornamentis, & paramentis quoad hujuſmodi cultum in ipſa Eccleſia ſolemniùs peragendum ſumptuosè decorarint, & ipſam Eccleſiam reparaverint, & eam cooperiri fecerint, præfatique Abbas, & Conventus, qui octo, vel novem ſunt numero, in facultatibus competenter abundent, ipſaque Eccleſia per eoſdem Priorem, & Fratres Domus prædictæ magis honoretur, ac inibi per eos in Divinis Officiis antedictis diligentiùs celebretur, quàm per Abbatem, & Conventum memoratos,& quià etjam ad ipſam Eccleſiam Fidelium concurſus minùs ſolito habetur, pro eo, quod in fortalitio Papien. conſiſtit, & quod accedere ad ipſam Eccleſiam volentibus Chriſtifidelibus ad eorum nutum non patet acceſſus, & proptereà etiam ipſi Prior, & Fratres Domus prædictæ, hujuſmodi fidelium ſuffragijs præſertim, pro conſervatione Eccleſię, tecti, necnon ornamentorum, & paramentorum hujuſmodi, & alias eleemoſynis opportunis minùs ſolito recrehentur, ipſique Prior, & Fratres Domus prædictæ dubitent, quod primum fatale infra, quod appellationis cauſam hujuſmodi proſequi renebantur, debita per eos interim diligentia non ſit facta, ſequs propterea, necnon etiam per eandem ſententiam enormiter forè læſos pro parte ipſorum Prioris, & Fratrum Domus præfatæ fuit nobis humilitèr ſupplicatum, ut hujuſmodi pœnas ſi quas prætextu dicti cenſus, ſolutione per eos à viginti annis proximè prateriti, aut circà non facta, occaſioue poſſeſſionum prædictarum, Abbati, & Conventui prædictis, & etiam con-

conventionum, & pactorum præfatorum, forſan per eos uſquequaque non obſervatorum, quomodolibet incurrerunt, annullare, & ceſſare, eoſque contrà fatale prædictum in integrum reſtituere, ac aliàs eis in præmiſſis opportunè providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ſtatum, & tenorem ſententiæ, ac omnium pręmiſſorum habentes pręſentibus pro expreſſo, & attendentes, quòd ſi lis hujuſmodi protenderetur in longum, ex hoc Eccleſia ipſa divinis obſequiis hujuſmodi defraudari, ac etiam alia mala ſequi veriſimilitèr poſſet, & prętetea hujuſmodi litis anfractus amputare, ut convenit, ac ęquitate penſata dicta ſententia, ut ſequitur ex providentia Apoſtolica reformari volentes hujuſmodi Prioris, & Fratrum domus pręd ictæ in hac parte ſupplicationibus inclinati, ipſos in integrum, & ad priſtinum ſtatum, in quo erant antè fatale prędictum, quoad proſequendum appellationem pręfatam, in eis, & circa ea, in quibus ipſa ſententia inferiùs per nos non reformatur, auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium reſtituimus per præſentes, ac ex certa ſcientia determinamus . . . . ſuper bonis immobilibus, de quibus inter dictas partes controverſia fuit, dicti Prior, & Conventus ſint, & eſſe cenſeantur in eo Jure, & ſtatu, in quo erat antè prætenſam ſolutionem hujuſmodi annui cenſus, ſeu præſtationis quocumque nomine nuncupentur, occaſione poſſeſſionum prædictarum, & quòd dictæ poſſeſſiones, quæ ad eoſdem Abbatem, & Capitulum, ac Monaſterium, ut prætenditur, exiſtunt devolutæ proptèr cenſum non ſolutum hujuſmodi à viginti annis, ut præfertur, aut citrà, vel circà, in eodem ſtatu maneant, ac ſi hujuſmodi cenſus debitus continuè fuiſſet perſolutus Abbati, & Conventui prædictis per Priorem, & Fratres Domus ejuſdem, ita quod ipſi Prior, & Fratres prædictæ Domus hujuſmodi cenſum debitum ſolvere teneantur Abbati, & Conventui ſæpedictis omnes prædictas pœnas, quas ipſi Prior, & Fratres Domus præfatæ, occaſione conventionum, & pactorum prædictorum per eos uſquequaque non obſervatorum, ut præfertur, forſàn hactenùs quomodolibet incurrerint, auctoritate præfata pœnitùs annullamus, & caſſamus. Quo circà circumſpectioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs per te, vel alium, ſeu alios annullationem, caſſationem, & decretum noſtrum prædicta, ubi, & quandò expedire videris, auctoritate noſtra ſolemnitèr publicando, facias ea firmitèr obſervari, non permittens contrà ea ipſos Priorem, & Fratrem Domus præfatæ per eoſdem Abbatem, & Conventum, ſeu quoſvis alios conjunctim, vel diviſim moleſtari quomodolibet, ſeu vexari, Contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo; ſuper aliis verò, videlicèt in ipſa ſententia deductis, per nos non caſſatis, & annullatis, auditis hinc indè propoſitis, quòd Juſtitiæ fuerit ſummariè ſimplicitèr, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura Judicii, terminis etiam in talibus obſervari conſuetis abbreviatis, auctoritate prædicta decernas, faciens, quod decreveris per camdem Cenſuram firmitèr obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compelles veritati teſtimonium perhibere, litteris dicti Joannis prædeceſſoris, ac conventionibus, & pactis hujuſmodi, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, necnon lapſu fatalis ejuſdem, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis, & aliis contrariis, non obſtan. quibuſcumque, ſeu ſi dictis Abbati, & Conventui à Sede prædicta ſit indultum, quòd ipſi, vel aliæ perſonæ dicti Ordinis S. Auguſtini ad Judicem trahi, ac ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu ipſe, aut ipſius Ordinis loca interdici non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis Indulgentia generali, vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus, non expreſsè, vel totaliter, non inſertam tuæ Juriſdictionis executio in hac parte valeat quomodolibet impediri, quæ quoad hæc eis nolumus in aliquo ſuffragari.

Dat. Romæ apud S. Petrum VII. Idus Aprilis Pontif. noſtri Anno V. 1394.

Gratis pro Deo de mandato Domini noſtri Papæ.

P. de Boſco. Franciſcanus.

Pri-

Privilegium Bonifacii Papæ IX. pro Canonica S. Frigdiani Lucenſis.

Eſt Lucæ. BONIFACIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Priori Eccleſiæ S. Frigdiani Lucani Ordinis S. Auguſtini. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Sacræ Religionis, in qua mundanis abdicatis illecebris, virtutum Domino in humilitatis ſpiritu devotum, & ſedulum famulatum impendis promeretur honeſtas, ut illa tibi liberalitèr concedamus, per quæ Chriſtifideles ad complacendum ei faciliùs inducas.

Oblata ſiquidèm nobis nupèr pro tui parte continebat, quòd dudùm fel. rec. Urbanus Papa VI. prædeceſſor noſter tibi gratioſè conceſſit, quòd Prior dictæ Eccleſiæ, qui foret pro tempore Miſſarum ſolemnia, & alia Divina Officia liberè, & licitè poſſet pontificalitèr celebrare. Tu, quæ propterea, ut ad dicta Officia eò libentiùs confluat major Populi multitudo, quo ubetius dono cæleſtis gratiæ conſpexerint ſe refectos, nobis humilitèr ſupplicaſti, ut in fine dictorum Miſſæ, & Officiorum ſolemnium, concedendi auctoritate noſtra ipſis aſſiſtentibus aliqualem Indulgentiam facultatem elargiri, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Noſque cupientes reddere Domino Populum acceptabilem, & bonorum operum ſectatorem, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, Priori præfatæ Eccleſiæ pro tempore exiſtenti, dum Miſſam, & alia Divina Officia in Pontificalibus celebrabit, in fine dictorum Miſſæ, & Officiorum; univerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus prædictis aſtantibus, relaxandi quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis, de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, facultatem plenariam, tenore præſentium elargimur. Tibique poteſtatem, Populo prædicto aſtanti concedimus nunciari faciendi. *Indulgentia 40. dierum.*

Nulli ergò omninò hominum liceat paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Romæ apud S. Petrum VIII. Idus Aprilis Pontificatus noſtri Anno XI. 1400.

Litteræ Bonifacii Papæ IX. ad Abbatem S. Petri Papiæ, necnon Priores Sancti Frigdiani Lucæ, & Sancti Auguſtini Nicoſiæ Piſarum, pro obſervatione Conſtitutionum Benedicti XII.

Eſt Papiæ. BONIFACIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Abbati S. Petri in Cœlo Aureo Papien. & S. Frigdiani de Luca, ac S. Auguſtini de Nicoſia Piſanen. Diœceſis Monaſteriorum Prioribus per Priores ſolitorum gubernari. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem: Cum cura paſtoralis officii nobis ex alto Divina Providentia commiſſi, ſe libentèr exerceat, ut omnes plantationes plantatæ in Agro Dominico Aqua ſalutis irrigentur, bonis fructibus exornentur, & ab eis rami infructuoſi amputentur, maximè circà illam, quam eximius Doctor Auguſtinus à principio naſcentis Eccleſiæ diſſertiſſimè plantavit, & ex qua eadem Eccleſia longiſſimis retroactis temporibus, dulciſſimos fructus deguſtavit, quià incuria excolentium eam, noſcuntur Alvei Aquarum eam irrigantium obſtruſi, Arbores nobiliſſimæ inciſæ, & ea tota ſpinis, & tribulis referta, ad evulſionem ſpinarum, & tribulorum hujuſmodi, inſtituit operationis ſuę ſtudium adhibere, dudùm ſiquidem fel. record. Benedictus Papa XII. prædeceſſor noſter, ſumma cum vigilantia, & diligentia ad reformationem, ornatum, & ſtatum dictæ plantationis, quæ ſcilicèt eſt

Religio

Religio Canonicorum Regularium ejuſdem Sancti, fecit quaſdam ſolemnes, atque laudabiles Conſtitutiones, in quibus inter alia, ut eædem diligentiùs ſervarentur ordinavit de quadriennio in quadriennium fieri Capitulum provinciale ſecundùm diſtinctionem Provinciarum per eumdem prædeceſſorem in prænominatis Conſtitutionibus diſtinctarum, & ad hoc inchoandum in Archiepiſcopatibus Mediolanenſibus, Januen., Piſanen. & Ravennaten., quos pro una voluit computari Provincia cum Epiſcopatibus Placentinen., Ferrarien., Arminen. per ſuas litteras mandavit certo tunc Abbati Monaſterii S. Petri in Cælo Aureo Papien., & Præpoſito S. Georgii de Ferrarola propè Ferrariam dicti Ordinis, ut ſi ambo non poſſent, unus eorum, qui meliùs poſſet intereſſe, citaret omnes, & ſingulos Abbates Monaſteriorum, Abbates proprios non habentes, & etiam Priores Cathedralium Eccleſiarum Ordinis, ſeu Religionis ipſius, & alios majores in ipſis Eccleſiis exiſtentes poſt Antiſtites earumdem, ad Capitulum celebrandum apud unum de Monaſteriis Provinciæ prædictæ ad hoc aptum, ſi reperiri poſſet, alioquin apud locum alium ſecurum, & congruum, diemque primum inchoandi Capituli, cum continuatione dierum ſequentium, & locum per proprias litteras eiſdem intimando, & per quem Miſſa ſolemnitèr celebrari, ſermoque convenientibus ad dictum Capitulum fieri debeat, perindè ordinando, quæ prædictus Abbas, quià dictus Prior deceſſerat ſolus executioni demandavit fidelitèr. Nunc autem ſicut fide digna relatione didicimus, Abbates, Priores, & alii Adminiſtratores Religionis ejuſdem, animarum ſuarum ſalutis immemores, divino timore poſtpoſito, hujuſmodi tàm ſalubre ſtatutum de hujuſmodi Capitulo celebrando à pluribus annis citrà neglexerunt, & ultrà plures ex ipſis multa mala accumulantes Monaſteria ſibi commiſſa Canonicis evacuaverunt, & fructus, qui deberent colere in uſum Gregis ſibi commiſſi, & Pauperum, ſoli malè conſumunt, & poſſeſſiones Eccleſiarum in grave damnum earumdem, parentibus vili pretio in perpetuum concedunt; nonnulli verò, contrà eorum Regulam, & Conſtitutiones Canonicas reſiſtere non valentes, de poſſeſſionibus cum Canonicis partes fecerunt, & quidam plura enormia committunt, quæ honeſtatis cauſa volumus ſilentio præterire; quæ omnia prædicta locum non habuiſſent ſi hujuſmodi Capitulum fuiſſet continuè celebratum. Nos igitur nolentes huic morbo operationis noſtræ medelam adhibere, diſcretioni veſtræ, de qua gerimus in Domino fiduciam pleniorem per Apoſtolica ſcripta committimus, ac ſtrictè præcipiendo mandamus, quatenùs pro celebrando hujuſmodi Capitulo, & impoſterùm ſi contingat aliqua de cauſa de cætero Capitulum ipſum ceſſare, quòd fieri non credimus, in dicta Provincia ſuperiùs terminata, locum, vbi reſideant aliqui Novitii ejuſdem Ordinis, ſeu Religionis ad hoc aptum, ſi in ea reperiri valeat, alioquin locum alium ad hoc congruum, & ſecurum, & diem ad id etiam congruam cum continuatione dierum ſequentium eligentes, Abbates, Priores, & alios prænominatos ad hujuſmodi Capitulum convocare curetis diem, & locum prædictos eis per noſtras litteras nihilominùs intimantes, per quem in ipſo Capitulo Miſſa ſolemnitèr celebrari, ſermoque convenientibus ad dictum locum fieri debeat proindè ordinando. Eodemque Capitulo congregato, faciatis aliquas perſonas idoneas per ipſum Capitulum eligi, quæ dicto proximo Capitulo præſideant, eaque faciant, & adimpleant, quæ juxta prænominatas dicti prædeceſſoris noſtri Ordinationes, & alias per præſidentes hujuſmodi Provincialibus Capitulis faciendas, ſtatuta quoque, & ordinationes prædictæ, quæ ſub Bulla dicti prædeceſſoris in præfato Monaſterio S. Petri in Cęlo Aureo diligentèr dicuntur cuſtodiri, in eodem Capitulo de novo publicetis, ac legi, & auſcultari, & de verbo ad verbum intelligibilitèr faciatis: omnes Abbates, Priores, & alios prædictos, qui convenerint ad Capitulum memoratum, necnon procuratores abſentium monendo, etſi neceſſe fuerit auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo, ut ipſorum ſtatutorum, ſeu ordinationum copiam, ſub authentica ſcriptura recipiant, dummodò alias non habeant, illam ad Eccleſias, Monaſteria, ſeu loca ipſorum fidelitèr delaturi, quæ etiam in dictis Eccleſiis, Mo-

naſteriis, atque locis legi faciant, & diligentiùs cuſtodiri,ac etiam obſervari. Volumus inſupèr, ut celebrato dicto Capitulo,ad Eccleſias Cathedrales, Monaſteria, vel loca alia Conventualia ejuſdem Ordinis, ſeu Religionis infrà eamdem Provinciam exiſtentia conjunctìm, vel diviſim, prout adinvicem conveneritis perſonalitèr accedatis, de ipſorum necnon membrorum ſuorum facultatibus, ac quot Canonici eſſe conſueverunt in eiſdem, quot etiam de dictis facultatibus in Conventibus eis, ſupportatis oneribus commodè valeant ſuſtentari diligentèr inquiratis. Noſque de præmiſſis per diligentem, & fidelem relationem plenariè informare curetis, ut conſideratis facultatibus, & oneribus ſupradictis, certum eis Canonicorum numerum ſtatuere valeamus. Inſupèr, ut in exequendis præmiſſis, vos non contingat expenſis propriis prægravari, pro diebus ſingulis, quibus poſt dictum Capitulum celebratum, in prædictæ exequutionis proſequutione fueritis, eundo, morando, redeundo, cuilibet veſtrum exigendi, & recipiendi quinquaginta Turonenſes argenti dumtaxàt, vel eorum valorem ab Eccleſiis, Monaſteriis, aliiſque locis prædictis conventualibus, & membris eorum congrua per vos, vel veſtrum alterum illis inter Eccleſias, Monaſteria, loca, ac membra prædicta diſtributione facta, ita quod nihil aliud ultrà quinquaginta Turonenſes prædictos vos, aut familiares veſtri ab Eccleſiis, Monaſteriis, locis, vel membris prædictis, vel a Prælatis, ſub quibusvis perſonis ipſorum petere, exigere, vel à volentibus ſolvere, ſeu dare, recipere præſumatis; alioquin pænis contrà Viſitatores in Provincialibus Capitulis deputandos, & familiares eorum præter expenſas eis in victualibus miniſtrandis, pecuniam, aut munera recipientes in prædictis conſecutoribus inflictis, vos & dictos familiares veſtros volumus ſubjacere. Contradictores quoque in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum per Cenſuram Eccleſiaſticam, & alia opportuna remedia compeſcendi, non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis, & conſuetudinibus Cathedralium Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum locorum ejuſdem Ordinis, ſeu Religionis, Provinciæ prædictæ, contrariis Juramentis, confirmationibus Apoſtolicis, aut quibusvis firmitatibus aliis roboratis. Seu ſi Abbatibus, Capitulis, aut Prioribus ſupradictis, conjunctìm, vel diviſim, à præfata Sede indultum exiſtat, quòd excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſint, per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indultis hujuſmodi mentionem, aut quibusvis Conſtitutionibus, ſtatutis, privilegiis, Indultis, vel litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus contrariis, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totalitèr non inſerta, earum effectus impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua quorumq; totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis, plenam, atque liberam tenore præſentium concedimus facultatem. Quòd ſi non omnes, ambo, vel unus veſtrum præmiſſis exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum eam nihilominùs exequatur.

Datum Romæ apud S. Petrum VIII. Kalen. Aprilis Pontific. noſtri Anno XII. 1401.

Joannes de Bononia.

Bulla Sanctiſſimi Domini Bonifacii Papæ IX. pro Conſtitutione Leonis Abbatis, Eccleſiæ, & Canonicæ S. Petri Papiæ.

Eſt Papiæ.

BONIFACIUS Epiſcopus ſeruus ſervorum Dei. Dilecto filio Leoni Abbati Monaſterii S. Petri in Cœlo Aureo Papien. Ordinis S. Auguſtini. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Summi diſpoſitione Rectoris ad regimen univerſalis Eccleſiæ deputati, curis aſſiduis angimur, & aſſidua meditatione pulſamur, ut opem, & operam quantùm nobis ex alto conceditur impendamus, quo Orbis Eccleſiæ, & Monaſteria univerſa Paſtorum regimine deſtituta, per noſtræ providentiæ miniſterium, viris committantur idoneis, qui ſciant, velint, & valeant Eccleſias,

ſias, & Monaſteria ipſa eis commiſſa ſtudiosè regere, & felicitèr gubernare. Dudùm ſiquidem proviſiones Eccleſiarum Cathedralium,& Monaſteriorum omnium, tunc apud Sedem Apoſtolicam vacantium, & in anteà vacaturarum, ordinationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervantes, decrevimus ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his per quoſcumque, quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contingeret attentarì. Poſtmodùm verò Monaſterio S. Petri in Cælo Aureo Papien. Ordinis S. Auguſtini, ex eo apud dictam Sedem vacante, quòd dilectus filius Dionifius Canonicus tunc Abbas dicti Monaſterii, omni regimini, & adminiſtrationi ipſius Monaſterii, cui tunc præerat, per dilectum filium Megiſtrum Brandam de Caſtellione utriusque Juris Doctorem, & Palatii Apoſtolici Auditorem Capellanum noſtrum, procuratorem ipſius Dioniſii ad hoc ab eo ſpeciale, & ſufficiens mandatum habente in manibus dilecti fratris noſtri Baldaxaris S. Euſtachii Diaconi Cardinalis apud dictam Sedem ex certis rationabalibus cauſis liberè,& ſpontè ceſſit, idemque Cardinalis ceſſione hujuſmodi de ſpeciali mandato noſtro facto ſibi per nos ſuper hoc, oraculo vivæ vocis apud Sedem admiſit eamdem. Nos ad proviſionem ipſius Monaſterii celerem, & felicem, de qua nullus pratèr vos hac vice ſe intromittere potuit, neque poteſt, reſervatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis, nè Monaſterium ipſum longæ vacationis exponeretur incommodis paternis, & ſolicitis ſtudiis intendentes poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Mònaſterio perſonam utilem, et etiam fructuoſam cum fratribus noſtris habuimus diligentem. Demùm ad te Abbatem Monaſterii S. Petri in Verzolio extrà muros Papien. Ordinis S. Benedicti, conſideratis grandium virtutum meritis, quibus perſonam tuam (prout fidedignorum Teſtimoniis accepimus) Altiſſimus inſignivit, & quòd tu, qui regimini ejuſdem Monaſterii S. Petri in Verzolio hactenùs laudabilitèr præfuiſti, præfatum Monaſterium S. Petri in Cœlo Aureo ſcies, & poteris auctore Domino ſalubritèr regere, & felicitèr gubernare, direximus oculos noſtræ mentis, quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua, pro qua etiam dilecti filii Conventus dicti Monaſterii in Cœlo Aureo nobis humilitèr ſupplicarunt, nobis & eiſdem Fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem Monaſterio S. Petri in Cælo Aureo, non obſtante, quòd dicti Ordinis S. Benedicti profeſſor exiſtis, de eorumdem Fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica providemus, teque illi præficimus in Abbatem, curam, & adminiſtrationem ipſius Monaſterii S. Petri in Cœlo Aureo tibi in ſpiritualibus, et temporalibus plenariè committendo in illo, qui dat gratias, et largitur prę mia confidentes, quòd dirigente Domino actus ſuos, præfatum Monaſterium S. Petri in Cœlo Aureo, per tuæ laudabile diligentiæ ſtudium proſperè dirigetur, ac ſalubria dante Domino in eiſdem ſpiritualibus, et temporalibus ſuſcipiet incrementa. Volumus autem, quòd ex nunc illum geſtes habitum, qui in dicto Monaſterio S. Petri in Cęlo Aureo geritur, et habetur, et omnibus Inſtitutis Regularibus illius te conformes, et quòd ſolitus Canonicorum numerus in eodem Monaſterio nullatenus minuatur, quòdque antequàm poſſeſſionem adminiſtrationis bonorum dicti Monaſterii S. Petri in Cęlo Aureo recipias, in manibus Venerabilium Fratrum noſtrorum Novarien. vel Vicentini Epiſcoporum pręſtes fidelitatis debitæ Juramentum, juxtà formam, quam ſub Bulla noſtra mitrimus interclusſam, quibus, et eorum cuilibet per alias noſtras mandamus, ut à te noſtro, et Romanæ Eccleſiæ nomine, hujuſmodi recipiant, ſeu recipiat Juramentum. Quocirca diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus; quatenùs impoſitum tibi à Domino onus regiminis dicti Monaſterij S. Petri in Cœlo Aureo ſuſcipiens reverentèr, ſic te in ejus cura ſalubritèr exercenda diligentem exhibeas, et etiam ſtudioſum, quòd Monaſterium ipſum fructuoſo adminiſtratori, gaudeat ſe commiſſum, tuque pratèr æternę retributionis prę mium, noſtram, et dictæ Sedis Benedictionem, et gratiam, exindè uberiùs conſequi merearis.

Dat. Romæ apud S.Petrum II. Nonas Octobris Pontific. noſtri Anno XIII. 1402.

Littera SS. D. N. Bonifacii Papæ IX. ad Canonicos S. Petri Papiæ pro Leone Abbate.

Eſt Papiæ.

BONIFACIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filijs Conventui Monaſterii S. Petri in Cœlo Aureo Papien. Ordinis S. Auguſtini. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Summi diſpoſitione Rectoris ad regimen univerſalis Eccleſiæ deputati curis aſſiduis angimur, & aſſidua meditatione pulſamur, ut opem, & operam quantùm nobis ex alto conceditur impendamus, quo Orbis Eccleſiæ, & Monaſteria univerſa Paſtornm regiminis deſtituta, per noſtræ providentiæ miniſterium viris committantur idoneis, qui ſciant, velint, & valeant Eccleſias, & Monaſteria ipſa eis commiſſa ſtudiosè regere, & felicitèr gubernare. Dudùm ſiquidèm proviſiones Eccleſiarum Cathedralium, & Monaſteriornm omnium tunc apud Sedem Apoſtolicam vacantium, & in anteà vacaturorum, ordinationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervantes, decrevimus extunc irritum, & inane, ſi ſecùs ſupèr his per quoscumqne, quavis auctoritate, ſcientèr, vel ignorantèr contingeret attemptari. Poſtmodùm verò Monaſterio veſtro, ex eo apud dictam Sedem vacante, quod dilectus filius Dionifius Canonicus tunc Abbas dicti Monaſterii, omni regimini, & adminiſtrationi ipſius Monaſterii, cui tunc præerat, per dilectum filium Magiſtrum Brandam de Caſtellione utriuſque Juris Doctorem, cauſarum Palarii Apoſtolici Auditorem Capellanum noſtrum, procuratorem ipſius Dioniſii, ad hoc ab eo ſpeciale, & ſufficiens mandatum habentem, in manibus dilecti filii noſtri Baldaxaris S. Euſtachii Diaconi Cardinalis, apud dictam Sedem ex certis rationabilibus cauſis liberè, & ſpontè conceſſit, idemque Cardinalis ceſſionem hujuſmodi de ſpeciali mandato noſtro facto ſibi per nos ſupèr hoc oraculo vivæ vocis apud Sedem admiſit eamdem, nos ad proviſionem ipſius Monaſterii celerem, & felicem, de qua nullus præter nos ea vice ſe intromittere potuerat, neque poterat, reſervatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis; nè Monaſterium ipſum longæ vacationis exponeretur incommodis, paternis, & ſolicitis ſtudiis intendentes, poſt deliberationem, quàm de præficiendo eidem Monaſterio perſonam urilem, & eriam fructuoſam cum Fratribus noſtris habnimus diligentem, demùm ad dilectum filium Leonem prædicti veſtri, tunc S. Petri in Verzolio extrà muros Papien. Ordinis S. Benedicti Monaſteriorum Abbatem, conſideratis grandum virtutum meritis, quibus perſonam ſuam [prout fidedignorum Teſtimoniis accepimus] Altiſſimus inſignivit, & quòd ipſe Leo Abbas, qui Regimini dicti Monaſterii S. Petri in Verzolio hactenùs laudabilitèr præfuit, præfatum Monaſterium noſtrum ſciet, & poterit auctore Domino ſalubritèr regere, et utilitèr gubernare, ereximus oculos noſtræ mentis, quibus omnibus debita meditatioue penſatis, de perſona dicti Leonis Abbatis, pro qua etiam vos nobis humilitèr ſupplicaſtis, noſtris, et eiſdem Fratribus ad dictorum ſuorum exigentiam meritorum acceptam, eidem Monaſterio veſtro, non obſtante, quod idem Leo Abbas dicti Ordinis Sancti Benedicti profeſſor exiſtit, de eorumdem Fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica providimus, ipſumque illi præficimus in Abbatem, curam, & adminiſtrationem ipſius Monaſterii veſtri, eidem Abbati in ſpiritualibus, & temporalibus plenariè committendo, in illo, qui dat gratias, & largitur præmia confidentes, quod dirigente Domino actus dicti Abbatis, præfatum Monaſterium veſtrum per ſuæ laudabile diligentiæ ſtudium, proſperè dirigetur, ac ſalubria dante Domino in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiet incrementa. Volumus autem, quòd idem Leo Abbas ex nunc illum geſtet habitum, qui in dicto Monaſterio veſtro geritur, et illius Inſtitutis Regularibus, ſe conformet, quodque ſolitus Canonicorum, & Miniſtrorum numerus in eodem Monaſterio veſtro nullatenùs minuatur. Quocircà diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus; quatenùs eumdem Abbatem tamquàm Patrem, et Paſtorem animarum vel fratrum grato ad mitten-

admittentes honore, ac exhibentes ſibi obedientiam, et reverentiam debitam, ejus ſalubria monita, et mandata ſuſcipiatis humiliter, et efficacitèr adimplere curetis, alioquin ſententiam, quam idem Abbas ritè tulerit in rebelles ratam habebimus, et faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabilitèr obſervari.

Datum Romæ apud S. Petrum II. Nonas Octobris. Pontificatus noſtri Anno XIII. 1402.

P. de Montella.

Bulla Sanctiſſimi Domini Noſtri Alexandri Papę IV. pro Canonica Frigdionaria, quam ad nos dudùm tranſmiſſam inſerere libet, etiamſi exceſſerit ſerie.

ALEXANDER Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Priori, et Fratribus de Frigdionaria Ordinis S. Auguſtini Lucanæ Diœceſis. Salutem, et Apoſtolicam benedictionem. *Eſt Papiæ.*

Sacroſancta Romana Eccleſia devotos, et humiles filios, ex aſſuetæ pietatis officio propenſiùs diligere conſuevit, et nè pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia Mater ſuæ protectionis munimine confovere. Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato occurrentes aſſenſu, perſonas veſtras, et locum, in quo Divino eſtis obſequio mancipati cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabilitèr poſſidet, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci ſub Beati Petri, et noſtra protectione ſuſcipimus. Specialitèr autem poſſeſſiones, terras, reditus, et alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſtè, et pacificè poſſidetis, vobis, et per vos Eccleſiæ veſtræ, Apoſtolica auctoritate confirmamus, et præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis, et confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Viterbii VI. Idus Aprilis. Pontific. noſtri Anno IV. 1258

Gregorii Papæ XII. pro Canonica Frigdionaria exemptio, quæ primitùs ad Reformatos manavit.

GREGORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Priori, et Conventui S. Mariæ de Friſionaria, per Priorem ſoliti gubernari, Ordinis S. Auguſtini Lucanæ Diœceſis. Salutem, et Apoſtolicam benedictionem. *Eſt Frigdionariæ.*

Sacræ Religionis, ſub qua devotum, et ſedulum exhibetis Altiſſimo famulatum promeretur honeſtas, ut votis veſtris, illis præſertim per quæ veſtris, et Monaſterii veſtri utilitatibus conſulitur favorabilitèr annuamus.

Veſtris itaque ſupplicationibus inclinati, vos [qui, ut aſſertis, quòd fructus, reditus, et proventus Monaſterii veſtri adeò ſunt exiles, quòd ad veſtri ſubſtentationem non ſufficiunt] et dictum Monaſterium ab omni ſolutione decimarum triennalium, et aliorum onerum quorumcumque, ratione cujuſcumque charitativi ſubſidii, Apoſtolica, vel ordinaria auctoritate hactenùs impoſitorum, et nondum ſolutorum, et etiam infrà quinquaginta annos à data præſentium computandos, in ſpecie, vel in genere, ſeu ſub quacumque forma forſitan imponendorum, auctoritate Apoſtolica prorsùs eximius, et etiam penitùs liberamus. Decernentes ex nunc irritos, et inanes quoſcumque proceſſus, necnon excommunicationis, ſuſpenſionis, et interdicti ſententias, ſi quas etiam, et contrà hæc, etiam ſub quacumque verborum forma fortè contigerit promulgari. Nulli ergo *Immunitas à ſolutione decimarum.*

omnino

omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ exemptionis, liberationis, et Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Senis Idibus Decembris. Pontif. noſtri Anno primo. 1407.

Privilegium Gregorij XII. ad Canonicos Frigdionarios, & S. Leonardi de Verona.

GREGORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis S. Leonardi de Monte Donico, & S. Mariæ de Friſionaria per Priorem ſolitorum gubernari S. Auguſtini Veronenſis, & Lucanenſis Diœceſis Montis, Prioribus, & Conventibus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Pia nos excitat, & inducit affectio, ut vos, & Monaſteria veſtra, in quibus fortè noſcimini Divinis obſequiis mancipati, favoribus proſequentes Apoſtolicis, ad ea paternis ſtudiis intendamus, per quæ ſtatus eorundem Monaſteriorum votivis continuè creſcat incrementis.

Hinc eſt, quòd nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut in temporalibus, & ſpiritualibus vos, & ipſa Monaſteria auctore Domino ſalubriter proficere valeatis, quòd omnes, & ſinguli Canonici, ſive Fratres eorundem Monaſteriorum, qui ſunt, & erunt pro tempore perpetuis futuris temporibus, de uno ad aliud eorumdem Monaſteriorum, de licentia tamen Priorum ipſorum Monaſteriorum exiſtentium pro tempore tranſire, ac in eo remanere valeant: quodq; in eodem Monaſterio ad quod taliter tranſibunt, perinde illius Canonici, ſive Fratres haberi, ac cenſeri debeant, in omnibus, & per omnia, ac ſi in illo Ordine S. Auguſtini Regulam, cujus profeſſores eſtis, expreſsè profeſſi fuiſſent. Et Priores ipſorum Monaſteriorum, qui etiam ſunt, & erunt pro tempore, de anno in annum mutari, ſive de regiminibus ipſorum Monaſteriorum tranſactis ſingulis annis, eo ipſo deſtituti cenſeantur. Ita tamen, quod iterum, & iterum de anno in annum, in caſu quo videatur eiſdem Canonicis, in ſtatum priſtinum eligi, & ad regimina hujus aſſumi poſſint: ac electiones hujuſmodi, dummodò per duas partes eorumdem Canonicorum, & alias canonicè fiant, eo ipſo perindè vim confirmationis habeant; ac ſi per Sedem Apoſtolicam confirmatæ forent. Ad hoc etiam Diœceſani loci, & cujuſcunque alterius licentia, ſeu conſenſu minimè requiſitis.

Quodque vos omnibus, & ſingulis privilegiis, prærogativis, gratiis, exemtionibus, immunitatibus, & præheminentiis per eandem ſedem, aut alias qualitercunque vobis, & eiſdem Monaſteriis diviſim conceſſis, perindè uti, & gaudere, & licitè valeatis, ac ſi vobis, & eiſdem Monaſteriis communiter conceſſa fuiſſent. Quibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon Statutis, & conſuetudinibus Monaſteriorum, & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, & alis contrariis nequaquam obſtantibus, vobis auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Lucæ 5. Kalen. Maii Pontific. noſtri anno ſecundo. 1408.

Privi-

Privilegium SS. D. N. Gregorii Papæ XII. ad Canonicos S. Salvatoris de Silva lacus, pro Indulgentia plenaria in profeſſionis emiſione.

GREGORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Stephano Priori Congregationis Canonicorum Regularium Prioratus olim domus S. Salvatoris de Silva lacus, S. Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubiectæ Ordinis S. Auguſtini, Senenſis Diœceſis, & eidem Congregationi. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. *Eſt Bononiæ.*

Eximiæ devotionis affectus, quem ad nos, & Romanam Eccleſiam geritis promovetur, ut petitiones veſtras illas præſertim, quæ animarum ſalutem reſpiciunt, quantum cum Deo poſſumus ad exauditionis gratiam admittamus. Hinc eſt, quod nos veſtris in hac parte ſupplicationibus, inclinati, ut omnes Canonici, & Converſi, ac oblati præſentes,& futuri, de cætero in ordine, & ſocietate veſtris aſſumpti, & quilibet eorum, aliquem idoneum Confeſſorem de licentia tui filii Prior, vel Prioris pro tempore exiſtentis eligere valeat, & valcant, qui eis in ſinceritate fidei, unitate ejuſdem Eccleſiæ, & devotione noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium perſiſtentibus, Plenariam remiſſionem omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, in Profeſſione, quam poſt annum probationis inter eos fecerint dumtaxat, auctoritate Apoſtolica concedere valeat, devotioni veſtræ tenore præſentium indulgemus; ſic tamen, quod idem Confeſſor de his, de quibus fuerit alicui ſatisfactio impendenda, eam Canonicis Converſis, ac Oblatis prædictis, per eos ſi ſupervixerint, vel per alios ſi tunc fortè tranſierint faciendam injungat, quam ſupradicti Canonici Converſi,& Oblati, ſivè alii,ut præfertur facere teneantur. Nulli ergò omninò hominum &c.

Dat. Gajetæ Idibus Januari. Pontific. noſtri Anno v. 1411.
Gratis de mandato Domini noſtri Papæ.

Privilegium Martini Papæ V. ad Canonicos Frigdionarios Veronenſes, ac Bononienſes.

MARTINUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis S. Leonardi de Montedonico extrà muros Veronæ, & S. Mariæ de Friſionaria Lucanæ Diœceſis,ac Sanctorum Victoris extrà muros Bononien.Monaſteriorum invicem canonicè unitorum, Prioribus, & Conventibus per Priores gubernari ſolitorum Ordinis S. Auguſtini. Salutem,& Apoſtolicam benedictionem. *Eſt Frigdionaria.*

Cum à nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum : tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationi, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum.

Ea proptèr dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras, & Monaſteria veſtra prædicta canonicè unita, in quibus Divino eſtis obſequio mancipati cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabilitèr poſſidetis, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, ſub Beati Petri protectione ſuſcipimus, atque noſtra, omnesq; libertates, & immunitates, gratias, & conceſſiones à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſivè per privilegia, vel alias Indulgentias, vobis, & Monaſteriis veſtris prædictis conceſſas; necnon libertates, & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac aliis Chriſtifidelibus, vobis, & dictis Monaſteriis veſtris indultas; ſicut eas juſtè, & pacificè obtinetis: vobis, & per vos eiſdem Monaſteriis, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ

ſtræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Dei Omnipotentis, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Conſtantiæ Kal. Aprilis. Pontific. noſtri Anno primo. 1418.

Privilegium Sanctiſſimi Domini Noſtri Martini Papæ V., quo Eccleſiam S. Mariæ de Rheno, & S. Salvatoris de Bononia, Ambroſianis Canonicis concedit:

MARTINUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili Fratri Nicolao Epiſcopo Bononienſi. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad hoc circa Regularis Obſervantiæ profeſſores eo diligentiùs laboramus, quo fœcundiùs eorum Religio fructum in eis afferat ſalutarem, & laudabilibus poſſint in Domino proficere incrementis. Sanè pro parte dilecti filii Franciſci de Ghisleriis Prioris S. Marię de Rheno propè Bononiam, & S. Salvatoris Bononienſis Monaſteriorum invicem canonicè unitorum, & per Priorem ſolitorum gubernari Ordinis S. Auguſtini, nobis nupèr exhibita petirio continebat. Quod licet retroactis temporibus in prædictis Monaſteriis, plerique dicti Ordinis Canonici Conventum facientes reſidere, & ſub Regularibus Habitu, & Obſervantia Domiuo famulari conſueverint, Divini Cultus inibi ferentes incrementum; paſſim tamen propter guerrarum turbines, aliaſque calamitates, quibus partes illæ afflictæ fuere, Monaſteria ipſa eorum diſperſis, atque diſtractis facultatibus, atque reditibus, tantæ deſtitutionis ſubjacent opprobrio, quòd ex Canonicis dictorum Ordinis, & Obſervantiæ, nullus ad præſens reſidet, paucique reperiri valent reſidere acceptantes quomodolibet in eiſdem. Et ſicut eadem petitio ſubjungebat: Dilecti filii Stephanus Joannis, & Dominicus Cioni de Senis, ac nonnulli alii Canonici Monaſterii S. Ambroſii Eugubini dicti Ordinis, aliorum tamen Habitus, & Obſervantiæ: in ipſis unitis Monaſteriis conventualitèr regulari caſtimoniæ ſubdi: Divinis quoque inſervire, & intendere deſiderant, ſi eis, & eorum ſucceſſoribus inibi ſub hujuſmodi eorum, vel aliis per ſe decernendis, Habitu, & Obſervantia remanentibus, ſuper hoc Apoſtolicæ Sedis præſidio providè conſulatur, de dictoque Monaſterio S. Ambroſii, quod per Priorem ad dilectorum filiorum Conventus ejuſdem nutum ponendum, & amovendum pro tempore regi, & gubernari conſuevit. Eiſdem unitis, ſivè inſimùl de omnibus prædictis Monaſteriis auctoritate Apoſtolica faciendæ unio, necnon applicatio, & annexio, ſingulis Monaſteriis ipſis forent non mediocritèr profuturæ. Quare pro parte dicti Franciſci aſſerentis ſe confractum ſeuio, fuit nobis humilitèr ſupplicatum, ut ſupèr præmiſſis opportunè conſulere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui hujuſmodi cultum, & obſervantiam noſtris temporibus vigere, & adaugeri intenſis deſideriis affectamus, & de præmiſſis certam notitiam non habemus: eiſdem ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ, de qua in ijs, & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenùs de præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac eorum circumſtantiis univerſis, auctoritate noſtra te diligentèr informes. Etſi per informationem hujuſmodi ita eſſe repereris; eoſdem Stephanum, & Dominicum, ac ejuſdem Monaſterii Sancti Ambroſii Canonicos ad hoc voluntarios, ut etiam hujuſmodi eorum, vel per te decernendis, ut præfertur, retentis habitu, & obſervantia, de dicto Monaſterio S. Ambroſii ad prędicta unita Monaſteria tranſire, & in illis etiam juxrà Conſtitutiones, & Inſtituta ipſis, & dicto Monaſterio Sancti Ambroſii per eamdem Sedem conceſſa, confirmata, paritèr, & approbata: ac illius ſtatuta, & conſuetudines vivendo, & incedendo perpetuò remanere valeant, eadem auctoritate licentiam largiaris. Statuens, atque decernens in

unitis

unitis Monaſteriis eiſdem, poſtquàm Stephanus, & Dominicus, ac alii voluntarii Canonici prædicti inibi in Canonicos recepti, & integrati fuerint; quoad eoſdem Habitum, & Obſervantiam, ſuccedentibus, atque ſervatis his, præſertim, quæ per te circà illos adijci, necnon diſponi, & ordinari contigerit: etiam locum ſibi vendicare, & effectualitèr perpetuis futuris temporibus; vigere debere Conſtitutiones, & Inſtituta, necnon ſtatuta, & conſuetudines antedicta. Et inſupèr tibi Monaſterium; S. Ambroſii prædictum, cujus, ac dictorum unitorum Monaſteriorum fructus, reditus, & proventus ſex centorum florenorum aureorum, ſecundùm communem extimationem valorem annuum [ut aſſeritur;] non excedunt cum omnibus Juribus, & pertinentiis ſuis eiſdem Monaſteriis unitis, vel inſimul omnia prædicta Monaſteria auctoritate præfata in perpetuum uniendi, incorporandi, & annectendi, hujuſmodi quoque Monaſteria, & illorum perſonas, in capite, & in membris, prout reformationis officium inibi expedire cognoveris, eadem auctoritate reformandi, & corrigendi, ac de habitu, & obſervantia, quibus ſe perſonæ ipſæ pro tempore coaptare debeant, etiam ſupèr illorum alteratione, atque mutatione, cum indigentibus inibi diſpenſandi, ac prædicta unita Monaſteria ab omni Juriſdictione, poteſtate, ſuperioritate, & dominio Epiſcoporum Bononienſium, pro tempore exiſtentium, ac illorum Officialium (prout tibi videbitur) eximendi, & liberandi, ac omnia alia, & ſingula, quæ in præmiſſis, & circà ea, & ad hoc, quod Monaſteria ipſa, & perſonæ quæcumque in illis pro tempore eidem Domino mancipatæ, votivis congratulentur eventibus neceſſaria fuerint, aut quomodolibet opportuna, faciendi, diſponendi, & ordinandi, & etiam per Cenſuras Eccleſiaſticas exequendi, plenam, ac liberam concedimus tenore præſentium facultatem;. Non obſtantibus reſervationibus generalibus, vel ſpecialibus, de Monaſteriis quibusvis per dictam Sedem factis, & in anteà faciendis, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus Monaſteriorum, & Ordinis prædictorum, Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cœterisque contrariis quibuſcumque. Proviſo, quod in Monaſteriis ipſis, prout facultates eorum ſuppetent, etiam hujuſmodi Divino inſtauraro Cultu Canonicorum, & Miniſtrorum numerus omnimodè reſervetur. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari.

Datum Friburgi Lauſanenſis Diœceſis. Nonis Junii. Pontificatus noſtri Anno primo. 1418

Joannes de Prato.

Litteræ Martini Papæ V. pro Canonica S. Victoris extrà, & S. Ioannis in Monte intrà Bononiam.

MARTINUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabili fratri Epiſcopo Bononien. ſalutem, &c.

Debitum miniſterii, Paſtoralis cui diſponente Domino præſidemus expoſcit, ut circa Eccleſiarum, & Monaſteriorum, ac Eccleſiaſticarum perſonarum ſtatum ſalubriter dirigendum, adiiciamus ſolicitudinis noſtræ partes. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Bartholomæi Prioris S. Joannis in Monte Bonon. & S. Victoris Ordinis S. Auguſtini Bononien. Diœceceſis, Monaſteriorum inviciem Canonicè unitorum, quæ per Priorem gubernari ſolita ſunt petitio continebat, quòd cum Monaſterium ipſum S. Victoris quòd ipſorum caput, & conventuale dudum eſſe conſuevit, cauſan. negligentia Priorum, qui pro tempore fuerunt, ac ſiniſtris eventibus patriæ illius, ab annis quinquaginta citra ad tantam deſolationem, & opprobrium devenerit, quod debito Canonicorum numero regularium, ac obſervantia, Divinis quoque Officiis penitùs neglectum exiſtit, ;ac alias in ejus ædificiis ruinam, & deſolationem extremam ferè patiatur: ac Monaſterium ipſum S. Joannis, condecenti Canonicorum, & mini-

ſtrorum numero pro divino cultu, & aliis ei incumben: oneribus indigere noſcatur, quodqne idem Prior, & dilecti filii Conventus dictorum Monaſteriorum, ad utriuſq; ſtarum,& exaltationem intendere cupiunt,prout ſuper his inter eos matura deliberatione tractatum extitit, Monaſteria ipſa tam in capite, quàm in membris reformari, ac debita obſervantia communiri, pro parte ipſorum Prioris, & Conventus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut præmiſſis opportunè providere, ipſaque Monaſteria viſitari, & reformari, ac alia circa hoc neceſſaria per te fieri mandare, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ſuper his, prout nobis ex debito Paſtoralis incumbit officii providere cupientes, ipſorumque Prioris, & Conventus in hac parte propoſitum plurimum in Domino commendantes fraternitati tuæ, de qua in his, & alijs ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus ad præfata Monaſteria perſonaliter accedens, & ea quæ Dei ſunt corde, oculiſque perſtringens, in illis tam in capite quam in membris, auctoritate noſtra officium viſitationis exercens, corrigens, reformans illa omnia, quæ inibi in capite, & membris hujuſmodi, in ſpiritualibus, & temporalibus, correctionis, & reformationis officio noveris indigere. Præterea omnes, & ſingulos, quos ex dictorum Monaſteriorum perſonis quibusvis criminibus ſive exceſſibus implicatos fore inveneris, abſque perſonarum delectu, prout hujuſmodi crimina, & exceſſus exegerint punias juxta Canonicas ſanctiones. Et nihilominus auctoritate noſtra ſtatuas, & ordines, quod Prior dd. Monaſteriorum, qui pro tempore fuerit, non poſſit Monaſteriis eiſdem niſi per annum, & non ampliùs præeſſe, ſed elapſo anno ipſo, immediatè teneatur in perpetuum ipſius Prioratum, in manibus Conventuum præfatorum liberè renunciare, & Conventus ipſi ad ipſius, vel alterius Prioris electionem juxtà Regularia inſtituta Canonica valeant liberè procedere, facies ea,quæ in præmiſſis ſtatueris, & ordinaveris, auctoritate præfata firmiter obſervari, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtan.Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus Monaſteriorum, & Ordinis præfatorum contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, ſeu ſi eiſdem Priori, & Conventibus, vel quibusvis aliis, communiter, vel diviſim à Sede Apoſtolica indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas &c.mentionem.Dat.Florentiæ 10.Kalen.Septembris.Pontificatus noſtri anno II.1419.

L I T T E R Æ

SS.D.N. Martini Papæ V. Quibus Italicorum Canonicorum, qui in Regulæ vigore perſtarent reliquias colligit inq; novellam velut plantationem coagumentat mondans ſub uno capite agere, diſpenſatque cum eis ſuper priſcis quibuſdam Ordinis Conſtitutionibus.

MARTINUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam ſolicitudinis Paſtoralis Officium, quod ſuper omnes Orbis Eccleſias, & Monaſteria diſpenſatione Divina licèt immeriti gerimus, pulſat, & excitat mentem noſtram, ut cunctorum fidelium, & præſertim perſonarum Regularium, quæ mundanis relegatis illecebris, ſub arctioris vitæ obſervantia, ſe perpetuò Divinis obſequiis maneiparunt, commodis intendamus, ac in his quæ Divini cultus, & Religionis augumentum, ac animarum ſalutem concernunt, eos Apoſtolici favoris præſidio foveamus.

Memoratorum locorum Canonicos Martinus omnium

Hiuc eſt, quòd nos, dilectos filios S. Mariæ de Frigdionaria S. Leonardi, S.Joannis de Monte Bonon. & S. Victoris ei canonicè annexi, S. Mariæ in Portu, S. Joannis de Cereto propè S. Archangelum, S. Mariæ de Inſula Tremiti, S. Mariæ de Blancis loci Caxoreti, S.Salvatoris, S.Mariæ de Charitate, & Sanctorum

qua-

quadraginta Martirum Lucan. Veronen. Bonon. Ravenaten. Arimineu. Theatinen. Mediolenen. Brixianen. Caſtellanen. & Tarviſien. Diœc. Ordinis S. Auguſtini Monaſteriorum, Priores, Præpoſitos, Rectores, Canonicos, & Conventus de Friſionaria vulgariter nuncupatos. Ut Deo quietiùs perpetuò famulari valeant, favoribus gratioſis proſequi volentes, ad laudem, gloriam, & honorem omnipotentis Dei, ejuſque Matris Virginis Glorioſæ, necnon B. Auguſtini confeſſoris, ac pro Religionis incremento auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ſtatuimus, ſancimus, & ordinamus, perpetuis futuribus temporibus irrefragabiliter obſervandum; Quod de cœtero Priores, Præpoſiti, Rectores, Canonici, & Conventus præfati, pro eorum perpetua ſoliditate, ac conſervatione, quàmquàm diverſorum Monaſteriorum, & locorum profeſſi exiſtant; nihilominùs unum corpus, unaque Congregatio ſimiliter, & invicem connexa cenſeantur, ac ſub una, & eadem lege, ac obſervantiæ Regularis unitate, morumque conformitate, & eiſdem conſuetudinibus, privilegiis, ordinationibus, ac ſtatutis ſubſint.

primus in formatam Congregationem redegit, quã idcircò novellam in Eccleſia plantationem Eugenius ſubinde nuncupat.

Ad cujus quidem Religionis, & Congregationis ipſius conſervationem, augumentum, & felicem in Domino, in obſervantia vera, & ſanctitate ſucceſſum, iidem Priores, Præpoſiti, Rectores, Canonici, & Conventus ſingulis annis, ſivè bienniis, aut ſaltèm trienniis, prout opportunum, & utiliùs pro eadem Religione expedire noverint, Capitulum generale celebrent, nullatenùs diſſolvendum, niſi de ſubſequenti celebrando, fuerit per ipſum Capitulum locus idoneus terminatus, qui quidem locus, niſi evidenti, & magnæ neceſſitatis cauſa, & de ipſius Religionis regiminis principalis conſenſu nequeat commutari. In quo quidem Capitulo pro ſtabilimento Congregationis, Religionis præfatæ qumodolibet in eis occurrentia præſervationem, ac ſtatum Sanctæ Religionis præfatæ, & Obſervantiæ Regularis concernentia, pro tempore eadem auctoritate terminare, ſtatuere, & ordinare. Et ordinationes, atque ſtatuta condere: ac indè ſtatuta condita, & ordinata ſucceſſu temporis, prout eidem Capitulo magis congruum videbitur, & utiliùs ſecundùm Deum, & pro communi omnium pace, & conſervatione Regularis Obſervantiæ valeant, eis nihilominùs innovandi, alterandi, commutandi in totum, vel in partem; Obſcura quoque, & dubia, etiam circà eorum Regulam, Conſtitutiones, atque ſtatuta, (ſalva ipſius Regulæ ſubſtantia) declarandi, interprætandi, diſponendi, & ordinandi, ſecundùm gratiam, à Deo eis tributam, facultatem concedentes.

Capitulariter congregantur.

Conſtituere, ſancire, decernere.

Immutare, ac interprætari.

Aliis autem ipſius Ordinis, antiquis Conſtitutionibus præſertim Benedicti Papæ XII. prædeceſſoris noſtri minimè teneantur aſtricti, quoniàm mores, obſervantias, & conſuetudines abundantiores habent illis, & in rigiditatibus, ac diſciplina Ordinis ſtrictiores, & Obſervantiæ Regulari aptiores, ad conſervandum Religionis debitè ſtatum. Univerſos quoque Congregationis, Religionis ejuſdem Prælatos, Priores, Rectores, & ſubditos pro eorum exceſſibus, ſivè delictis corrigere poſſint, prout eidem Capitulo, ſivè Regimini principali eorum, meliùs, & utiliùs ſecundùm Deum, Religioniſque debitum videbitur convenire.

His hactenus erãt obnoxii, nec alias exempti habebentur.

Statuta quoque, & ordinata per ipſum Capitulum, ſivè majorem, & ſaniorem ejus partem, ab omnibus, & ſingulis dictæ Congregationis Religionis prædictæ, tàm Prioribus, Præpoſitis, Rectoribus, & Canonicis, quàm ſubditis inviolabilitèr obſerventur. Non intendentes tamen ob hoc, tranſgredientes ſimilitèr ad peccatum aliquod aggravare, ſed pœnitentiæ tantùm, & temporali pœnæ, ſivè correctioni Superiorum ſubjacere, debere, donec ſe humilitèr emendaverint.

Capituli, Decreta, ut obligent.

Prætereà eadem auctoritate ſtatuimus, ut pro deductione, atque expeditiva determinatione cauſarum contingentium de tempore in tempus, & occurrentium de locis ſuis, de Canonicorum gremio dictæ Religionis, valeant unum idoneum Rectorem majorem, vel Conſervatorem, ſeu Viſitatorem principalem, prout eis viſum fuerit eligere, & creare juxtà formam de eorumdem electione, & confirmatione Rectoris, dictis ipſorum Monaſteriis, aliàs ab Apoſtolica Sede

Rector Generalis.

 conceſſam

conceſſam, quemcumque maluerint, etiamſi in dicta Congregatione Religionis præfatæ, aliquo regiminis officio, ſic electus fuerit deputatus, qui tamen ob hoc, à ſuo titulo, ac regiminis officio, nullatenùs cenſeatur deſtitutus, ſed officium utrumque gerere valeat, & exercere.

Cui Rectori, vel Conſervatori, ſeu Viſitatori principali, cæteriſque Prioribus, Præpoſitis,& Rectoribus Monaſteriorum, & locorum dictæ Religionis; quot eidem Capitulo videbuntur, de Religione eadem Definitores, & idonei valeant deputari, per Capitulum antedictum, ſine quorum conſilio, & eorum majoris partis conſenſu, dictus Rector, vel Conſervator, ſeu Viſitator principalis, ac cæteri Priores, Præpoſiti, atque Rectores locorum ipſorum ea, quæ hujuſmodi generalis Capituli judicio ardua videbuntur, nequeant terminare; Qui tamen Rector, vel Conſervator, ſeu Viſitator principalis, ac cæteri Priores, Præpoſiti, ſivè Rectores Congregationis Religionis ejuſdem, cum ſuis ſociis, & Diffinitoribus deputatis illam tantam auctoritatem habeant, bayliam, & poteſtatem ſupèr Fratribus, & Canonicis, & ſubditis antedictis, ac eorum Monaſteriorum, & locis, & ſuper tota Congregatione Religionis prædictæ, & tàm in Viſitationibus locorum omnium, & Conventuum dictæ Congregationis, & Religionis præfatæ, quàm in agendis omnibus ſpiritualibus, & temporalibus, quàm dictum Capitulum ſaniùs, & utiliùs, pro communi omnium pace, & conſervatione Regularis Obſervantiæ, ac eorum humilitate ſervanda, dignum fore cenſebit. Officium verò hujuſmodi Rectoris, vel Conſervatoris, ſeu Viſitatoris principalis, cæterorumque Priorum, Præpoſitorum, atque Rectorum locorum omnium dictæ Religionis, & Congregationis ipſius, præſentium, & futurorum, & deputatorum ſibi ſociorum, ſivè Diffinitorum, elapſo anno ab eorum creatione, ipſo facto expiret, ſecundùm formam in eorum privilegiis contentam, ac dictis eorum Monaſteriis, & locis, ab Apoſtolica Sede conceſſis, aut eiſdem, non obſtantibus privilegiis, anno ſecundo expleto, ſivè tertio tantùm ſucceſſivè finito ad plus; tunc eo ipſo vacet, & expiret dictorum regimen, & officium, prout in præmiſſis idem generale Capitulum prædictæ Religionis, & Congregationis conſervatione, commoditate, atque utilitate, ſecundùm Deum ſaniùs, & utiliùs decreverint exequendum. His tamen adjectis, & declaratis, quòd talis Rector, Conſervator, ſeu Viſitator principalis prædictus: ultrà tertium annum ſucceſſivè finitum, in eodem ſuo Regimine, & officio, pro quarto ſequenti anno ampliùs reeligi, & in dictum Regimen, & officium aſſumi non poſſit, pro illa vice tantùm. Ad aliud tamen Regimen, & officium eligi poſſit, in alio Monaſterio, & Loco. Cæteri verò Priores, Præpoſiti, ſivè Rectores, & Officiales prædicti Monaſteriorum, & Locorum omnium dictæ Religionis, & Congregationis ipſius, præſentium, & futurorum, reeligi poſſint, & in idem Regimen, & officium aſſumi, totiès, quotiès dicto viſum fuerit Capitulo generali, etiam in eodem loco, et in diverſis Regiminibus, & officiis; ſervatis tamen in cæteris omnibus dictorum privilegiorum debitis modis, & formis. Interim autem, quod dicti Priores, Præpoſiti, Officiales, ſivè Rectores, ſtatutum ſibi Regiminis, & officii ſui tempus expleverint, circà hujuſmodi officia, ſivè Regimina gubernanda per Vicarios in locis deputandos ipſi Capitulo generali, ſivè eorum Regimini principali, providendi onus incumbat, donec alii eorum loco fuerint, ut præfertur canonicè ſubrogati, aut ipſi, quorum ceſſavit Regimen, & officium, ſuis exigentibus meritis, reeligantur de novo per Capitulum antedictum, juxtà modum, qui continetur in præfata conceſſione Apoſtolica.

Diffinitores. *Auctoritas Prælatorũ adCapituli arbitrium.* *Regimen ad ſummũ triennale.* *Locorum Vicarii.*

Porrò nè Manaſteria ipſa in contigentibus mutationibus præfatorum Canonicorum, in ſuis locis, & Conventibus, damnum aliquod quomodolibet patiantur, quotieſcunque aliquis fuerit per dictum Capitulum, de uno ad aliud eorum Monaſterium pro Conventuali tranſmiſſus, & deputatus, ipſo facto à Priore, ſive Præpoſito, aut Rectore loci, in quo profeſſionem emiſit, illa vice cenſeatur abſolutus, & ejus ad quod, ut præfertur fuerit Monaſterium deſtinatus, quouſque in eo deputabitur permanere, ibi veluti proprius Canonicus reputetur, & pro Conventuali habeatur ibidem in omnibus Capitularibus, aliiſque ſingulis actibus, ac ſi

Abſolutio à loco profeſſionis.

foret

foret ibidem expreſſe profeſſus; ut in dictis privilegiis, & conceſſionibus Apoſtolicis plenius continetur.

Et ut omnis via ſcandali præcludatur, ſinguli Canonici, Converſi, ac oblati, ſivè Commiſſi Congregationis Religionis prædictæ; ſub obedientia generalis Capituli, ac dicti Rectoris; vel Conſervatoris, ſeù Viſitatoris principalis, & ſociorum Deputatorum nomine Congregationis ejuſdem, principaliter ſubmittantur, & inde conſequenter ſub illorum Rectorum, ſivè Priorum, aut Præpoſitorum, in quorum locis, & Monaſteriis fuerint pro Conventualibus deputati. *Obedientia quibus, & quo ordine præſtanda.*

Valeantque Canonici dictæ Congregationis cum conſenſu eorum Capituli generalis, ſive regiminis dictæ Congregationis principalis, auctoritate Apoſtolica acceptare, & acquirere juſto titulo, loca, & Monaſteria, tàm facta, quàm de novo conſtruenda à quocunque Prælato, Eccleſiaſticaque perſona: necnon Rege, Duce, Principe, vel Barone, Dominio, ſive Communitate; omnique Chriſtifideli. *Facultas acceptandi Monaſteria*

Statuentes inſuper eadem auctoritate pariter, & ordinantes, ut tam hujuſmodi ſtatuta, ordinationes, & voluntates, noſtraque cœtera privilegia, conceſſiones, immunitates, & gratiæ ſingulis antedictis Monaſteriis, ac locis ipſius Religionis, ac Congregationis prædictæ per Romanos Pontif. prædeceſſores noſtros, ſeu pro Romanis Pontificibus ſe gerentes; Imperatores, Reges, Duces, Barones, & Principes, Dominia, Communitateſque conceſſæ, & conceſſa. Quæ omnia præſentibus haberi volumus pro expreſſis, & in poſterum favente Domino concedenda in omnibus, & per omnia ad univerſa, & ſingula loca, & Monaſteria, Prioratus, & Præpoſituras, & Domos, eorumque perſonas, quæ nunc, & præcedente tempore ad hujuſmodi Religionem, ac Congregationem ipſius, & ad ejuſdem Fratres, & Canonicos reducta, vel unita ſunt; ſeu reduci, vel uniri contigerit, cum illius, aut illorum ſuppoſitis, vel unitis, aut per eoſdem canonicè acquiſitis, & juſto titulo acquirendis, ut præfertur extendi debeant, cum omnibus dictæ Congregationis, & Religionis moribus, & modis, conſuetudinibus, & obſervantiis, ordinationibus, & privilegiis, atque ſtatutis, Conſtitutionibus, & reſervationibus Apoſtolicis, atque noſtris generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, aliiſque contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper præmiſſis à quoque, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. *Extenſio privilegiorum.* *Clauſula derogatoria.*

Nulli ergò hominum liceat hanc paginam noſtri ſtatuti, ſanctionis, ordinationis, voluntatis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Tibure 2. Kalen. Julij Pontificatus noſtri anno IV. 1421. *Decretum irritans.*

Litteræ SS. D. N. Eugenii Papæ IV. Prohibentes ne Canonici Frigdionarii ad alios Regulares digrediantur, neu per quoſcunque diſtrahantur.

EUGENIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad Monaſteriorum, ac Religioſorum locorum, & in eis ſub Religionis habitu famulantium perſonarum omnium ſtatum, ſalubriter ac proſperè dirrigendum, paterna ſollicitudine vigilantes, eorum profectibus libentèr intendimus, ut illa ſiniſtris ab ipſis ſublatis quibuslibet, votiva ſuſcipiant incrementa, favorem quantùm cum Deo poſſumus benivolum impartiamur. *Eſt Romæ.*

Exhibita ſiquidèm nobis nupèr pro parte Rectoris, & univerſorum de Congregatione, & ordine Canonicorum Beatæ Mariæ de Frixonaria Lucanæ Diœceſ. Ordinis S. Auguſtini petitio continebat. Quod licet ipſi in Congregatione hujuſmodi, ſub Regulari obſervantia, & vita laudabili, devotum, ac ſedulum exhibue-

buerint hactenùs, prout etiam exhibent eidem Altiſſimo famulatum, & in illis Domino concedente variis virtutum meritis multiplicari perſeverent: tamen pro ſalubri ipſorum ſtatu, & conſervatione, quòd nullus eorum præſentium, & futurorum de Congregatione, & Ordinatione præfatis, ad alia Monaſteria, ſeu Loca, abſque ſuorum Superiorum licentia petita, & obtenta, valeant ſe transferre per Sedem Apoſtolicam benignè provideri concupiſcunt.

Nos igitur exponentium deſiderio hujuſmodi annuere, necnon eis in præmiſſis ſalubritèr conſulere volentes, ipſorum in hac parte ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium volumus, ſtatuimus, mandamus, & declaramus. Quòd de cætero perpetuis futuris temporibus nullus ex Canonicis præſentibus, & futuris prædictis, de aliquo Congregationis, & Ordinis hujuſmodi Monaſterio, ſivè loco, ad aliquod aliud S. Benedicti, in quo Regularis non vigeat obſervantia, ſeu S. Auguſtini prædicti, vel alterius cujuſcumque Ordinis Monaſteriorum, ſivè Monaſtici loci, vigore cujuſcumque conceſſionis, licentiæ, ſeù facultatis, etiam per Apoſtolicas litteras, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de voluntare, ſtatuto, & declaratione hujuſmodi mentionem quibusvis perſonis, cujuſcumque gradus, ſtatus, & conditionis exiſtant, etiamſi Patriarchali, vel Cardinalatus præfulgeant dignitate, ſub quacumque verborum expreſſione in genere, vel in ſpecie conceſſas hactenùs, aut forsàn impoſtcrùm concedendas. Quodque nullus alterius Monaſterii, ſivè loci Prælatus, aut alius, quicumque in eo, aliquem Canonicorum præſentium, & futurorum eorundam, in Monaſterio recipere, vel admittere ſub excommunicationis pœna, quam tàm recepti, & admiſſi, quàm recipientes hujuſmodi pro tempore eo ipſo incurrant; ſi moniti non deſtiterint, & quam extunc contrà quemlibet transgreſſorem proferimus, & à qua à nullo alio præterquàm à Romano Pontifice; niſi in mortis articulo conſtituti abſolvi poſſint, abſque Rectoris majoris, vel alterius ex duobus, Ordinis, & Congregationis hujuſmodi Viſitatoribus pro tempore exiſtentibus licentia ſpeciali audeant, debeant, vel præſumant.

Decernentes irritum, & inane quicquid contrà præmiſſa per quoſcumque quavis auctoritate, ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attemptari. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſcumque Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon aliis privilegiis, & litteris Apoſtolicis illis præſertim, per quas dudùm Venerabili Fratri noſtro Thomæ Rechanaten. & Macerateu. tunc Tragurien. Epiſcopo inter alia conceſſimus. Quod de Religioſis ſub S. Auguſtini Regula viventibus quorumlibet, præterquàm Mendicantibus, Ordinis, Perſonis uſque ad numerum 25. In Canonicos, & Fratres Monaſterii Sancti Salvatoris de Venetiis dicti Ordinis S. Auguſtini Caſtellanen. Diœceſis, cujus ipſe Epiſcopus adminiſtrator à nobis ſpecialitèr deputatus tunc erat, prout exiſtit accipere, & aſſumere, necnon perſonis prædictis, quod de Monaſteriis, ſivè Locis, in quibus Profeſſionem Regularem emiſiſſent, ad dictum Monaſterium S. Salvatoris, etiam Superiorum ſuorum licenria minimè petita, vel obtenta tranſire, ac in eo remanere valerent. Quas quoad præmiſſas ſpecialitèr declaramus, de cætero ſe non exrendere ad Canonicos dictæ Congregationis, necnon Monaſteriorum, Locorum, & Ordinum prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tale indultũ prodiit ex quo Frigdionarii eam Eccleſiam dimiſerunt. 1427. quod pauci eſſent numero.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, ſtatuti, mandati, declarationis, prolationis, & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Florentiæ Anno Incarnationis Dominicæ 1435. xv. Kal. Februarii Pontificatus noſtri Anno v. Joannes de Stoccatis Blondus, gratis de mandato Domini noſtri Papæ Regiſtr. in Camera Apoſtolica.

Litte-

Litteræ SS. D. Noſtri Eugenii Papæ IV. eximentes Canonicos Frigdionarios ubique exiſtentes à proceſſionibus Rogationum, & Lætaniarum quorumcunque.

EUGENIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sanctæ Religionis zelus, ſub qua dilecti filii Rector, & Canonici Congregationis Beatæ Mariæ de Frixonaria Lucanæ Diœceſis Ordinis S. Auguſtini, mundanis abjectis illecebris, devotum, & ſedulum exhibent Altiſſimo famulatum, non indignè meretur, ut eorum petitionibus illis præſertim, per quas ipſorum quieti, & commodo conſulitur, quantum cum Deo poſſumus, favorabilitèr annuamus. *Eſt Romæ.*

Hinc eſt, quòd nos conſiderantes, quòd Rector, & Canonici prædicti, ſub ſacro Religionis Jugo, ac Regulari Obſervantia in diverſis Italiæ partium Monaſteriis, ac Locis laudabilitèr degentes, à pluribus annis citrà diverſis multiplicarunt, prout in dies multiplicant virtutum meritis, ac volentes eis, ut à quibuscumque incommodis liberati faciliùs, prout tenentur, ſua vota Altiſſimo reddere valeant ſalubritèr providere; eorum in hac parte ſupplicationibus inclinati, tàm prædictos, quàm alios Congregationis, & Ordinis hujuſmodi futuros Rectores, atque Canonicos, quoad Rogationes, Proceſſiones, ſeu Letanias in quibusvis Provinciis, Civitatibus, & Diœceſibus, in quibus Monaſteria, & Loca eorum, quæcumque exiſtunt, & de cætero conſiſtent, exnunc in anteà quomodolibet, & ex quavis de cauſa faciendas. Necnon eorum acceſſum, ſeu inceſſum à Juriſdictione, & ſuperioritate quorumlibet ordinariorum locorum, in quibus ipſæ Proceſſiones, Rogationes, ſeu Lætaniæ fient, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò eximimus, & etiam liberamus. Necnon ipſis Rectori, & Canonicis præſentibus, & futuris temporibus ad Proceſſiones, Rogationes, & Lætanias hujuſmodi, ſeu aliarum aliquam accedere, ſeu incedere, aut illis, vel ipſarum alicui quomodolibet intereſſe, nullatenùs teneantur, nec ad id inviti per ordinarios prædictos, aut quosvis alios compelli poſſint, vel debeant, auctoritate prædicta concedimus, & etiam indulgemus. Decernentes ex nunc omnes, & ſingulos proceſſus, quaſcumque excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti ſententias, cenſuras, & pœnas in ſe continentes, quas forsàn contrà exemptionem, liberationem, & conceſſionem prædictas haberi, ſeu fulminari contigerit, irritas, & inanes, nulliusque roboris, vel momenti. *Qui antea tantiſper relaxati.*

Non obſtantibus Apoſtolicis, ac Provincialibus, et Synodalibus Conciliis, Edictis, Conſtitutionibus, et Ordinationibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Volumus autem, quòd Priores, et Canonici B. Mariæ de Charitate de Venetiis Caſtellanen. Diœceſis, necnon S. Joannis in Monte Bononien. dicti Ordinis in Monaſteriis pro tempore degentes, ſub exemptione, et conceſſione hujuſmodi nullatenùs includantur, ſed ad Proceſſiones, Rogationes, et Lætanias prædictas inibi fiendas, prout hactenùs conſueverunt accedere, ſeu incedere, et illis intereſſe penitùs teneantur. *Exemptionis exceptio.*

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ exemptionis, liberationis, conceſſionis, et voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Bononiæ anno Incarnationis Domini 1437. VII. Idus Mai. Pontificatus noſtri anno VII. Gratis de mandato D. Noſtri Papæ de Cremonenſibus.

Litte-

Litteræ Sanctiſſimi D. Noſtri Eugenii Papæ IV. quibus conceditur Canonicis Frigidionariis, ut poſſint ubicumque, & à quocumque Antiſtite Sacras Ordinationes ſuſcipere: tantùm de ſuorum Prælatorum licentia.

Eſt Venetiis.

EUGENIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Ad ea per quæ Eccleſiaſticarum, præſertim ſub Sacræ Religionis jugo mundanis abjectis illecebris Altiſſimo famulantium perſonarum omnium commodo, et quieti conſulitur libentèr intendimus; illiſque quantum cum Deo poſſumus favorem benivolum impartimur.

Hinc eſt, quòd nos dilectorum filiorum Congregationis de Frixonaria Ordinis S. Auguſtini aſſerentium, quòd ipſi à pluribus annis citrà, ſub Regulari dicti Ordinis Obſervantia laudabilitèr vixerunt; prout vivunt, & de præſenti, in hac parte ſupplicationibus inclinati. Quòd omnes, et ſinguli præfatæ Congregationis Canonici præſentes, et futuri, à quibuſcumque Catholicis, Antiſtibus, gratiam, et communionem Sedis Apoſtolicæ habentibus, ad id per ſingulos Priores pro tempore exiſtentes quorumlibet præſentium, et futurorum Congregationis hujuſmodi Monaſteriorum, Prioratuum, ac Locorum, in quibus Canonici ipſius Congregationis pro tempore permanſerint; quotiès ipſius Prioribus viſum fuerit eligendis, ad omnes etiam Sacros Ordines [ſtatutis; tamen à Jure temporibus] ſe promoveri facere]. Quodque quilibet ex Antiſtibus ſic electis prædictis, etiam in quibuslibet extrà trium principalium Congregationis hujuſmodi per illius Rectorem pro tempore exiſtentem, ſeu aliis omnibus, et ſingulis aliorum quorumlibet Monaſteriorum, Prioratuum, atque Locorum ſecularium, vel Regularium Ordinum quorumcumque, ubicumque etiam extrà Civitates, et Diœceſes, in quibus Monaſteria, Prioratus, ac Loca ordinandorum pro tempore hujuſmodi fuerit, conſiſtentium Eccleſiis, in quibus ad id benevolos Receptores invenerint, per dictos Priores quotiès eis expedire videbitur, etiam eligendis, omnibus, & ſingulis Canonicis prædictis, Ordines præfatos impendere, libere, & licitè valeant. Diœceſanorum locorum, & aliorum quorumlibet deſuper licentia, & conſenſu minimè requiſitis, Congregationi Canonicorum hujuſmodi auctoritate Apoſtolica tenore præſentium de ſpeciali dono gratiæ concedimus paritèr, & indulgemus.

Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſteriorum, & ordinum prædictorum juramento confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, ſtatututis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Florentiæ Anno Incarnationis Dominicæ 1438. VI. ſexto Idus Auguſti. Pontificatus noſtri Anno IX.

Gratis de mandato Domini Noſtri Papæ N. de Cremonenſibus.

Litte-

Litteræ Eugenii Papæ IV. pro exemptione Canonicorum Frigdionariorum ab Exactionibus, Impoſitionibus, & Oneribus quibuſcunque.

EUGENIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, *& cætera, ut in præfatione ſuperius, mox*. Nos præmiſſa debitè compenſantes, & attendentes, quòd præfati Canonici in vitæ continentia, & ſanctimonia, aliiſque pluribus, & diverſis virtutibus, & fructuoſis operibus in dies multiplicant, & Fidelibus partium, in quibus pro tempore moram trahunt caſtitatis, humilitatis, atque multiplicis virtutis exemplum ferre noſcuntur, necnon eidemmet ſtatui ipſorum, ne ob facultatum carentiam minuantur, ſed, ut ſublatis ab ipſis diſpendiis, aliiſque extraordinariis oneribus, quibuslibet, miſericordiæ operibus, & virtutibus ſupradictis augeantur, quantum cum Deo poſſumus providere volentes, motu proprio non ad dictorum Canonicorum, vel alterius pro eis nobis ſupèr hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed noſtra mera liberalitate. Univerſos Canonicos de Collegio, ſeu Cougregatione hujuſmodi, qui nunc ſunt, & de cætero perpetuis futuris temporibus erunt: necnon eorum Eccleſias, & domos, atque loca, præſentia, & futura, ac etiam poſſeſſiones, domos, res, cenſus, jura, atque bona ad Canonicos, & ipſorum Eccleſias, atque loca prædicta, nunc, & impoſterum ſpectantia, omnia, & ſingula ubicumque conſiſtentia, quorum qualitates, quantitates, loca, vocabula, confines, ac fructuum, redditMuum, & proventuum annuorum, aliorumque eorum veros valores, præſentibus habere volumus pro expreſſis; necnon quoſcumque colonos, & laboratores ſupèr poſſeſſionibus, & bonis ipſis pro tempore commorantes, cæteroſque quoad hoc ipſorum Canonicorum præſentium, & futurorum procuratores, negotiorum geſtores, affictuarios, & penſionarios in quantum Eccleſias, domos, loca, res, cenſus, jura, atque bona contingunt. Ab omnibus, & ſingulis Datiis, impoſirionibus, ſubſidiis, etiam charitativis, & decimis, aliiſque oneribus, contriburionibus, & exactionibus quibuscumque nominibus nuncupentur, per Nos, vel Sedem Apoſtolicam, aut Legatorum ejus, ſeu noſtra, vel dictæ Sedis auctoritate, aut per locorum ordinarios, ſeu eorum Clericos, vel eorum aliquem, ſeu aliquos, aut alias quomodolibet, ex quibusvis cauſis etiam legitimis, & rationabilibus, poſitis hactenùs, & impoſterùm imponendis ab illorum, & cujuslibet ipſorum perſolutionibus, auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia tenore præſentium de ſpeciali dono perpetuo eximimus, & totalitèr liberamus, ac prorsùs, & omninò libera, & exempta decernimur, & declaramus: Volentes etiam, & ſcientia, & auctoritate prædictis ſtatuentes, & concedentes, quòd nulla per nos, vel per Sedem Apoſtolicam in genere, vel in ſpecie, ſub quibusvis formis, aut verborum expreſſionibus, necnon decretis irritantibus, & cum quibuscumque etiam clauſularum individualium, & quòd illis, niſi ſub certa forma minimè derogetur, neque derogatum fuiſſe cenſeatur, vim, & effectum habentium, & hujuſmodi forma, ſivè ſervara fuerit, ſivè non, prohibitoriis, aut aliàs effectui præſentium præjudicialibus clauſulis, conceſſa hactenùs, & impoſterùm concedenda. Item Privilegia, & Indulta etiam contrà exemptas perſonas Eccleſiaſticas, loca, atque bona quæcumque ſe extendentia, quorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerta forent hujuſmodi præſentibus, etiam haberi volumus pro expreſſis; niſi in illis tenor earumdem præſentium de verbo ad verbum inſertus, ac de nominibus, & cognominibus Eccleſiarum, & locorum prædictorum, ſpecialis, & expreſſa mentio facta fuerit, exemptioni, liberationi, necnon decreto, & declarationi hujusmodi aliqualitèr præjudicare poſſint, ſeu debeant. Quinimò hujuſmodi præſentes litteræ, ac contenta in eiſdem, plenariam roboris firmitatem obtineant, ac exemptio, & liberatio noſtræ prædictæ, plenariè, & effectualitèr obſerventur, quo ad idem in omnibus, & per omnia, ac ſi tunc alię litteræ, privi-

legia, & Indulta prædicta, nullatenùs emanaſſent quibusque tunc, ut ex nunc,quo ad hoc ſpecialitèr derogamus, illis alias in ſuo robore permanſuris.

Datum Florentiæ Anno Incarnationis Dominicæ 1439. VII.Junii. Pontificatus noſtri Anno IX.

Litteræ SS. D. N. Eugenii Papæ IV. Quibus Sacroſanctam Lateranenſem Baſilicam ad primævum ſtatum reducit, reſtituens eam adminiſtrationi Canonicorum Frigdianariorum, mandanſque Conoregationem SS. Salvatoris Lateranen. nuncupari.

Eſt Roma.

EUGENIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad Sacram Petri Sedem ſuperna diſpoſitione vocati.

Licèt ad ſingulas Inſignes Eccleſias, ut ſpiritualibus proficiant incrementis pervigili cura continuè intendamus; ad Baſilicam Lateranenſem, quæ inter cæteras Urbis Eccleſias tàm ejus, cujus dedicata eſt nomine, quàm Pontificum dignitate præcipuo decore refulget, tantò ardentiùs, ut in ea vigeat Divini Cultus amplitudo vigilare nos convenit, quantò ejus Eccleſiæ cura, & ſollicitudo nobis tanquàm ejus Paſtori ſpecialiùs eſt commiſſa.

Nimirum Salvatoris mundi.

Sanè cùm ipſa Eccleſia olim ſecundùm prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum Inſtituta conſueverit regi, & gubernari tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus per Religioſos Ordinis S. Auguſtini, qui ibi fructus uberes animarum Chriſtifidelium afferebant. Quòd multis privilegiis, dictæ Eccleſiæ antiquitùs conceſſis parere dignoſcitur. Tamen poſtmodùm fel. record. Bonifacius Papa VIII. prædeceſſor noſter ex certis cauſis, quæ ſuo tempori convenire videbantur motus, Beati Auguſtini Ordinem inibi ſuppreſſo per eum, & penitùs extincto, per Canonicos, Miniſtros, & Clericos ſæculares dumtaxàt dictam Eccleſiam regi, & gubernari tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus inpoſterum voluit, inſtituit, & decrevit, quæ inſtitutio uſque ad præſentia tempora eſt obſervata.

Cùm autem aliquandò contingat, ut ea, quæ ex bonis cauſis laudabilitèr facta ſunt, poſtmodùm culpa temporum, & hominum negligentia cauſantibus labantur in priùs, & quandoque miniſtrorum culpa Religio, ac devotio repeſcat, ac propterea ſit in ea Eccleſia Divinus Coltus admodùm neglectus temporibus noſtris, ac videamus, quòd ſæpiùs proptèr diverſas cauſas, & maximè, quia vicus dictæ Eccleſiæ propinquus, qui olim frequentibus habitatoribus colebatur, nunc ferè collapſus, & habitatoribus deſertus exiſtit. Canonici, & aliæ dictæ Eccleſiæ perſonæ raro ſibi habitant, & ad Eccleſiam ipſam negligentèr accedunt, proptèr quod Eccleſia ipſa Sacerdotibus, & Clericis Divina celebrantibus deſtituta remanet. Et propterea decus, & ſplendor illius Eccleſiæ maximè diminutus, & fermè ad nihilum redactus exiſtat, ex quo devotionem hominum ad illam conſueſitium refrigerari neceſſe eſt. Nos, qui præ cæteris rebus deſideramus, ut in ea maximè Eccleſia, quæ tantæ dignitatis, atque auctoritatis exiſtit, ut eam omnes gentes, & Populi revereantur, Religio vigeat, Divinus Cultus ad laudem Divini nominis augeatur. Utque inibi tales Viri inſtituantur, qui abjectis mundanis curis, ac periculis, ſe totos Deo dicantes inibi continuò morentur; cum pro eorum habitatione commoda faciamus quotidiè ædificia fabricari, ut Altiſſimo ſempèr offerant Hoſtiam laudis, & jubilationis, ac pro peccatis Populi effundant continuò ad Deum preces ſuas, ipſam Eccleſiam ad primitivum ſtatum Regularium Canonicorum duximus adducendum. Itaque cum ſecundùm temporum varietatem, & hominum, varias conditiones, leges quoque, & ſtatuta variari deceat; præſertim cùm urgens neceſſitas, vel utilitas id expoſcit. Nos, qui-

bus

bus emendandi, & corrigendi quæ ſunt in meliùs evaſura, non ſolùm poteſtas data, ſed etiam neceſſitas quædam impoſita eſt. Volentes circà ipſius Eccleſiæ utilitatem, & Divini Cultus incrementum, & ut omnia in ipſa inſtaurentur, in meliùs providere, de Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, Motu proprio, & ex certa ſcientia Ordinem ſecularium Canonicorum, & perſonarum, cæterorumque in prædicta Eccleſia miniſtrorum, per præfatum Bonifacium ordinatum, & inſtitutum, & uſque ad hæc tempora obſervatum, auctoritate Apoſtolica ſupprimimus, & extinguimus, & penitùs abolemus, & ad primævum Regularium Canonicorum Ordinem reducimus, ipſamque Lateranenſem Eccleſiam cum omnibus, & ſingulis ſibi unitis Eccleſiis, ac Capellis, & membris ei ſubjectis, necnon Juribus, Juriſdictionibus, Privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, rebusque aliis, & bonis ſuis quibuscumque, ad ſtatum primævum, & Ordinem Canonicorum Regularium, ſub Beati Auguſtini Regula degentium tenore præſentium reducimus, & in priſtinum ſtatum reponimus. Decernentes ex nunc in anteà præfatam Eccleſiam per dictos filios Canonicos Regulares Beati Auguſtini ſub Regulari Obſervantia viventes, Beatæ Mariæ de Friſionaria nuncupatos, quorum vita, & converſatio laudabilis, doctrina, & exemplo in Vinea Domini proficit, & multiplicitèr commendatur ab omnibus, & uberes fructus in Populis producere dignoſcuntur, perpetuis futuris temporibus in ſpiritualibus, & temporalibus regi, & gubernari, debereque per eos dictæ Eccleſiæ cura omnimoda exerceri.

Et quoniàm decens eſt eos, quibus talis Eccleſiæ, quæ inter alias Orbis Eccleſias primatum tenet regimen, & gubernatio committitur digniori honoris titulo inſigniri. Eadem auctoritate ſtatuimus, quód Canonici præfati, non ampliùs Canonici Congregationis de Friſionaria, ſed Salvatoris Lateranenſi ab omnibus, & ſingulis, publicè in omnibus geſtis, et contractibus, deinceps debeant appellari. *Amodo Salvatoris Lateranenſis Congregationis.*

Per hanc autem nominis mutationem, non intendimus privilegiis, gratiis, exemptionibus, immunitatibusque ipſis Canonicis per nos, ſeu noſtros prædeceſſores ſub dicto nomine Congregationis de Friſionaria hactenùs conceſſis, aliquatenùs derogare. Sed eos volumus dictis privilegiis, et gratiis plenè uti, et gaudere, periude, ac ſi nomen appellationis antiquæ ſervarent.

Ut autem circà cuſtodiam, ſecuritatem, et obſervationem pretioſiſſimi Theſauri Reliquiarum dictæ Eccleſiæ, auro, argento, variiſque lapidibus pretioſis, e gemmis ornatum debitè provideatur, ſtatuimus, ac etiam decernimus auctoritate præfata, ut de cætero decem perſonæ de dicta Urbe Eccleſiaſticæ per Nos, et deindè per Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros eligendæ, perpetuò cuſtodiam habeant Reliquiarum præfatarum, quòd, ut diligentiùs facere, et ad id commodiùs vacare abſque eorum diſpendio poſſint, cuilibet earumdem perſonarum, ſalarium triginta florenorum auri de Camera de publico Cameræ annis ſingulis perſolven. eadem auctoritate concedimus, & etiam aſſignamus.

Non obſtantibus quibuſcumque aliis litteris noſtris ſuper translatione, ac reductione, & ſtatu dictæ Eccleſiæ Lateranen. ſub quacumque forma, vel expreſſione verborum hactenùs emanatis; quas ex nunc nullius eſſe decernimus roboris, vel momenti, necnon ipſius Bonifacii, & aliis privilegiis, & gratiis ipſi Eccleſiæ per alios noſtros prædeceſſores conceſſis, ſtatutiſque, & ordinationibus præfatæ Eccleſiæ, etiam auctoritate Apoſtolica confirmatis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuppreſſionis, extinctionis, abjectionis, reductionis, repoſitionis, conſtitutionis, ſtatuti, intentionis, conceſſionis, & aſſignationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1445. IV. Idus Januarii. Pontificatus noſtri Anno XV.

X 2 *Bulla*

Digitized by Google

ſanctitatis, refertur ad caput. ad cujus dignitatem, & merita parùm putamus omne, quòd dicitur, cernimus fidelium populorum ad hunc locum ſuperna illuſtratione concurſum, & ingentem charitatis, & devotionis ardorem, quo de toto Orbe conveniunt, & locum celebrant innumeræ Chriſtianorum turbæ, ſola illis fama cognitum, & venerabilem ſanctitate, & puritate Fidei, & Religione Chriſtiana, ſe ferè minùs Religionis habere exiſtimant, niſi Salvatorem Mundi in illo adoraſſent loco, ubi primum glorificatum ejus nomen, & Sacra Catholica Religio exiſtit exaltata, & undè cooperante Domino ad eorum pervenit auditum, ubi Dei, & Chriſti Eccleſia nata eſt, & adulta, martyriis coronata, & per religioſiſſimos Principes, Divina clementia, potentia, & divitiis major effecta, & ubi Romanum Imperium ſub jugo Chriſti ſubactum eſt; in eo ſacratiſſimo Orbis loco Apoſtolorum capita nunc cum Chriſto regnantium venerabilitèr requieſcunt, ubi ſanctitatis, & Religionis eſt caput, ubi Salvator in Apoſtolis mirabilis prædicatur, quorum alteri Cœlorum claves, alteri magiſterium Eccleſiaſticæ eruditionis injunxit. Ubi Chriſtiani Duces exercitus, & populi Dei per Evangelium genitores, in præſtantiori Sanctorum Corporum parte, Divina Myſteria, & habitaculum Salvatoris venerantur, & ornantur, ſanctiſſimas, & venerandas Baſilicas, & Chriſtiani triumphi trophea fulgentia, & præclata monumenta, in eadem Urbe veluti pretioſa ſacraria, quaſi ex lateribus aſſiſtere voluerunt; loca glorioſa, ubi ſanguinem fudere pro Chriſto, quæ reſiduo Sacrorum Corporum decore illuſtrantur, ipſos profectò parietes hujus Sacræ Baſilicæ ſanctorum merita, ac hujuſmodi Martyrum Chriſti piè credimus ſpiritalitèr emanare cruorem, & Sanctorum Chriſti ſacris refectam eſſe cineribus, & ad locum ſacrum Dæmones contremiſcere. Hic Angelorum præſidia, Sanctorum Orationes, gratiam Salvatoris abundantiùs impartiri, & peculiarius Spiritus Sancti adeſſe præſentiam: minimè dubitandum eſt: & locum illum eſſe, quem de toto Orbe Salvator elegerit. Sanctificavit enim tabernaculum ſuum Altiſſimus, ubi munda ſacrificia, devotatum mentium Orationes ſanctas, Laudes, ac Sanctorum ſuorum triumphos in odorem ſuavitatis accipere. Decet igitur, ubi totius Sanctitatis eſt caput, ubi hærent terrena cœleſtibus, ubi eſt gratiæ magnitudo, ſacratiſſima holocauſta, & immaculata obſequia Divinæ Majeſtati, cum omni ſanctitate perſolvi, & munda ſacrificia offerri divino conſpectui. Hac igitur pia, & ſancta inſpiratione ducti, & domus Dei zelo ſoliciti, ſacratiſſimi Pontifices prædeceſſores noſtri illius ſecuti veſtigia, cujus perfecta, & ordinata ſunt opera, poſtquàm venerabilem locum pro Populi Dei ſalute, & ſummi Regis gloria decoraverunt, & ex theſauro Chriſti ſacratiſſimo, inenarrabilibus, & incompræhenſibilibus Indulgentiis, & Divinæ gratiæ largitate, & remiſſionum exuberantia ornaverunt, honorum privilegiis ſublimaruut, & decorarunt titulis dignitatum, Divinam in Terris familiam Clericorum, qui Religioſam vitam ducerent, & ad exemplum naſcentis Eccleſiæ ſanctam Inſtitutionem ſervarent, quos Canonicos Regulares appellamus, & ſacrum inter Clericos, & Miniſtros Chriſti vivendi modum in Sacrata Baſilica inſtituerunt, firmarunt, erexerunt, & perpetuò deputarunt, ut hi primæ in terris Eccleſiæ, & Matris Sanctorum Apoſtolica providentia curam gererent, qui primorum Chriſtianæ Religionis Clericorum normam, traditiones, & Inſtituta ſectantur. *Canonici Regulares adhibiti.*

Hujus profectò ſacri ordinis, & ſancti propoſiti, poſt Sanctos Apoſtolos, primùm in Alexandrina Eccleſia Marcus Petri diſcipulus fuit Inſtitutor, & Conditor, ac glorioſus Doctor Auguſtinus Epiſcopus, Divinis Regulis, & doctrina decoravit, & ſanctæ me. Urbanus Inſignis Martyr, et Sanctiſſimus Pontifex, generalis decreti ordine reformavit, et Beatiſſimus Gregorius Auguſtino Angelorum Epiſcopo, veluti plantationem ſacram in commiſſo ſibi populo præcepit inſtitui, et in Occidentibus finibus ampliavit. Hi ſunt profectò, qui Sanctorum Patrum vitam probabilem imitantur, et Apoſtolorum Inſtituta inſtinctu Spiritus Sancti renovant; qui ad exemplum illorum credentium convenerunt in unum, quibus erat cor unum, et anima una, qui Paſtoribus ſuis juxtà Eccleſiaſticas, et Apoſtolicas traditio- *Canonici Apoſtolici. Benevolentiſſimus Pontifex.*

ditiones obediunt. Sicque hæc ſancta, et placens Deo inſtitutio antiquitùs, et ab ipſis ferè primordiis obſervata extitit, et Sacram Baſilicam per dicti Ordinis Clericos per longa tempora, ſanctè, et ſalubritèr gubernatam fuiſſe, certiſſima ſcientia, et veritate comperimus, et hoc evidentiſſimè atteſtantur innumerabilia documenta. Cùm autem hoc pium, et ſalutare Inſtitutum, Mundo in maligno poſito ex antiqua hoſtis invidia fuerit perturbatum, et per felicis record. Bonifacium VIII. prædeceſſorem noſtrum, quadam illius temporis malitiæ conſideratione immutatum, et per ipſum Patrum termini, contrà Divina præcepta transiatI noſcantur, et amotis Regularibus Canonicis, ſecularium Clericorum, et Canonicorum fuerit dicta Eccleſia curæ, et gubernationi commiſſa, et dignitatum, officiorum, Canonicatuum, Præbendarum, et Beneficiorum erectio, inſtitutio, deputatio, et fundatio celebratæ, certis etiam tunc expreſſis cauſis, quæ divina clementia cum omnibus in illa immutatione narratis, noſtris temporibus omninò nunc ceſſant, & ceſſare ampliùs futuris temporibus Domino largiente ſperantur, & ex præfata immutatione Sancta Baſilica plurimùm ab illa ſancta Inſtitutione in ſacro Cultu, Divinis Officijs, & Sacroſanctis Myſteriis, ac in ſpiritualibus, & temporalibus deformata, & paſſa fuerit detrimenta quamplurima,& ubi prius Religio, & honeſtas, cum bonorum temporalium ubertate florebat, vix ſaltèm veſtigium potuerit bonorum temporalium apparere, & habitaculum Domini quadam ſpirituali, & temporali ſqualleret ſolitudine. Nil ampliùs noſtræ menti, noſtris affectibus, noſtræque ſaluti, & humeris imminere conſpicimus, quàm, ut priſtinum ſanctum, & divinum opus; primam ſcilicèt Inſtitutionem repetamus, Patrum terminos reponamus, & quaſi jacenti manum porrigentes, Sanctam Eccleſiam Lateranen. ad primæuum ſtatum, & ordinem reducamus. Non profectò minoris exiſtimamus mercedis, & meriti. Vitam hanc, & ſanctam converſationem primitivæ Eccleſiæ, quę decaleſcente fervore Fidelium jam penè defluxit, inſpirante, & proſequente Divino Spiritu renovare, quam aliorum Sacrorum Ordinum Religiones, ampliſſimè per Divinam Miſericordiam frequentes, & florentes, ejuſdem ſpiritus perſeverantia cuſtodire.

Dolet Regularibus ademptam.

Canonicus ordo penè dilapſus.

Nos igitur, qui licet immeriti B. Petri reſidemus in loco, & prout nobis Divina Clementia poſſe, & ſcire donaverit, Romanæ Eccleſiæ ſanctitati, honori, & gloriæ, & ſub Religione viventium ſalutari propagationi, & ampliationi paternis ſtudiis efficaciter intendamus, quinque ante Apoſtolatum noſtrum [ut conſcientiæ noſtræ teſtis eſt Deus] dum adhuc eſſemus in minori officio conſtituti, ſpecialem ad hanc venerabilem Eccleſiam devotionem geſſimus, & continuè ſpirituali exultatione cæcinimus cum Propheta, Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ, & quàm dilecta Tabernacula tua Domine virtutum, concupivit, et defecit anima mea in atria Domini. Et poſt hæc ex ſpeciali Apoſtolatus officio huic Eccleſiæ noſtræ exiſtimamus debitores, per quam datur, ut invigilare, et præeſſe cæteris omnibus debeamus. Conſiderantes enim meritò ſalutem expetere, qui Salvatorem toto corde venerantur, ac non dubitantes, quòd ſi Religioſos paterna benignitate proſequamus, noſtris opportunitatibus clementem Deum reperiemus. Poſt deliberationem providam, quam cum Fratribus noſtris diligentèr habuimus, ad laudem Omnipotentis Dei, auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia, pro Eccleſiæ Dei, Catholicæ Fidei, & Religionis Chriſtianæ honore, et Salvatoris noſtri gloria, et pro publica utilitate, et animarum ſalute, et dictæ Lateranen. Eccleſiæ ſtatu, veneratione, commodis, et honore. Præfatam ſacroſanctam Baſilicam ad primam Inſtitutionem, et primeum ſtatum reducimus, ac reponimus.

Nota affectum viri.

Ut Ordo Canonicus, qui ſecundùm Deum, & Beati Auguſtini Regulam ibi noſcitur inſtitutus, perpetuis futuris temporibus, in dicta venerabili Baſilica vigeat, & inviolabilitèr obſervetur, ac decernimus, et ordinamus, et perpetua ſtabilitate firmamus, *ut præfata Baſilica per præfati Ordinis Clericos in perpetuum gubernetur*, illam quoque dictorum Regularium Clericorum, et Canonicorum curæ, guber-

bernationi, adminiſtrationi, et pleniſſimæ diſpoſitioni, cum omnibus ſpiritualibus, et temporalibus bonis committimus, concedimus, et largimur. Sit tibi Religioſorum Clericorum Sacer Conventus, qui Angelicam in Terris agentes vitam, in Divinis laudibus diebus, ac noctibus perſeverent, et nil aliud cogitent; niſi quòd ad Domini pertinet ſervitutem, et in lege Domini indefeſſà meditatione verſentur. Paritèrque auctoritate Omnipotentis Dei, et ex Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Seculares Clericos, et Canonicos, ac eorum Regimen, curam, gubernationem, et inſtitutionem ex nunc ab eadem Baſilica amovemus, ac ex abundantiori Sedis Apoſtolicæ providentia tollimus, et extinguimus, removemus, ac ſupprimimus, illiusque Eccleſiæ regiminis ſeculares Clericos Canonicos incapaces efficimus, et Bonifacii prædicti Inſtitutionem, ordinationem, immutationem, et renovationem, et cætera præmiſſa, conſtituta quælibet, et decreta, cum omnibus indè ſecutis, ac ſi præſentibus de verbo ad verbum inſerti forent caſſamus, tollimus, revocamus, et annullamus, et quaſcumque Eccleſiaſticas dignitates, Officia, Canonicas, Præbendas, Beneficia, Capellas, ſivè Altarium Beneficia, quomodocumque, et à quibuscumque etiam Sanctæ Romanę Eccleſię Cardinales regi conſueta, et quicquid ex immutatione prędicta inſtitutum, et ſubſecutum extitit, ex nunc ſupprimimus, abolemus, et extinguimus, necnon Dignitatum, Officiorum, Prębendarum, Beneficiorum, Capellarum, ſive Altarium prędictorum bona, jura, fructus, reditus, et proventus, ad commune patrimonium ipſius Baſilicę, dictis Regularibus Canonicis in perpetuum deſervitura reducimus, appropriamus, et incorporamus. Prę ſentes quoque ſeculares Canonicos, qui decem dumtaxàt numero ſuperſtites exiſtunt, ac Clericos, et Beneficiatos prędictos, auctoritate, poteſtate, et ſcientia memoratis, ex cauſis prędictis, et aliis multiplicibus, quas ex certa ſcientia noſtra firmiſſima veritate comperimus, et didicimus, à dicta Eccleſia officiis, beneficiis, canoniis, prębendis, juribus, et bonis prędictis amovemus, et nihil omninò juris, ullis futuris temporibus in prędictis habere volumus, authoritate, et poteſtatis Apoſtolicæ plenitudine decernimus, et ſtatuimus; Largiente Domino circà eorum ſtatum, et ſalubrem proviſionem, quantum à Deo datum fuerit viriliter proviſuri.

Quia verò Divina Miſericordia, ſub Regularium Canonicorum propoſito, devotas Deo plures familias, cœtus, conſortia, Congregationes, & Ordines habet Chriſtiana Religio, & S. Converſationem Clementia Salvatoris noſtris temporibus multiplicare dignata eſt, nos in hujus ſancti operis inſtitutione, & ad tantæ rei magnitudinem, ad Salvatorem noſtrum direximus noſtræ meditationis intuitum, & piè conſiderantes, & diutius ſedulis ſtudiis revolventes, ad novellam in vinea Domini plantationem, Religioſam familiam Dei, Congregationem de Friſionaria nuncupatam, qua ſub eadem Divi Auguſtini Regula Altiſſimo militantes, & Sacram Religionem, prout certè comperimus, devota puritate ſervantes, in ipſius Regulæ vigore, & Ordinis diſciplina, Salvatori piiſſimè famulantur, & Religioni dediti, in carne non ſecundum carnem viventes, in gratiarum benedictionibus quotidiè multiplices, & uberes fructus in agro Dominico, Spiritus Sancto miniſtrante afferre noſcuntur, reſpeximus, & mentem noſtram Divina inſpiratione convertimus.

Plures cætus ſub propoſito Canon. Reg.

Afflatus ſuperni ſpiraminis.

Ritè novella plantatio Canonicis quos in unitatem Martin. V. dudum coire mandavit.

Authoritate igitur Apoſtolica, ſcientia, & poteſtate prædictis, Ordinem, & Congregationem prædictam, in dicta Eccleſia inſtituimus, ponimus, erigimus, & deputamus, & Sacroſanctam Baſilicam, cum omnibus ſuis temporalibus bonis, membris, juribus, juriſdictionibus, privilegiis, exemptionibus in perpetuum dictæ Congregationi concedimus, committimus, & eorum curæ, & adminiſtrationi tribuimus, & donamus, & illi tenendam, poſſidendam, regendam, & gubernandam largimur, appropriamus, et incorporamus, donamus, et tradimus, ut ſub præfatæ Congregationis jure, cunctis futuris temporibus permaneat, ac ſtatuimus, et decernimus, ut propria deinceps Religio, et dictæ Eccleſiæ originalis

Ordo

Originalis ordo.

Ordo, et inſtitutio habeatur, necnon ut omnia ea liberè, et propria auctoritate accipere, et apprehendere, et fructus, ac proventus in ſuam utilitatem convertere valeant, ex noſtra permiſſione concedimus. Capitulum quoque, et Couventum, prout Regulares Canonici ante immutationem prædictam, et ſeculares poſthabuiſſe noſcuntur, cum omnibus juribus, et privilegiis habeant.

Salvatoris Congregatio.

Decernimus prætereà, et ſtatuimus: ut deinceps omnes dictæ Congregationis Conventus, et loca, ab hujuſmodi S. Baſilicæ titulo, et totius Congregationis capite nomen accipiant, Salvatoris congregatio appelletur, et ſingulos dictæ Congregationis Canonicos, ubicumque, Domino ſervientes, hujus Baſilicæ Clericos, Miniſtros, & Religioſos, ac de ipſius Capituli gremio in omnibus Juribus, & privilegiis cenſeri decernimus, ac ibidem ſummi Regis laudes, obſervationes, gratiarum actiones, & quotidianas preces, ac ſacrificia pro Chriſtiani Populi, & Romanæ Eccleſiæ ſalute, devoto corde, & puriſſimis mentibus offerant.

Ipſemet paravit regularibus.

Monaſterium inſupèr, & Clauſtrum, quòd apud dictam Eccleſiam pro tantæ rei inſtitutione, & Salvatoris honore, ac noſtra ſalute, magnis expenſis, oneribus, & ampliſſimis ſtructuris à fundamentis ædificari fecimus, & jam ferè multa operoſitate conſumatum eſt, cum eorum uſibus deputamus, concedimus, & dictę Baſilicæ bona præfata, præſentia, & futura dictæ Congregationis Canonicis in perpetuum concedimus, & donamus, ut eorum uſibus in communi deſerviant. Vivant ſub Priore uno in Canonico ordine, ſalutarem Religionem, & obſervantiam Regulæ, ut Sanctos decet obſervent, copioſo, & celebri Congregationis Conventu, & Sacro Conſortio, qualem jam noſtris manibus ibidem introduximus, deputavimus, & divinis obſequiis mancipavimus, & ſecundùm prædictam Regulam, & ipſius Congregationis ſacros mores, & ſalubria inſtituta laudabilem, & Deo devotam converſationem, & vitam agant.

Confirmatio precedentium privilegiorum.

Necnon omnes libertates, immunitates, exemptiones, dignitates, privilegia à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, ſivè per privilegia, vel alias Indulgentias Eccleſiæ Lateranenſis Capitulo, Conventui, & ipſis Clericis, nec non dictæ Congregationi de Friſionaria conceſſas, ſivè à Regibus, Principibus, & aliis Chriſtifidelibus Eccleſiæ præfatæ largitas, dictæ Eccleſiæ Lateranen. & Capitulo, & Conventui, & ipſis Regularibus Canonicis confirmamus, concedimus, donamus, & auctoritate Apoſtolica communimus. Statuentes Apoſtolica authoritate, & per Salvatoris Mundi miſericordiam, & per Apoſtolorum Petri, & Pauli merita glorioſa, & ſub divini obteſtatione judicii, ut nullus hominum eos inquietare, turbare, vel impedire præſumat, vel prædicta ad Dei laudem, & gloriam inſtituta, ſtabilita, perpetua auctoritate firmata immutare; ſed, ut omnes roborare, cuſtodire, & inviolata ſervare ſatagant, à miſericordioſiſſimo Deo, & Salvatore noſtro benedictionis gratiam conſequantur.

Ac volentes, & eadem auctoritate decernentes, quòd ſi forsàn aliquid contrà præmiſſa, vel aliquid præmiſſorum, per nos, vel Sedem Apoſtolicam impoſterùm concedi, ordinari, vel immutari contingat, niſi de præſentibus de verbo ad verbum in litteris hujuſmodi fieret mentio ſpecialis, illud, & quicquid ſecus factum fuerit, etiam ſi motu proprio, vel ex certa ſcientia, vel quibuscumque aliis clauſulis emanaverit, irritum ſit, & inane, nullamque obtineat roboris firmitatem, decernentes inſupèr ex nunc, nullius roboris, vel momenti, ſi ſecus à quoquam quavis authoritate, ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attemptari.

Sedulo in hoc incubuit.

Cum autem nos, qui ſempèr iſtud in Votis geſſimus, & inter plurima, quæ pro Chriſtianæ Catholicæ Fidei, & Religionis honore, & ampliatione, & Divini Cultus, & Religionis ſalutari propagatione, & Romanæ Eccleſiæ gloria, per nos licèt immeritos, Divina Clementia noſtris temporibus operari diſpoſuit. Hoc ſalutare opus, & ſanctam Reformationem nobis creditam, & reſervatam fuiſſe credimus, & cognovimus circà præmiſſa ſolicitis, & efficacibus ſtudiis intendentes, quibus ſalutaris fervor ex ſancto deſiderio ſemper crevit, per alias noſtras

litteras

litteras ſub Data Florentiæ VIII. Idus Febr. Pontific. noſtri anno IX., diſpoſitiones alias ordinavimus, & ſucceſſivè per alias litteras noſtras, Dat. Romæ apud S. Petrum Kal. Maii, Pontific. noſtri anno XIV. & per alias litteras ſub Dat. Romæ apud S. Petrum IV. Idus Januarii, Pontific. noſtri Anno XV. ſecundum quod expedire videbatur, plura circà hæc reformavimus, quarum vigore, Altiſſimo concedente quamplurima, huic præſenti noſtræ plenæ, & perfectæ ordinationi, & conſtitutioni, & diſpoſitioni, accommoda, & utilia tàm circà dictorum Canonicorum Regularium poſſeſſionem, quàm adminiſtrationem, & plura alia tàm per dictos Canonicos, quàm per alios de mandato noſtro geſta, & facta ſunt, illas omnes cum omnibus indè ſecutis., quatenùs huic noſtræ præſenti ordinationi conveniunt, approbamus, & illis per hanc noſtram pleniorem, & perfectiorem diſpoſitionem adiicimus in cæteris autem, vel contrariis, vel quæ huic minimè convenirent, tollimus, & caſſamus, & hanc plenam, & perfectam, integram, firmam, & illibatam ordinationem eſſe volumus, & decernimus. Non obſtante dicti Bonifacii Inſtitutione, & immutatione prædictis, quacumque firmitate &c. roboratis, ac privilegiis per Sedem Apoſtolicam dictis ſecularibus Canonicis Beneficiatis, Capitulo, Dignitatibus, & Officiis prædictis, vel ipſi Eccleſiæ quodcumque conceſſis, & quocumque robore munitis, necnon aliis Apoſtolicis, & dictæ Eccleſiæ Conſtitutionibus, Juramento, vel alia firmitate roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. *Derogatoria.*

Nulli ergò omninò hominnm liceat hanc paginam noſtræ reductionis, repoſitionis, conſtitutionis, ordinationis, firmationis, commiſſionis, conceſſionis, largitionis, amotionis, extinctionis, ſuppreſſionis, caſſationis, revocationis, annullationis, abolitionis, appropriationis, incorporationis, inſtitutionis, poſitionis, erectionis, deputationis, tributionis, donationis, confirmationis, caſſationis, communitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis, autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ Anno Incarnationis Dominicæ 1446. Kal. Januarii Pontificatus noſtri Anno XVI.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

✝ *Ego Georgius Tit. S. Anaſtaſii Presbyter Cardinalis de Fliſco manu propria ſubſcripſi.*

✝ *Ego B. Baſilicæ Sanctorum duodecim Apoſtolorum Presbyter Cardinalis manu propria.*

✝ *Ego Antonius Tit. S. Chriſogoni Presbyt. Card. manu propria.*

✝ *Ego Jaannes Tit. S. Laurentii in Lucina Presbyt. Card. manu propria.*

✝ *Ego G. Tit. S. Martini in Montibus Presbyt. Card. ſubſcripſi.*

✝ *Ego Joannes Tit. S. Mariæ Tranſtyberim Presbyt. Card. manu propria.*

✝ *Ego Ludovicus Tit. S. Laurentii in Damaſo Presbyt. Card. Aquileg.*

✝ *Ego Dominicus Tit. Sanctæ Crucis in Hyeruſalem Card. Firmanus.*

✝ *Ego Alphonſus Tit. SS. quatuor Coronatorum Presbyt. Card.*

✝ *Ego Henricus Tit. S. Clementis Presbyt. Card. Mediol.*

✝ *Ego Thomas Tit. S. Suſannæ Presbyt. Card. manu propria.*

✝ *Ego Joannes Tit. S. Sabinæ Presbyt. Card. manu propria.*

✝ *Ego Proſper S. Georgii ad Velum Aureum S. R. E. Diac. Card.*

✝ *Ego Petrus S. Mariæ Novæ S. R. E. Diac. Card.*

✝ *Ego Joannes S. Angeli S. R. E. Diac. Card.*

✝ *Ego Franciſcus Epiſcopus Portuen. manu propria.*

✝ *Ego Joannes Epiſcopus Præneſtinus manu propria.*

Litteræ Sanctiſſimi Domini Noſtri Nicolai Papæ V. confirmantes Baſilicæ Salvatoris omnia prædeceſſorum Privilegia.

Eſt Romæ,

NICOLAUS Epiſcopus ſeruus ſervorum Dei. Dilectis filiis Priori, & Capitulo Eccleſiæ Lateranenſis Ordinis S. Auguſtini, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm à nobis petitur, quòd juſtum eſt, & honeſtum tàm vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut per ſolicitudinem officii noſtri perducatur ad effectum,

Ea proptèr dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates, & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſivè per privilegia, ſivè per alias Indulgentias vobis, & Eccleſiæ Lateranenſi conceſſas. Necnon libertates, & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus, aut Principibus, aut aliis Chriſtifidelibus rationabilitèr vobis indultas. Sicut eas rectè, & pacificè poſſidetis; vobis, ac per vos eidem Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, & continuationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S.Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1447, . Januarii. Pontificatus noſtri anno Primo,

Bulla SS.D. Noſtri Nicolai Papæ V. Qua confirmantur prædeceſſorum Privilegia, cunctaque Baſilicæ Salvatoris attribuuntur.

Eſt Ferrariæ.

NICOLAUS Epiſcopus ſeruus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ex proviſione Sedis Apoſtolicæ, necnon Eccleſiarum, præſertim ſub Regulari Habitu, mundanis abjectis illecebris, ſtudio piæ vitæ Altiſſimo famulantium perſonarum devotione, ac meritis dignoſcitur pervenire ad Romanum Pontificem numquàm à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſeu eorum auctoritate in perſonarum earumdem, illorumque Monaſteriorum, & aliorum piorum Locorum favorem, commodum, ac utilitatem geſta corroboret, & Indulta confirmet.

Dudùm ſiquidèm fel. record. Martinus Papa V. prædeceſſor noſter, ad gloriam, & honorem Omnipotentis Dei, ejuſque Glorioſæ Virginis Matris, dilectos filios S.Mariæ de Frixonaria Sancti Leonardi, S. Joannis in Monte Bononien. & S.Victoris ei canonice annexi: Sanctæ Mariæ in Portu, S. Joannis de Fereto propè S.Archangelum, S.Mariæ de Inſula Tremeti, S.Mariæ de Blanchis loci Caſoreti, S. Salvatoris, S. Mariæ de la Charità, Sanctorum Sancta Martyrum Lucanæ Veronen. Ravenaten. Ariminen. Reatinen. Mediolanen. Brixien. Caſtelanen. & Tarviſinæ Diœceſis Ordinis S. Auguſtini Monaſteriorum Priores, Præpoſitos, Rectores, Canonicos, & Conventus de Congregatione Salvatoris Lateranenſis, etiam vulgariter de Frixionaria nuncupatos, ut Deo quietiús, perpetuò famulari valerent, gratioſis favoribus proſequi volens, ad honorem Omnipotentis Dei, Matriſque ejus Virginis Glorioſæ, ac Beati Auguſtini Confeſſoris, pro Religionis incremento, quòd ex tunc in anteà Priores, Præpoſiti, Rectores, Canonici, & Conventus præfati pro eorum perpetua ſoliditate, ac converſatione, quamquàm diverſorum Monaſteriorum, & locorum profeſſi exiſtant; nihilominùs unum corpus, unaque Congregatio ſimul, & invicem connexa cenſerentur, & ſub una, & eadem lege, ac obſervantiæ Regularis unitate, morumque confirmitate, ac eiſdem conſuetudinibus, privilegiis, ordinationibus, ac ſtatutis ſubeſſent, & pro Religionis, & Congregationis hujuſmodi conſervatione, augumento, & felici in

Domino

Domino obſervantia vera, & ſanctitate, ſucceſſu; circà celebranda eorum Capitula, eligendis Rectoribus, ipſorumque locorum eorumdem, ac quampluribus aliis eorum, ac Monaſteriorum, & locorum prædictorum regimen, & gubernationem in ſpiritualibus concernentibus, acceptand ſque recipiendis juſto titulo locis, & Monaſteriis tàm factis, quàm de novo conſtruendis à quocumque Prælato Eccleſiaſtico, & Eccleſiaſtica perſona, necnon Rege, Duce, Principe, vel Barone, Dominio, vel Communitate, & quolibet alio Chriſtifideli, quàm plura ſalubria ſtatuerit, & ordinaverit, ac voluerit, quòd tàm ſtatuta, & ordinationes prædictas, quàm cætera dicta privilegia, conceſſiones, immunitates, gratiæ ſingulis antedictis Monaſteriis, ac locis ipſius Religionis, & Congregationis prædictæ per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ſeu pro Romanis Pontificibus ſe gerentes, Imperatores, Reges, Duces, Barones, Principes, Dominia, Communitates, conceſſa quæ omnia haberi voluit pro expreſſis, & impoſterùm concedenda in omnibus, & per omnia ad univerſa, & ſingula loca, Monaſteria, Prioratus, Præpoſituras, & Domos, eorumque perſonas, quæ tunc, & procedente tempore ad hujuſmodi Religionem, & Congregationem, & ejuſdem Fratres, & Canonicos reducta, & unita eſſent, ſeu reduci, & uniri contingeret, cum illius, ac illorum ſuppoſitis, vel unitis, ac per eoſdem canonicè acquiſitis, & juſto titulo acquirendis, ut præfertur extendi deberent.

Et deindè piæ mem. Eugenius Papa IV. prædeceſſor noſter, Sacroſanctam, ac Venerabilem Lateranenſem Baſilicam (ad primam ejus Inſtitutionem, primævumque ſtatum. Videlicèt Canonicorum Regularium, ex certis tunc expreſſis cauſis, poſt deliberationem providam, quàm cum Fratribus ſuis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, habuit diligentem; pro Eccleſiæ Dei, Catholicæ Fidei Chriſtianæ, & Religionis honore, Salvatoris noſtri gloria, publica utilitate, ac dictæ Lateranen. Baſilicæ ſtatu, veneratione, commodis, & honore reducens, ac reponens.

Ut Ordo Canonicus, qui ſecundùm Deum, & B. Auguſtini Regulam ibi noſcebatur inſtitutus, perpetuis futuris temporibus in dicta Eccleſia vigeret, & inviolabilitèr obſervaretur, & ordinem, & Congregationem prædictos in dicta Eccleſia inſtituit, erexit, & decrevit dictam Lateranenſem Baſilicam cum omnibus ſuis juribus, juriſdictionibus, privilegiis, & exemptionibus in perpetuum idem Congregationi conceſſit, & commiſit eorum curæ, & adminiſtrationi tribuit, & donavit.

Decrevitque, & ſtatuit, ut deinceps dictæ Congregationis, Conventus, & loca, ab hujuſmodi Sanctæ Lateranenſis Baſilicæ Titulo, & totius Congregationis capite nomen acciperet, & Salvatoris Congregatio appellaretur, ac ſingulos dictæ Congregationis Canonicos ubicumque Domino ſervientes hujus Baſilicæ Clericos, Miniſtros, ac Religioſos, ac in Capituli gremio omnibus juribus, & privilegiis cenſeri decrevit, prout in diverſis dictorum prædeceſſorum noſtrorum litteris, quarum tenores de verbo ad verbum præſentibus haberi volumus ſufficienter pro expreſſis pleniùs continetur.

Cum autem ſicut exhibita nobis nupèr pro parte dilectorum filiorum Rectoris, & univerſorum, ac ſingulorum Canonicorum petitio continebat: ipſi Rector, & Canonici litteras prædictas, ac omnia, & ſingula in eis contenta, pro eorum ſubſiſtentia firmiori, noſtro munimine roborare deſiderent: pro parte eorumdem Rectoris, & Canonicorum, nobis fuit humilitèr ſupplicatum, ut ipſorum deſiderio hujuſmodi favorabilitèr annuere, & aliàs ſuper his opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui ad Congregationem ipſam, illiuſque Monaſteria, Eccleſias, Loca, ac perſonas proptèr eorum laudabilem, ac Religioſam vitam, & multiplices, & uberes fructus, quos in Vinca Domini Altiſſimo miniſtrante gratiam dicti afferunt, ſingulari devotione afficimur; ipſos, & eorum Monaſteria, atque loca ſpiritualibus favoribus, atque gratiis proſequi volentes, hujuſmodi ſupplicationi-

Digitized by Google

bus inclinati, auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia, tenore præſentium tàm Martini, quàm Eugenii litteras prædictas, necnon omnia, & ſingula in eis contenta, ac quæcumque indè ſecuta approbamus, ac pleno firmitatis robore ſubſiſtere, necnon perpetuis futuris temporibus inviolabilitèr obſervari debere decernimus.

Necnon concedimus, & indulgemus omnibus, & ſingulis Congregationis Canonicorum hujuſmodi Eccleſiis, Monaſteriis, Prioratibus, locis, & perſonis, præſentibus, & futuris, ubicumque conſiſtentibus, & conſtituendis, quòd in prædicti Martini, & Eugenii prædeceſſorum contentis litteris, ac omnibus, & ſingulis aliis exemptionibus, privilegiis, immunitatibus, libertatibus, gratiis, & Indultis, bonis, & juribus ſpiritualibus, & temporalibus conceſſis, & concedendis, quibus dicta Eccleſia veſtra, ſeu Baſilica Salvatoris Lateranenſis, ejuſque ſuppoſita utuntur, & gaudent, ſeu uti, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, in perpetuum uti poſſunt pariter, & gaudere.

Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, Ordinationibus, exemptionibus, privilegiis, ac litteris Apoſtolicis, ſpecialibus, vel generalibus, ſub quibuſcumque formis, & expreſſionibus verborum, editis, & conceſſis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, conſtitutionis, & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1450. Kal. Januarii. Pontificatus noſtri Anno III.

Bulla SS. D. N. Nicolai Papæ V. Qui ſingulorum Canonicorum Capitula proprios ſibi deligunt Conſervatores.

Ex Venetiis.

NICOLAUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis S. Mariæ Florentin. & S. Georgii Majoris Venet. Caſtellanæ Diœceſis, ac Sancti Sixti Placen. tantùm Monaſteriorum Abbatibus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Militanti Eccleſiæ licèt immeriti diſponente Domino Præſidentes; circa curam Eccleſiarum, & Monaſteriorum omni ſolertia reddimur indefeſſa ſoliciti, ut juxta debitum paſtoralis officii eorum occuramus diſpendiis, & profectibus Divina cooperante clementia intendamus. Sanè dilectorum in Chriſto filiorum univerſorum Canonicorum Ordinis S. Auguſtini de Congregatione Salvatoris Lateranen. olim de Frixionaria nuncupata, ac Congregationis eorundem conqueſtionem percepimus. Quod nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, aliique Eccleſiarum Prælati, & Clerici, ac Eccleſiaſticæ perſonæ, tam Religioſæ, quàm ſæculares. Necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & Laici, communia Civitatum, Univerſitates Oppidorum, Caſtrorum, Villarum, & aliorum locorum, & aliæ ſingulares perſonæ Civitatum, & Diæceſim, & aliarum partium diverſarum, occuparunt, & occupari fecerunt Caſtra, Villas, & alia loca, Terras, Domos, Poſſeſſiones, jura, & juriſdictiones; necnon fructus, & uſus, redditus, & proventus dictæ Congregationis, & Canonicorum hujuſmodi, & nonnulla alia bona mobilia, & immobilia, ſpiritualia, & temporalia ad Congregationem, & Canonicos hujuſmodi, necnon Lateranen. & alias eorum Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, & Regularia loca, communiter, ſeù diviſim ſpectantia, & ea detinent indebitè occupata; ſeù ea detinentibus præſtant auxilium, conſilium, & favorem. Nonnulli etiam, qui Nomen Domini in vanum recipere non formidant, eiſdem Canonicis ſuper dictis Caſtris, Villis, Locis aliis; necnon Terris, Domibus, Poſſeſſionibus, juribus, & juriſdictionibus, fructibus, cenſibus, reditibus, & proventibus eorundem, & quibuſcunque

que aliis bonis mobilibus, & immobilibus, ſpiritualibus, & temporalibus, & aliis rebus ad Congregationem Canonicorum, & Eccleſiarum Lateran. necnon alia Monaſteria, Prioratus, & Regularia loca præfata, tàm conjunctim, quàm diviſim pertinentibus, multiplices moleſtias, & injurias inferunt, & jacturas. Quarè per parte Congregationis, & Canonicorum, hujuſmodi, fuit humiliter ſupplicatum, ut cum eiſdem valdè reddatur difficilè pro ſingulis querelis ad Sedem Apoſtolicam habere recurſum, providere ipſis ſuper hoc paterna diligentia curaremus.

Nos igitur adverſus occupatores, detentores, præſumptores, moleſtatores, & injuriatores hujuſmodi, illo volentes eidem Congregationi, & Canonicis remedio ſubvenire, per quod ipſorum præſumptorum compeſcatur temeritas, & aliis aditus ad committenduin ſimilia præcludatur. Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus; quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios, etſi ſint extra locis in quibus deputati eſt,in Conſervatores, & Judices; præfatis Congregationis, & Canonicis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittatis eoſdem ſuper his, & quibuslibet aliis bonis, & juribus ad Congregationem, Canonicos, & Lateranen. ac alias Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, & Regularia loca prædicta, ut præfertur ſpectantibus, ab eiſdem, vel quibusvis aliis indebitè moleſtari, vel eis gravamina, ſeu damna, vel injurias irrogari, facturi dictis Congregationi, & Canonicis, cum ab eis,vel Procuratoribus ſuis, aut eorum aliquo fueritis requiſiti, de prædictis, & aliis perſonis quibuslibet, ſuper reſtitutione hujuſmodi Caſtrorum, Villarum, Terrarum, & aliorum locorum, juriſdictionum, jurium, & bonorum mobilium, redditũumque, ac proventuum, & aliorum quorumcunque bonorum: necnon de quibuslibet moleſtiis, injuriis, atque damnis præſentibus, & futuris, in illis videlicèt, quæ judicialem requirunt indaginem, ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, in aliis verò, prout qualitas eorum exegerit juſtitiæ complementum; occupatores, ſeu detentores, præſumptores, moleſtatores, injuriatores hujuſmodi: necnon contradictores quoslibet, & rebelles cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis extiterint quandocunque, & quotieſcunque expedierit auctoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam; appellatione poſtpoſita, compeſcendo invocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachji ſecularis,

Non obſtantibus tam fælicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, illis præſertim, quibus cavetur; ne quis extra Civitatem ſuam, vel Diæceſim; niſi in certis caſibus expræſſis, & in illis ultra unam dietam à fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur ſeu nè Judices, & Conſervatores à Sede Apoſtolica deputati prædicta extra Civitatem, & Diæceſ. in quibus deputati fuerint contra quoſcuuque procedere; aut alii, vel aliis vices ſuas committere; aut aliquos ultra unam dietam à fine ſuæ Diæceſis trahere præſumant. Dummodò aliquis ultra duas dietas à fine ſuæ Diœceſis vigore præſentium non trahatur, aut tam de aliis, quàm de manifeſtis injuriis, & violentijs, et aliis quæ judicialem requirunt indaginem, pœnis in eos ſi ſecus egerint, et in id procurantes adjectis Conſervatores ſe nullatenus intromittant, quàm aliis quibuſcunque Conſtitutionibus à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus; tàm de Judicibus delegatis Conſervatoribus, quàm perſonis ultra certum numerum ad judicium non vocandis; aut aliis edictis, quæ veſtræ poſſent in hac partejuriſdictioni, aut poteſtati ejuſque exercitio libero quomodolibet obviare, ſeu ſi aliquibus communiter, vel diviſim à prædicta ſit ſedem indultum, quòd excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, ſeu extra, vel ultra certa loca ad judicium evocari, non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, et expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi, et eorum perſonis, locis, ordinibus, et nominibus propriis mentionem, et quælibet alia dictæ Sedis indulgentia, generali, vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſer-

ſertam, vel juriſdictionis executio in hac parte valeat quomodolibet impediri, et de quo cujuſque toto tenore, de verbo ad verbum in noſtris litteris habenda ſit mentio ſpecialis.

Cæterum volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quòd Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, & alii locorum Ordinarii præſentes, & futuri, eorumque pro tempore Vicarii in ſpiritualibus generales; necnon aliæ quæcumque in dignitate conſtitutæ perſonæ, & eorum ſinguli, quando, & quoties parte Congregationis, & Canonicorum præfatorum ſuper præmiſſis requiſiti fuerint, ad præſentium litterarum executionem procedere poſſint,& debeant,etiam perinde in omnibus,& per omnia;ac ſi præſentes litteræ etiam eis eum clauſula; quatenus unus,vel duo eorum, vel ipſi omnes etiam ſpecialiter directæ fuiſſent quodque etiam eorum, & veſtrum quilibet proſequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum, quamvis idem, inchoans nullo fuerit impedimento Canonico præpeditus. Quodque à data præſentium ſit vobis, & ipſis, ac unicuique veſtrum, & eorum in præmiſſis omnibus, & eorum ſingulis cœptis, præſentibus, & futuris, perpetua poteſtas, & juriſdictio attributa, ut eo vigore, eaque firmitate vos, & ipſi poſſitis, ac quilibet veſtrum, & eorum poſſint in præmiſſis omnibus cœptis, & non cœptis, præſentibus, & futuris, & pro prædictis procedere; ac ſi prædicta omnia, & ſingula, coram vobis, ſeu ipſis cœpta fuiſſent, & juriſdictio eorum, ac veſtra, & cujuſlibet veſtrum in prædictis omnibus, & ſingulis, per citationem vel modum alium perpetrata legitimè extitiſſet.

Præterea, quia difficile foret hujuſmodi præſentes litteras ad ſingula, in quibus de eis forsàn mentio facienda fuerit loca deferre, eadem auctoritate decernimus. Quod earum tranſumpto manu publica, & ſigillo alicujus Eccleſiaſtici Prælati munito, tamquam præfatis ſi originaliter exiberentur litteris plena fides adhibeatur in judicio, & extra, & perinde ſtetur in omnibus, & per omnia, ac ſi dictæ litteræ originales forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Conſtitutione prædicta ſuper conſervationibus, & alia qualibet in contrarium ædita non obſtantibus, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1451. Kal. Martji. Pontificatus noſtri Anno IV.

Privilegium Nicolai V. Contra fugituos, & Apoſtatas à Congregatione.

Eſt Romæ.

NICOLAUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Rectori Congregationis Lateranen. Ordinis S. Auguſtini, & univerſis quorumcunque Monaſteriorum, Prioratuum, & locorum eidem Congregationi ſuppoſitorum ubilibet conſiſtentium Prælatis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Sacræ Religionis, ſub qua piæ vitæ, ac regularis obſervantiæ ſtudio laudabiliter inſiſtentes, devotum & ſedulum exhibetis Altiſſimo famulatum promeretur honeſtas, ut ad omnia per quæ veſtris, & locorum veſtrorum in eiſque degentium perſonarum indemnitatibus conſulitur, Apoſtolici favoris præſidium efficaciter intendamus. Cum itaque ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat;nonoulli vobis ſubjecti Canonici,ordinem,& obſervantiam veſtram profeſſis, hoſte humani generis inſtigante, ad alia tam dicti ordinis, quàm aliena non tamen obſervantiæ Monaſteria, Prioratus, ſivè loca, tanquam fugitivi tranſire, ac in eis manſionem ſuam captare temerario auſu præſumpſerint in animarum ſuarum periculum, ac locorum veſtrorum detrimentum, & opprobium, ac pernicioſum exemplum, ac ſcandulum plurimorum.

Nos veſtris, ac eorundem locorum veſtrorum indemnitatibus ſuper his opportunè providere volentes, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati: vobis & veſtrum ſingulis, & omnes & ſingulos tàm exiſtentes, quàm futuros Canonicos

nicos veſtros, de locis ipſis veſtris fugientes, & ad prædicta alia non obſervantiæ Monaſteria, Prioratus, ſivè loca hujuſmodi, ubicunque conſiſtentia temeritate propia ſe transferentes, aut aliàs quomodolibet evagantes, etiam quarumcunque Eccleſiarum, ſeu quorumcunque aliorum Eccleſiaſticorum beneficiorum curam, & regimen, quavis auctoritate ſibi commiſſam gerentes, ſeu etiam in quacunque facultate ſtudentes: necnon etiam penès ſingulos ipſorum aliorum Monaſteriorum, Prioratuum, ſive locorum Prælatos, etiam Epiſcopos, vel alia quavis dignitate fulgentes, & quoſcumque alios, etiam quarumvis facultatum, & litterarum Apoſtolicarum ſibi deſuper conceſſarum, prætextu vel obtentu, eoſdem fugitivos Canonicos quavis ratione, vel cauſa recipientes, retinentes, aut recepturos, & retenturos quotieſcunque, & quandocunque expedierit, auctoritate Apoſtolica tàm per litteras, & nuntios veſtros, quàm etiam per edicta publica hortandi, requirendi, & monendi primo, ſecundo, tertio, & peremptoriè, ac fugitivis Canonicis ſub pœna excommunicationis latæ ſententię quatenus ad prædicta, à quibus taliter receſſerunt, aut in futurum receſſerint, poſtpoſita quacunque exceptione, redire debeant, & teneantur, vel ſi forſan hoc prælegerint, ad alia ejuſdem Ordinis, ubi regularis vigeat obſervantia, ſivè alterius obſervantiæ arctioris, Monaſteria, Prioratus, ſivę loca tranſire poſſint & debeant, Altiſſimo ibidem perpetuo ſervituri.

Prælatis verò quibuſcumque tales ſuſcipientibus, ac retinentibus præſertim dilecto filio Bono, de Uſpirelis Præpoſito Monaſterii S. Agathæ Cremonen. per Præpoſitum ſoliti gubernari. Qui, ut aſſertis nonnullos ex dilectis filiis Canonicis Lateranenſibus prætextu quarumdam litterarum recepit, ac recipere tentat, quibus litteris etiamſi motu proprio, & ex certa ſcientia à nobis emanaverint, derogamus, illaſque omninò ad Canonicos Lateranenſes prædictos annullamus, & pro infectis haberi volumus. Quatenùs eoſdem fugitivos Canonicos à ſe, ſuiſque locis penitùs, & omninò expellere intrà competentes per vos eis, & eorum ſingulis præfigendos terminos peremptorios, ſtudeant, & procurent, in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub Excommunicationis iis, de quibus vobis videbitur pœnis, ſententiis, & cenſuris, quas trina canonica monitione præmiſſa eorum ſinguli, qui contumacitèr vobis deſupèr obedire neglexerint: lapſis ipſis terminis ipſo facto incurrant, & a quibus per alium, quàm per Romanum Pontificem, niſi in mortis articulo conſtituti, abſolvi nequeant, diſtrictè percipiendi, atque mandandi.

Et nihilominùs illos ex fugitivis Canonicis prædictis, qui obedientiæ filii redierint, & culpam ſuam humilitèr confeſſi fuerint ab excommunicationis, & aliis Cenſuris, et pœnis prædictis, quas per receſſum hujuſmodi vigore præſentium incurrerunt, et futuri incurrerint auctoritate prædicta in forma Eccleſiæ conſueta abſolvendi; eiſq; pro modo culpæ ſalutarem pœnitentiam injungendi. Nec non cum ipſis, et eorum ſingulis ſuper Irrogularitate, ſi quam hujuſmodi ſententiis ligati, Divina; non tamen in contemptum clavium celebrando, aut alias ſe illis immiſcendo contraxerint, eadem auctoritate diſpenſandi, aliaque omnia, & ſingula, quæ in præmiſſis, & etiam ea, quæ neceſſaria fuerint, aut quomodolibet opportuna gerendi, faciendi, & exequendi plenam, & liberam eadem auctoritate tenore præſentium concedimus facultatem. Rursùs harum ſerie decernimus, quòd quæcumque conceſſiones, gratiæ, & litteræ, ſi quas à nobis, vel à Sede Apoſtolica, aut Legatis ejus, effectui præſentium in aliquo contrarias ſub quibuſvis formis, & expreſſionibus verborum, & quibusvis clauſulis etiam talibus, per quas nominatim, & expreſsu ad hujuſmodi Canonicos ſe extenderent, etiam motu proprio, & ſcientia ſimilibus, impoſterum fortaſſis emanare contigerit, nullatenùs valeant, niſi in illis de præſentibus de verbo ad verbum, de nomine, & cognomine, ſpecialis, & expreſſa, non autem per generales, ſeù alias expreſſam m entionem importantes clauſulas mentio haberetur.

Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſto-

licis

licis, cæteriſque contrariis quibuſcumque, aut ſi Epiſcopo, & aliis Prælatis, & fugitivis Canonicis, eorumque retentoribus præfatis, vel quibuſvis aliis, communiter, vel diviſim, à Sede Apoſtolica indultum exiſtat, quòd interdici, ſuſpendi, aut excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ derogationis, annullationis, voluntatis, conceſſionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis antem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum,

Datum Romæ apud S.Petrum Anno Incarnationis Dominicæ M.CCCC.LII. III.Nonas Februarii. Pontificatus noſtri Anno VI.

Privilegium Caliſti Papæ III., quo Religioſi Clerici Divi Salvatoris de Bononia, veri, ac legitimi Canonici declarantur, idque ad abundantiorem certitudinem.

Eſt Bononiæ.

CALISTUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad futuram rei memoriam &c. Sacra merita Religionis, ſub qua dilecti filii Prior generalis, & Canonici Congregationis S. Salvatotis Ordinis S. Auguſtini in humilitate ſpiritus, devotum, & ſedulum exhibeut Altiſſimo famulatum non indignè merentur, ut votis eorum in his, quæ favoris ſunt, & gratiæ, Apoſtolici favoris præſidium liberalitèr impendamus. Sanè pro parte Prioris, & Canonicorum prædictorum nobis nupèr exhibita petitio continebat, quòd ipſi, quibus ab Apoſtolica Sede per ejus litteras, ut omnibus, & ſingulis privilegijs, Indulgentiis, gratiis, exemptionibus, & libertatibus aliis Canonicis Regularibus dicti Ordinis generalitèr conceſſis, & quibus ipſi Canonici Regulares, & eorum loca in genere potiuntur, & gaudent, ipſi quoque, & eorum domus potiri, & gaudere valeant, conceſſum fore dignoſcitur ex certis eorum animos noventibus rationabilibus cauſis, cupiunt ſe fore veros dicti Ordinis Regulares Canonicos, per Sedem prædictam declarari, & pro talibus impoſterùm vbique cenſeri. Quarè pro parte Priorum Canonicorum prædictorum aſſerentium, quòd ipſi ſecundùm Regularia Inſtituta dictorum Canonicorum Regularium profitentur, & degunt, ac Rochetum, prout alii Canonici prælibati deferunt, nobis fuit humilitèr ſupplicatum, ut ipſorum voto ſupèr hoc opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Priorem, & Canonicos de Congregatione hujuſmodi, fuiſſe, & eſſe veros Canonicos Regulares dicti Ordinis, auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia tenote præſentium declaramus. Decernentes, quòd ipſi de cætero perpetuis futuris temporibus cenſeri, haberi, & reputari, necnon omuibus, & ſingulis præeminentiis, etiam in publicis actibus, ac privilegiis, & gratiis, quibus præfati Canonici Regulares generalitèr potiuntur, & gaudent, potiri, & gaudere debeant, vt exiſtentes veri Canonici Regulares Ordinis prælibati: ac mandantes quorumcumque locorum Diœceſanis, ut eos pro talibus in ſingulis publicis, & aliis actibus cenſeri faciant, ac etiam reputari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, Conſtitutionis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignatioem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S.Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1456.xvi.Kal. Junii. Pontificatus noſtri Anno II.

Sanctiſſimi Domini noſtri Pauli II. Privilegium pro eligendo Notario Capituli Generalis Canonicorum Salvatoris Lateranenſis.

PAULUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Rectori Generali, & Canonicis Congregationis S. Joannis Lateranenſis Ordinis S.Auguſtini. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. *Eſt Ravenna.*

Sacræ Religionis, ſub qua mundanis abdicatis illecebris, in humilitatis ſpiritu, devotum, & ſedulum exhibetis Altiſſimo famulatum promeretur ſinceritas, & Votis veſtris favorabilitèr annuamus. Exhibita ſiquidèm nobis nupèr pro parte veſtra petitio continebat, quòd cum vos in veſtro generali Capitulo pro redigendis in notam publicam omnibus in ipſo Capitulo geſtis, unum Notarium publicum Laicum habere conſueveritis, vos attendentes, quòd ſi ea per aliquem ex Canonicis veſtris per vos ad id deputandum fieri poſſent, eum, & magis fidelem, & magis familiarem haberetis, ex quo commoditati veſtræ, non mediocritèr conſultum foret, ex his, & certis aliis rationabilibus cauſis optatis, notam pro tempore geſtorum hujuſmodi quoad ea, quæ pro ipſo Capitulo Generali celebrando, neceſſaria, & opportuna fuerint, & quæ Jus cujusvis alterius, qui non ſit de corpore Congregationis prædictæ non concernunt, per aliquem ex eiſdem veſtris Canonicis ad id per vos deputandum annuatim fieri. Quarè pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut commoditati veſtræ ſuper his opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, ut Scriba ex Canonicis veſtris, quem in eodem Capitulo pro ſcribendis aliis veſtris negotiis annis ſingulis eligere conſueviſtis, etiam geſta pro tempore in hujuſmodi Capitulo facta veſtra, videlicèt ejuſdem Capituli dumtaxàt, non autem cujusvis alterius concernentia, in notam redigere liberè, ac licitè valeat, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium indulgemus decernentes, ut ſic per eum redactis plena fides (quoad vos tantùm) in omnibus, & per omnia adhiberi debeat, ac ſi ipſe Scriba, Notarius publicus exiſteret, ac dictæ Congregationis ſtatutis, & conſuetudinibus, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ Conceſſionis, & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemprare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S.Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1464. xv. Kal. Februarii. Pontificatus noſtri Anno I.

Gratis de mandato Domini Noſtri Papæ.

De Maffeis.

Privilegium Sanctiſſimi Domini noſtri Pauli II. ſubmovens impedimentum ad gradus Congregationis Salvatoris Lateranen. ex natalium defectu.

PAULUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Rectori generali, & Canonicis Congregationis Lateranen. Ordinis S. Auguſtini. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. *Eſt Roma.*

Exponi nobis nupèr feciſtis, qualitèr tempore fel.rec.Pii Papæ II. prædeceſſoris noſtri, in veſtro generali Capitulo Ferrariæ celebrato, factæ fuerunt certæ Conſtitutiones, inter quas iſta fuit, videlicèt, quòd Canonici veſtræ Congregationis defectum natalium patientes, non poſſent eligi, vel aſſumi ad dignitatem, ſeù officium Rectoratus generalis ejuſdem Congregationis, & quòd demùm in quodam Capitulo generali in Civitate noſtra Ravennæ celebrato, prædicta Conſtitutio revocata fuit pro majori pace, & quiete dictæ Congregationis, & proptereà nonnulli dubitant, an illegitimi vigore, iſtius ultimæ Con-

ſtitutionis, poſſint ad dignitatem, & officium prædictum aſſumi; cum quoddam prædicti Pii II. prædeceſſoris Breve exiſtat, per quod mandatur prima Couſtitutio obſervari cum revocatione alterius ſui Brevis, cujus tenore, ex certis cauſis eiſdem expoſitis, voluit, & decrevit, quòd aſſumi poſſent.

Nos verò attendentes nullam exceptionem perſonarum apud Deum inter Religioſos maximè, qui ſpretis temporalibus, ad cœleſtia aſpirant, tenore præſentium, non obſtante dicto Brevi præfati prædeceſſoris in contrarium facientes, iſtam ſecundam veſtram Conſtitutionem, in ultimo veſtro Capitulo generali per vos concluſam approbamus, & confirmamus, non obſtante quibuſcumque in contrarium facientibus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 23. Novembris MCCCCLXVIII. Pontificatus noſtri Anno IV.

Privilegium Sanctiſſimi Domini noſtri Sixti IV. Quo Indulta, Gratiæ, & Titulus Baſilicę Salvatoris Lateranen. Univerſæ Congregationi communicata confirmantur, etiam adempto illius Regimine.

Eſt Romæ.

SIXTUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Regimini univerſalis Eccleſiæ [diſponente Domino] præſidentes, juxtà Paſtoralis officii debitum curà reddimur indefeſſa ſoliciti, ut, & ſtatui locorum Regularium, & perſonarum in eis degentium ita ſalubritèr intendamus, quòd ab eis omnis ambiguitas; præſertim illius, quæ circà Conſtitutionem, & Gratias, ac Privilegia per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros illis conceſſa emergere poſſet, ſubtrahatur occaſio, &, ut firma, & illibata perſiſtant, adiiciamus Apoſtolici muniminis firmitatem.

Dudùm ſiquidèm fel. rec. Eugenius Papa IV. prædeceſſor noſter, Eccleſiam Lateranen. de Urbe, antiquis temporibus per Regulares, deindè per Seculares Canonicos regi ſolitam, ex certis rationabilibus cauſis. Dilectis filiis Canonicis Congregationis S. Mariæ de Frixionaria Ordinis S. Auguſtini, per eos juxtà Ritus, mores dictæ Congregationis, ac Regularia præfati Ordinis Inſtituta perpetuis tunc futuris temporibus regendam, & gubernandam, cum nonnullis Immunitatibus, Gratiis, Privilegiis, & Indultis conceſſit, ac voluit, quòd ex tunc Congregatio prædicta non S. Mariæ de Frixonaria, ſed Lateranenſis nuncuparetur.

Et deindè eidem Eugenio rebus humanis exempto, ſucceſſit, quòd cum Canonici dictæ Congregationis de facto per nonnullos Cives Romanos à præfata Eccleſia fuiſſent ejecti, & ammoti, fel. record. Caliſtus Papa III. ſimiliter prædeceſſor noſter, ſtatuit pariter, & ordinavit, quòd Canonici Congregationis hujuſmodi à cura, regimine, & gubernatione prædictæ Eccleſiæ ceſſarent, illaque per Canonicos ſeculares teneretur, & gubernaretur.

Caliſtus III dimiſit ſæcularibus.

Et licèt san. mem. Paulus Papa II. prædeceſſor noſter, Canonicos Regulares, ac Congregationem hujuſmodi ad regimen, & gubernationem dictæ Eccleſiæ reſtituiſſet, nihilominùs eo de medio, ſicut Domino placuit Altiſſimo ſublato. Iidem Canonici dictæ Congregationis, denuò ab eadem Eccleſia, & adminiſtratione rejecti fuerunt.

Paulus II. reſtituit Regularibus.

Nos, qui ſtatuerimus, ac voluerimus, quòd dicta Eccleſia per dictos ſeculares Canonicos impoſterùm teneretur, regeretur, & gubernaretur, certum numerum Canonicorum ſecularium Presbyterorum, Clericorum, & perpetuorum Beneficiatorum inibi conſtituendo, prout in Eugenii, Calixti, & Pauli prædeceſſorum noſtrorum litteris, ac etiam noſtris reſpectivè, quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus infererentur, haberi volumus, pro expreſſis pleniùs continetur.

Permittit iterum ſæcularibus.

Cum autem propter præmiſſa à nonnullis poſſet revocari in dubium; an per

Caliſti

Caliſti, & etiam litteras noſtras, hujuſmodi nomen, & titulus Congregationis Lateranen. per dictum D. Eugenium prædeceſſorem noſtrum inſtitutus, ſublatus ſit, ac Prior Titulus, & nomen, videlicèt Congregationis B. Mariæ de Frixionaria in ſuo eſſe, & primiori ſtatu permaneat, & deinceps Canonici B. Mariæ de Frixionaria, non Congregationis Lateranen. nuncupari debeant: ceſſaverintque propterea, & etiam expiraverint Immunitates, Gratiæ, Privilegia, & Indulta eidem Congregationi Lateranen. tàm per Eugenium, quàm per alios prædeceſſores noſtros conceſſa. Nos, qui ad præfatam Congregationem Lateranen.cujus palmites in Vinea Domini Sabbaoth longè, latè diffuſi ſunt, ac magnam Populo Chriſtiano afferunt conſolationem, & devotionem ſpiritualem, ingentem gerimus in viſceribus charitatis affectum; ad omne ambiguitatis tollendum dubium, &, ut Canonici Congregationis Lateranen.hujuſmodi, in pacis dulcedine,& omnibus ſemotis moleſtiis, & turbationibus, vota ſua Deo glorioſè reddere poſſint. Motu proprio, non ad ipſius Congregationis Lateranen. vel alicujus illius Canonici, vel alterius pro illis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, omnes, & ſingulos tàm Eugenii, quoad intitulationem Congregationis, quàm omnium, & ſingulorum privilegiorum, immunitatum in eis contentorum, ac aliorum prædeceſſorum litteras approbantes, & confirmantes, ex certa ſcientia, auctoritate Apoſtolica decernimus, & declaramus tàm per prædictas Caliſti prædeceſſori noſtri, quàm per noſtras litteras, & indè ſecuta quæcumque eidem Congregationi Lateranen. quoad intitulationem, necnon Immunitates, Privilegia, Gratias, & Indulta hujuſmodi, tàm per Eugenium, quàm per alios prædeceſſores noſtros, dictę Congregation i Lateranen. ejuſque Canonicis, & perſonis conceſſa in nullo præjudicatum, ſeu derogatum fuiſſe, & eſſe quoquo modo, & pro potioris cautelæ ſuffragio, litteras Eugenii hujuſmodi in priſtinum, & eum ſtatum, videlicèt quoad intitulationem Congregationis, nec non Privilegia, Immunitates, Gratias, & Indulta illi conceſſa, in quo erant antequàm à Caliſto prædeceſſore, & etiam à nobis litteræ hujuſmodi emanarent quomodolibet exiſtebant, auctoritate, & ſcientia ſimilibus reponimus, reſtituimus, & plenariè reintegramus. Statuentes denuò, & etiam ordinnates, quòd Canonici prædicti, perpetuis futuris temporibus, non B.Mariæ de Frixonaria, ſed Lateranen. ubique ab omnibus vocentur, intitulentur, & etiam nuncupentur. Caliſti prædeceſſoris, atque noſtris litteris in ſuo pleno, & firmo robore permanſuris.

Non obſtantibus præmiſſis Caliſti prædeceſſoris noſtri præfati, ac noſtris litteris, quibus illas etiamſi de eis, earumque totis tenoribus, de verbo ad verbum habenda eſſet mentio ſpecialis, & in eis contineatur expreſsè, quòd per hujuſmodi generales clauſulas eis non intelligeretur derogatum, præſentibus pro expreſſis habentes quoad præmiſſa ſpecialitèr, & expreſsè motu proprio, & ſcientia ſimilibus derogamus, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque non obſtantibus.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ Confirmationis, Conſtitutionis, Declarationis, Repoſitionis, Reſtitutionis, Reintegrationis, & Derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1472. Kalen. Maii. Pontificatus noſtri Anno I.

Sanctiſſimi D. noſtri Sixti Papæ IV. Diploma ampliſſimum, quo Canonicis Salvatoris Lateranen. etiam ipſa Baſilica exactis, præmiſſa omnia confirmantur, plurimaque adiiciuntur gratiarum munera.

Eſt Romæ.

SIXTUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Dum ad univerſos Regulares Ordines, & loca jugo ſanctimoniæ dedita, perſonaſq; Voto Religionis adſtrictas, pro injuncto nobis Apoſtolicæ ſervitutis officio, crebris vigiliis, & indefeſſis ſtudiis attendimus, ad illum præcipuè Canonicorum Regularium Congregationis Lateranen. Ordinis S. Auguſtini, eo libentiùs noſtræ mentis oculos convertimus, quo ordo ipſe in naſcentis Eccleſiæ ſancta Inſtitutione, ac primorum Chriſtianæ Religionis Clericorum norma, traditionibusque fundatus, & ſacris Inſtitutis, ac Divinis Regulis, eloquiiſque permunitus exiſtit, ab ejuſque primæva fundatione, variis virtutum meritis ſemper reſplenduit; quamobrem nonnulli Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, innumeris Religionem ipſam privilegiis, dignisque honorum titulis non immeritò decorarunt; undè nos eorum ductos exemplo, decet, ut Congregationem ipſam Lateranenſem in Agro Dominico multiplices, & uberes ſanctę converſationis fructus in dies afferentem, noſtris etiam ſpecialibus gratiarum muneribus muniamus, & iis, quę pro ipſius Ordinis, & Congregationis laude, ac perſonarum Vota ſua ſub ſuavi jugo inibi exſolventium pace, & quiete proceſſerunt, nè in conventionis ſcrupulum labantur, ſed firma, paritèr, & illibata perſiſtant, noſtri adjiciamus munimi nis firmitatem.

Canonici Regul. primarii.

Enarrat, qualiter varia Canonicorum loca, in unam Salvatoris Congregationem olim redacta.

Dudùm ſiquidèm fel. rec. Martinus Papa V. prædeceſſor noſter, dilectos filios tunc ſingulorum Monaſteriorum, Prioratuum, Poępoſiturarum. & Eccleſiarum Ordinis S. Auguſtini: Priores, Prępoſitos, Rectores, Canonicos, & Conventus de Congregatione Salvatoris Lateranenſis tunc de Frixonaria, vulgaritèr nuncupatos, ut Deo quietiùs famulari valerent, gratioſis favoribus proſequi volens, ad honorem Omnipotentis Dei, ejuſque Matris Virginis Glorioſæ, ac Beati Auguſtini Confeſſoris pro Religionis incremento mandavit, quòd ex tunc in anteà, Priores, Prępoſiti, Rectores, Canoniei, & Conventus pręfati pro eorum perpetua ſoliditate, ac converſatione quamquàm diverſorum locorum, ac Monaſteriorum prefeſſi exiſtunt, nihilominùs unum corpus, unaque Congregatio ſimul, & invicem connexa cenſerentur, ac ſub una, & eadem lege, atque obſervantiæ Regularis unitate, morumque conformitate, & eiſdem couſuctudinibus, privilegiis, ordinationibus, ſtatutis ſubeſſent.

Ac pro Religionis, & Congregationis hujuſmodi conſervatione, augmento, & felici in Domino obſervantia vera, ſanctitatiſque ſucceſſu pro celebrandis eorum Capitulis, eligendis Rectoribus locorum ipſorum, ac quampluribus aliis, Monaſteriorum, & locorum prędictorum regimen, & gubernationem in ſpiritualibus concernentibus: Acceptandiſque, & recipiendis juſto titulo locis, & Monaſteriis tàm factis, quàm de novo conſtruendis à quocumque Prælato Catholico, & Eccleſiaſtica perſona, necnon Rege, Principe, Duce, vel Barone, Dominio, vel Communitate, & quolibet alio Chriſtifidele, plura ſalubria ſtatuit, & ordinavit.

Ac voluit, quòd tàm ſtatuta, & ordinationes prædictæ, quàm cætera dicta privilegia, conceſſiones, immunitates, & gratię, ſingulis antedictis Monaſteriis, ac locis ipſius Religionis, & Congregationis per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ſeu pro Romanis Pontificibus ſe gerentes, Reges, Duces, Barones, Principes, Dominia, & Communitates conceſſa, quæ omnia haberi voluit pro expreſſis, & impoſterùm concedenda, in omnibus, & per omnia, ad univerſa, & ſingula loca, Monaſteria, Prioratus, Præpoſituras, & Domos, eorumque perſonas,

nas, quæ tunc procedente tempore ad hujuſmodi Religionem, & Congregationem, ac eoſdem Canonicos reducta, & unita eſſent, ſeu reduci, & uniri contingeret, cum illius, & illorum ſuppoſitis, vel unitis, aut per eoſdem canonicè acquiſitis, & juſto titulo acquirendis, ut præfertur extendi debere.

Et deindè pię memoriæ Eugenius Papa IV. etiam prædeceſſor noſter, Sacroſanctam, & Venerandam Baſilicam Lateranenſem ad primam inſtitutionem, priſtinumque ejus ſtatum, videlicèt Canonicorum Regularium, ex certis tunc expreſſis cauſis, poſt deliberationem providam, quam cum Fratribus Sanctæ Romanæ Eccleſię Cardinalibus habuit diligentem, pro Eccleſia Dei, & Catholicæ Fidei, Chriſtianæque Religionis honore, ac Salvatoris noſtri gloria, publicaque utilitate, & ipſius Baſilicæ Lateranen. ſtatu, veneratione, commodo, honore, reducens, ac reponens.

Recenſet, quod Eugenius Patriarchalem Salvatoris Baſilicam eis reſtituerit.

Ut Ordo Canonicus, qui ſecundùm Deum, & B. Auguſtini Regulam ibi noſcebatur inſtitutus, perpetuis futuris temporibus in dicta Eccleſia vigeret, & inviolabilitèr obſervaretur, Ordinem, & Congregationem hujuſmodi in præfata Eccleſia inſtituit, & erexit, ac deputavit, dictamque Lateranenſem Baſilicam cum omnibus ſuis ſpiritualibus, & temporalibus bonis, membris, juribus, juriſdictionibus, privilegiis, & exemptionibus in perpetuum eidem Congregationi conceſſit, et commiſit, eorumque curæ, et adminiſtrationi tribuit, et donavit.

Atque decrevit, et ſtatuit, ut omnes deinceps dictæ Congregationis Conventus, et loca, ab hujuſmodi Sanctæ Baſilicę Lateranen. titulo, et totius Congregationis capite nomen acciperent, et Salvatoris Congregatio appellaretur, ac ſingulos dictæ Congregationis, ubique Domino ſervientes, hujus Baſilicæ Clericos, et miniſtro., et privilegiis cenſeri decrevit.

Et ſucceſſivè ſan. mem. Nicolaus Papa V. ſimilitèr prædeceſſor noſter tàm Martini, quàm Eugenii literas prædictas, necnon omnia, et ſingula in eis contenta, ac quæcumque ſecuta indè approbans, et confirmans, eaque pleno firmitatis robore ſubſiſtere, necnon perpetuis futuris temporibus inviolabilitèr obſervari debere decernens per quaſdam etiam ſuas conceſſit, et indulſit omnibus, et ſingulis Eccleſiis, Monaſteriis, Prioratibus, Locis, et perſonis ubicumque conſiſtentibus, et conſtituendis, pręſentibus, et futuris Congregationis Canonicorum hujuſmodi, ut illis omnibus in eorumdem Martini, et Eugenii prædeceſſorum literis contentis, ac aliis exemptionibus, privilegiis, immunitatibus, libertatibus, gratiis, et indultis, bonisque, et juribus ſpiritualibus, et temporalibus, conceſſis, et concedendis, quibus præfata Eccleſia noſtra Lateranen. et ab ea dependentia utuntur, et gaudent, ſeu uti, et gaudere conſueverunt, aut poterunt quomodolibet in futurum, Eccleſiæ, Monaſteria, Prioratus, Loca, et perſonæ hujuſmodi in omnibus, et per omnia pariformitèr, et abſque ulla differentia perpetuò uti, et gaudere liberè, et licitè poſſint.

Nicolai V. Confirmatio.

Poſteà verò eodem Nicolao prędeceſſore rebus humanis exempto, cum Canonici dictæ Congregationis, à præfata Eccleſia per nonnullos Cives Romanos fuiſſent ejecti, piæ memoriæ Caliſtus Papa III. ſimiliter pręděceſſor noſter, etiam per alias ſuas literas ſtatuit, et ordinavit, quòd Canonici Congregationis hujuſmodi, a cura, et gubernatione Eccleſię ejuſdem deſiſterent, et illam impoſterùm per Canonicos ſeculares regi, et gubernari debere.

Et licèt poſtmodùm recolendæ memorię Paulus Papa II. etiam prędeceſſor noſter, Canonicos Regulares, ac Congregationem hujuſmodi ad regimen, et gubernationem prędictę Eccleſię reſtituiſſet, nihilominùs eo quoque de medio ſublato, Canonici ejuſdem Congregationis denuò ab eadem Eccleſia fuerunt ammoti.

Paulus II. iterum Baſilicam reſtituit.

Atque ex ordinatione, et mandato noſtris, decretum, et ſtatutum fuit, quòd eadem Eccleſia per dictos Canonicos ſeculares de cętero regeretur, et gubernaretur.

Et demùm nè in dubium revocari poſſit, an ex Caliſti, et noſtris litteris hu-

jusmodi

juſmodi Nomen, et Titulus, ſeu intitulatio Congregationis Lateranen. ſuppreſſa, et ſublata eſſent, ac immunitates, gratię, privilegia, et indulta eidem Congregationi Lateranen. tàm per ipſum Eugenium, quàm per alios Romanos Pontifices prędictos conceſſa, cenſerentur revocata per nonnullas etiam alias litteras noſtras omnes, et ſingulas tàm Eugenii quoad nomen, et intitulationem Congregationis, quàm omnium, et ſingulorum privilegiorum, et immunitatum, aliorum prædeceſſorum litteras approbantes, et confirmantes, decrevimus, et declaravimus tàm per prædictas ejuſdem prędeceſſoris Caliſti, quàm noſtras Priores litteras, et indè ſecuta quęcumque, prętatæ Congregationi Lateranenſi quo ad nomen, et intitulationem prædictam, necnon immunitates, privilegia, gratias, et indulta hujuſmodi tàm per Eugenium, quàm per alios prędeceſſores prędictos, eidem Congregationi, ejuſque Canonicis, et perſonis conceſſa, in nullo præjudicatum, aut derogatum fuiſſe, aut eſſe quoquo modo, et pro potioris cautelæ ſuffragio, litteras Eugenii prædicti prædeceſſoris, in priſtinum, et eum ſtatum, videlicèt quo ad nomen, et intitulationem Congregationis, necnon immunitates, privilegia, gratias, et indulta illi conceſſa, in quo erant, antequàm à Caliſto prędeceſſore pręfato, et etiam à nobis litterę hujuſmodi emanaſſent, et quomodolibet exiſtebant: repoſuimus, reſtituimus, et plenariè reintegravimus, prout in ſingulis prædeceſſorum, et noſtris litteris prędictis reſpectivè, quarum tenores pręſentibus haberi volumus pro expreſſis, et haberi volumus, proutiuſe, riùs continetur.

Memorat præcedens privilegium ſuum, quod incipit Regimin. Titulus, & cætera illibata.

Denuò privilegia Pontificis principumque confirmat.

Nos, qui Congregationi hujuſmodi, illiuſque Monaſteriis, Eccleſiis, locis, & perſonis proptèr eorum laudabilem, & Religioſam Vitam, ac multiplices, & uberes fructus, quos in Vinea Domini (Altiſſimo miniſtrante) dicti afferunt, ſingulari devotione afficimur, ipſos, & eorum Monaſteria, Eccleſias, atque loca, etiam majoribus gratiis proſequi volentes; Motu proprio, & non ad eorumdem Canonicorum, vel alicujus pro eis nobis ſuper hæc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & certa ſcientia, ac de noſtræ plenitudine poteſtatis, quæcumque privilegia, gratias, immunitates, libertates, & exemptiones tàm per prædictos, quàm per alios Summos Pontifices prædeceſſores noſtros, Romanoſque Imperatores, Reges, Principes, & alios Chriſtifideles, eidem Congregationi, ejuſque membris, locis, Eccleſijs, Monaſteriis, & perſonis quomodolibet conceſſa, ac omnia, & ſingula in eis contenta, & quæcumque indè ſecuta, tenore præſentium confirmamus, & approbamus, ac plenum robur, & omnimodam firmitatem, perpetuis futuris temporibus obtinere, & inviolabilitèr obſervari debere volumus, atque decernimus.

Eximit à juriſdictione judicum Nota.

Attendentes autem, quantæ venerationis, & ſanctimoniæ ſemper fuerit Congregatio hujuſmodi in Eccleſia Dei, & quantúm plantatio ſacra, norma Religionis Chriſtianæ floruerit, ac propter eà decens; quinimò debitum reputantes, ut ſpiritualibus prærogativis gaudere, ac ſub noſtra, & ejuſdem Sedis protectione militare, præcipuiſque honoribus, & gratiis extolli, & decorari debeat. Congregationem ipſam, illiuſque Monaſteria, Eccleſias, & loca quælibet, ac illorum Canonicos, ſeu perſonas præſentes, & futuras [vagabundis, & fugitivis exceptis, aut aliter extrà Ordinem, ſeu Congregationem ipſam, abſque Superiorum licentia commorantibus, quibus nolumus hæc aliqualitèr ſuffragari] à quorumcunque prædictæ Sedis Legatorum, ac Nuntiorum, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum quorumcumque Judicum ordinariorum, aut extraordinariorum Juriſdictione, auctoritate, poteſtate, dominio, viſitatione, cura, ac charitativi ſubſidii ſubventione, & exactionum quorumcumque præſtatione.

Item ab exactionibus Congregationibus Proceſſionibus.

Necnon Synodalibus, & alterius cujuſcumque Congregationis, ſeu Proceſſionum evocationibus, motu, & ſcientia prædictis, penitùs, & omninò eximimus, ac totaliter liberamus, eamque in Jus, & proprietatem B. Petri, ac Sedis ejuſdem, & ſub eorum ſpiritali protectione, atque noſtra ſuſcipimus: Ita quod de cætero cum Monaſteriis, membris, Eccleſiis, locis, perſonis, & juribus ſuis quibuſcumque

que

que eidem Sedi immediatè ſubjecta exiſtat, & omninò eſſe cenſeatur: Quodque Legati, aut Nuntii præfati, ſeu locorum Diœceſani, aut alii ordinarii quicumque, vel aliæ quævis perſonæ, quantacumque ampla præfulgeant dignitate, ſeu præeminentia, in Congregationem Canonicos, perſonas, Monaſteria, Eccleſias, membra, & loca prædicta, utpotè ptorsùs exempta, excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, ſeu alias cenſuras, ſivè pœnas ſpecialiter, vel generaliter eorum auctoritate ordinaria promulgare, nec ullam in Monaſteria, Eccleſias, perſonas, & loca hujuſmodi præeminentiam, ſuperioritatem, & juriſdictionem quomodolibet exercere poſſint, etiam ratione contractus, vel delicti, ſeu rei, de qua ageretur, ubicumque ineatur contractus, committatur delictum, & res ipſa conſiſtat. Decernentes ex nunc omnes, & ſingulos proceſſus, ac excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, cenſuras, & pœnas, quas, & quicquid contrà Congregationem, ſeu illius Canonicos, Monaſteria, perſonas, Eccleſias, & loca haberi, & fieri contigerit, ſeu etiam promulgari, irritos, & inanes, nulliusque roboris, & momenti eſſe, ac pro nullis, & infectis haberi debere etiam exemptione Congregationis, quàm tamquàm notoriam, & manifeſtam haberi volumus, non aliter allegata, ſeu aliter de ea mentione facta.

Prætereà nè Congregationem ipſam, & illius Canonicos per locorum ordinarios, quavis occaſione, vel cauſa, & præſertim ratione Parochialium Eccleſiarum, ſeu aliorum locorum dictæ Congregationis pro tempore, quibus cura Animarum imminet moleſtari contingat, & hujuſmodi prætextu in Congregationem, & Canonicos prædictos, aliquam ſuperioritatem, ſeu dominium habere prætendant: ipſis quoque concedimus, & indulgemus, ut in Parochialibus Eccleſiis hujuſmodi poſſit Congregatio ipſa, ſeu illius Canonici prædicti per ſe, aut per Presbyteros Seculares, vel Regulares, ſui, aut cujuslibet alterius Ordinis, aliàs tamen habiles, & idoneos ad ipſum nutum deputandos, & amovibiles, animarum curam prædictorum Parochianorum, Eccleſiarum Parochialium hujuſmodi, liberè, & licitè exercere. Quodque ipſi Capellani, dum curam hujuſmodi gerent, ea libertate, & exemptione fungantur, & ubique fruantur, ac ſi ex Canonicis Congregationis, & Ordinis extiterint. *Item ab ordinariis locorum etiam pro Parochialibus.*

Et quià ejuſdem Congregationis Canonici, de locis ad loca illius ſæpiùs transferuntur, propter quod perpetuam in certis, & determinatis dictæ Congregationis Monaſteriis, ſeu Eccleſiis, aut locis non habent manſionem, volumus, atque concedimus, ut liceat eidem Congregationi ſuos Canonicos ad omnes, etiam ſacros Ordines promovendos; idoneos tamen, & juxtà conſcientiam Prælatorum illius approbatos quibuſcumque maluerint Catholicis Antiſtibus gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habentibus præſentare; ipſique Antiſtites præſentatos à ſuis Prælatis Canonicos ſine ulla examinatione per eoſdem Antiſtites facienda, vel abſque alia promiſſione, aut obligatione promovendorum Canonicorum ad Ordinis quoſcumque etiam ſacros promovere poſſint, ac debeant. *Pro Sacris ordinationibus.*

Porrò, ut Congregatio ipſa circà celebrationem Miſſarum etiam ſpecialibus privilegiis gaudeat, eidem pariter, & illius Canonicis pro tempore concedimus, ut in ipſorum itineratione Altare portatile cum debita reverentia, & honore habere, ſuper quo tamen in locis congruis, & honeſtis, Miſſas, & alia Divina Officia, etiam per unam horam ante diem, & uſque ad horam nonam in ipſa itineratione, aut aliàs ad hoc cauſa ſubſiſtente celebrare, ac Sacramenta Eccleſiaſtica ibidem recipere poſſint.

Et ubi generale, ſeu in aliquo ſpeciali loco interdictum fuerit in Eccleſiis ſuis, ac in Altare portatili prædictis, & aliis quibuſcumque locis honeſtis, hujuſmodi Miſſas, & alia Divina Officia celebrare; Ita tamen quod in locis Eccleſiaſtico interdicto ſuppoſitis, debeant januis clauſis, & excommunicatis expulſis, atque excluſis, non pulſatis Campanis, & ſubmiſſa voce eadem Divina celebrare, dum tamen ipſi Canonici cauſam non dederint interdicto, nec contingat id eiſdem ſpecialiter interdici, neque Eccleſiæ, & loca ipſa fuerint interdicta. *Tempus interdicti.*

Et

Et cum excommunicatis dumtaxàt à Jure, non tamen pro talibus publicatis converſari, dummodò in contemptum clavium non fiat.

Pro vernaculis.

Necnon omnibus, & ſingulis, qui in eorum, & dictæ Congregationis exiſtunt obſequiis, ac in ipſorum morantur locis, cuncta miniſtrare Eccleſiaſtica Sacramenta, & eos cum decedere contigerit, in Eccleſiis ſuis prædictis liberè, & licitè ſepellire poſſint, ac valeant, plenam licentiam concedimus, & facultatem.

Exemptio à præstationibus.

Cæterùm, ut Congregatio ipſa, & illius Canonici majoris immunitatis gratia fruantur motu, ſcientia, & tenore ſimilibus, volumus, atque decernimus, ut ad præſtationem, procurationum Legatorum dictæ Sedis, & Nuntiorum ipſius, ſeu Diœceſanorum locorum, aut exactionum, vel collectionum, vel ſubſidiorum, vel proviſionum, aut onerum quorumcumque, nec etiam ad ſolutionem decimarum, quas Papales appellant, & quas Sedes Apoſtolica pro Chriſtianæ Fidei defenſione, aut aliis imminentibus ſperſæpè neceſſitatibus imponit minimè tueantur, neque obligati ſint, etiamſi per quoſcumque exemptos perſolvi mundarentur, cum quibuſvis derogatoriis, et fortioribus clauſulis: Nec eos ab eadem ſolutione ceſſando, cenſuras, et pœnas incurrere, niſi præſentibus de verbo ad verbum, et earum toto tenore inſerto, et non per generales clauſulas ſpecialitèr, et expreſsè derogetur, et de ipſis omnimoda, et individua mentio fiat.

Supradictorum corroboratio.

Prætereà, ut iidem Canonici cum majori animi ſui quiete Altiſſimo exolvant vota ſua providere volentes, ſtatuimus, et ordinamus, ut ipſi per litteras ejuſdem Sedis, aut Legatorum, ſeu delegatorum ipſius jam forsàn conceſſas, aut de cætero ſub quacumque verborum forma concedendas à quoquam ad pecuniam colligendum, ſeu correctionis, aut viſitationis officium Monaſteriis, vel Eccleſiis, ſivè quibuſcumque perſonis impendendum, vel ad cognitiones cauſarum, citationes partium, et denuntiationem ſententiarum interdicti, et excommunicationis procedendum, aut curam Monialium, ſeu Religioſarum quarumlibet perſonarum recipiendarum minime cogi poſſint, niſi in hujuſmodi litteris de hoc Indulto, ac Congregatione, et Ordine prędictis expreſſa, ut præfertur fiat mentio.

Solutio Canonicæ portionis.

Sepulturam quoque in Locis, Cimiteriis, et in Eccleſiis dictæ Congregationis concedimus, et eam liberam eſſe decernimus, ita quòd devotioni, et extremæ voluntati eorum, qui in locis hujuſmodi ſepeliri voluerint, nullus obſiſtat; ſalva tamen Juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Statuentes nihilominùs, ut pro rebus, quæ in ornamentis, libris, fabrica, luminaribus, anniverſario, ſeptimo, vigeſimo, trigeſimo, ſivè aliis ad perpetuum cultum divinum, aut pro victu, et ſubſtentatione dictorum Canonicorum, vel indumentis, necnon pro annuis cenſibus redimendis, ad quorum ſolutionem aliquę Eccleſiæ, ſeu Monaſteria dictæ Congregationis obligata noſcuntur, vel de domibus, prædiis, hortis, et bonis, aliiſque locis dictæ Congregationis opportunis, quæ Canonicis, et Congregationi hujuſmodi relinquuntur, nulli teneantur canonicam portionem tradere.

Ita tamen quòd in reliquis caſibus, quàm in prædictis, in quibus quarta ipſa ſolvenda foret, ſolvere, vel conventiones ſi quæ eſſent inter Canonicos præfatos, et locorum Ordinarios, ac Eccleſiarum Rectores, laudabiles, et honeſtæ inpoſterùm obſervari debeant.

Prohibentes inſupèr omnibus, et ſingulis cujusvis ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis, ſeu nobilitatis, et pręeminentię fuerint, et quacumque Eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate; nè in præmiſſis à Congregatione, & Canonicis hujuſmodi, vel ultimarum voluntatum executoribus, ſeu decedentium hæredibus, occaſione præmiſſa aliquid exigere, vel extorquere præſumant, & ſi fortè per eos, vel Sedem prædictam de Legatis piè diſpoſitis, & relictis in genere, vel in ſpecie, decima, vel alia portio, ſeu quota alteri piæ, vel non piæ rei, ex quavis cauſa hactenùs, & præſertim Eccleſiæ S. Petronii Civitatis Bononienſis conceſſa fuiſſent, aut in futurum concedi, ſeu ſolvi, aut dari, mandari contigerit,

Con-

Congregationem, & Canonicos hujuſmodi, & illorum Eccleſias, Monaſteria, & loca, & eis legata, atque relicta, aut alias in eorum favorem expoſita, ipſa in conceſſionibus, & mandatis hujuſmodi includi, ſeù comprehendi non debere decernimus, niſi de Congregatione, Canonicis, & Ordine prædictis, ac præſenti decreto, ſpecifica mentio fiat in eiſdem.

Porrò volumus, ac decernimus, quòd contra Congregationem, Eccleſias, Monaſteria, loca, res, bona, & jura ſua prædicta, tàm in præſentia, quàm futura præſcribi non poſſit, niſi ſpatio ſexaginta annorum continuorum, quodque nulla alia quàm ſexagenaria, contra Congregationem, Canonicos, ac bona, & jura ſua prædicta currat præſcriptio. Caſſantes, annullantes, abrogantes, & penitùs irritantes omnem aliam præſcriptionem, quam Congregatio ipſa, tàm ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, locorum, rerum, bonorum, & jurium ſuorum hujuſmodi, quàm aliàs forſitan incurrere cœpiſſent. *Conceditur præſcriptio ſexagenaria*

Ut autem Rector, & Viſitatores, ac ſinguli Priores dictæ Congregationis, & qui loco eorum in ipſorum abſentia conſtituuntur, præſentes, & futuri, qui nunc ſunt, & qui pro tempore erunt, amplioribus prærogativis, & indultis gaudeant, eis concedimus, ut cum Canonicis, Novitiis, Converſis, & Commiſſis ejuſdem Congregationis diſpenſatione indigentibus, ſivè priuſquam intraverint Congregationem, & Ordinem hujuſmodi, ſivè poſt, in caſibus, quibus exceſſerint: pro quibus excommunicationis, vel interdicti, aut ſuſpenſionis ſententias, à jure, vel ab homine, generaliter promulgatas incurrerint: Et hujuſmodi ſententiis innodati, aut in locis generali, aut ſpeciali Eccleſiaſtico ſuppoſitis interdicto, Divina Officia celebrantes, vel ſuſcipientes Ordinem ſic ligati, notam irregularitatis ſimiliter incurriſſent: Et in omnibus aliis caſibus, etiam, & cauſa cujuſcumque ſymoniæ, qualitercumque generaliter, vel ſpecialiter Sedi Apoſtolicæ reſervatis [exceptis dumtaxàt Hæreticorum, relapſorum, Scyſmaticorum, deferentium prohibita ad Infideles, & litteras Apoſtolicas falſificantium, quos omninò ad eamdem Sedem remitti volumus] abſolutionis, & diſpenſationis beneficium, juxtà caſuum exigentiam valeant impartiri; Canonici verò, & alii, quos pro tempore Rector generalis Viſitatores, & Priores prædicti in proprios habuerint Confeſſores, eiſdem Rectori, Viſitatoribus, & Prioribus abſolutionis, & diſpenſationis hujuſmodi beneficium etiam concedere poſſint. *Facultas ab ſolvendi, diſpenſandi.*

Et ut Canonicis dictæ Congregationis omnis vagandi adimatur occaſio, & nè ipſi ad Sedem prædictam veniendi, ſeù recurrendi ſumere valeant occaſionem, Diffinitoribus Capituli Generalis dumtaxàt ejuſdem Ordinis, cum quibusvis perſonis defectum natalium ex adulterio inceſtuoſo, & quovis alio nefario, & illicito coitu provenientem patientibus, necnon Rectori, & Viſitatoribus cum iis, qui ex quavis cauſa (præterquàm homicidii voluntarii, bigamiæ, mutilationis membrorum irregulares forent) poſtquàm Congregationem ipſam ingreſſi, & illam expreſsè profeſſi fuerint perpetuò diſpenſandi, ut defectu, & irregularitatibus hujuſmodi non obſtan. ad quoſcumque etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines promoveri, & in illis etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, & ad quæcumque officia, adminiſtrationes, ſeu dignitates prædictæ Congregationis, aut illius Eccleſiarum, Monaſteriorum, & locorum recipi, & aſſumi, illaque gerere. & exercere, liberè, & licitè, & abſque diſpenſatione dictæ Sedis quotiès opus fuerit, valeant, licentiam, & facultatem ſimiliter concedimus, & indulgemus.

Necnon, ut ipſi Canonici, aliàs tamen idonei, per Superiores Congregationis prædictæ, ac locorum ſuorum pro tempore deputandi ad Confeſſiones omnium, & ſingulorum utriuſque ſexus, liberè, & licitè tàm in locis ipſorum Canonicorum, quàm extrà audire, ac confitentibus hujuſmodi pro commiſſis pœnitentiam poſſint injungere ſalutarem, & eiſdem confitentibus Euchariſtiæ Sacramentum in Eccleſiis præfatæ Congregationis liberè, & licitè ſimiliter miniſtrare poſſint [præterquàm in feſto Reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti.] *Pro confeſſionibus audiendis.*

Et cùm ſicut accepimus Congregatio ipſa in Inſula Tremitana, in Mari Adria-

 tico,

Digitized by Google

tico, in partibus Italiæ propè Provinciam Appuliæ conſiſtente, & longè à terra diſtante, inſigne habeat Monaſterium, ad quod ſæpiùs Maritimi, & Navigantes, ut inibi Portum recipiant, declinant, & nulla in dicta Inſula exiſtat Eccleſia; præter ipſius Monaſterii Eccleſiam. Ne declinantes hujuſmodi Eccleſiaſticis careant Sacramentis, Congregationi, & Canonicis prædictis pariter concedimus, ipſis declinantibus, ac ſervitoribus, quos ad ſervitium Monaſterii retinent, poſſint etjam in feſto Reſurrectionis, Euchariſtiæ, & omnia alia Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare; necnon cum Pyratis, & cæteris Excommunicatis humaniter converſari, ac eiſdem in dicto loco vitæ neceſſaria exhibere; cùm difficile admodum foret Canonicis, & perſonis ejuſdem loci, Pyratas hujuſmodi evitare, proptèr eorum ſæpiùs, & dictorum Canonicorum per illas partes tranſitum, cum facilè admodum invicem ſæpè caſualiter conveniant, & niſi ipſi Canonici cum dictis Pyratis humaniter agerent, ab eis multipliciter offendi poſſent, [dummodò dicti Canonici non participent cum dictis Pyratis, aut aliis Excommunicatis in crimine, propter quod excommunicationis ſententiam incurrerent.

Authoritas permutandi ſeu alienandi bona immobilia. Cæterùm, ut Congregatio, & Canonici prædicti, uberiori facultate circa utilitatem, & commodum Monaſteriorum, Eccleſiarum, & locorum ſuorum hujuſmodi, ac illorum Jurium gaudeant Capitulo Generali Congregationis prædictæ, ac illius pro tempore Rectori majori per præſentes impertimur auctoritatem concedendi Præpoſitis, Abbatibus, Prioribus, & Capitulis Eccleſiarum, & Monaſteriorum, & locorum ſuorum hujuſmodi licentiam permutandi, ſeu alienandi, quotiès opus fuerit, quæcumque bona immobilia Congregationis prædictæ, ac illius Monaſteriorum, Eccleſiarum, & Locorum pro ipſorum tamen evidenti utilitate.

Demùm ſaluti animarum Canonicorum prædictorum ſalubriter conſulere volentes; eis pariter concedimus, ut liceat ipſis, & cuilibet ipſorum, necnon Converſis, Commiſſis, & Novitiis ſuis præſentibus, & futuris, in Articulo mortis quemcumque Presbyterum ex Canonicis præfatæ Congregationis, in caſu verò neceſſitatis, alium Presbyterum idoneum, vel ſecularem, vel cujuſvis alterius Ordinis Regularem, in ſuum eligere Confeſſorem, qui confeſſionibus hujuſmodi diligenter auditis, pro Commiſſis per eos criminibus, delictis, & peccatis, in omnibus, & ſingulis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis caſibus, debitam abſolutionem, & plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem poſſit auctoritate noſtra impendere, & pœnitentiam injungere ſalutarem; ita tamen quod quilibet ex confitentibus hujuſmodi, poſtquàm Congregationem hujuſmodi fuerit ingreſſus, & antequàm ad articulum mortis deveniat, teneatur ſi Clericus, vel Presbyter fuerit, ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, ſi verò Converſus, vel Commiſſus, quinquagies Orationem Dominicam, & totidèm Salutationem Beatæ Mariæ Virginis, ſingulis ſeptimanis per unum annum dumtaxàt, pro conſervatione ſtatus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, legitimo tamen impedimento ceſſante dicere, & omittentes, alia vice ſupplere teneantur, etſi interim aliquem poſt inceptam, & non perfectam pœnitentiam hujuſmodi, ab hac luce migrare contigerit, ipſam nihilominùs plenariam remiſſionem conſequatur, dummodò intentionis fuerit illam, ſi ſupervixiſſet perficiendi.

Indulgentia plenaria.

Statio Romana. Dexteramque noſtræ liberalitatis erga dictam Congregationem liberiùs extendere volentes, & in eo præſertim, ut Canonici prædicti ſuarum animarum ſaluti magis conſulere valeant, Canonicis, Converſis, Commiſſis, & Novitiis prædictis, præſentibus, & futuris, qui in diebus, quibus ſtationes in nonnullis, tàm intrà, quàm extrà almam Urbem Eccleſiis conſiſtentibus exiſtunt, quinque Altaria Eccleſiarum, Monaſteriorum, ſeu locorum ſuorum, in quibus tunc eos moram trahere contigerit devotè viſitaverint, & Pſalmum David, *Miſerere*; videlicet illum ſcientes, alii verò quinquies Orationem Dominicam, & totidem Salutationem Angelicam, coràm quinque Altaribus hujuſmodi, pro fœlici ſtatu S. Matris Eccleſiæ dixerint, eaſdem concedimus Indulgentias, perindè, ac ſi dicti Canonici,

Con-

Digitized by Google

Converſi, Commiſſi, & Novitii perſonaliter, Eccleſias Urbis præfatæ viſitaſſent; Ita quòd in defectu Altarium, alia pia, & devota loca ad viſitationem hujuſmodi, & alia præmiſſa faciendum eligere poſſint, etiamſi eos extra Monaſteria, & loca eſſe contigerit. *Attende.*

Repetentes autem animo quot, & quanta ſint merita Religionis, & Congregationis hujuſmodi in Eccleſia Dei, & quantum inter alias polleat Religiones; dignum propterea quin etiam debitum judicamus, ut etiam excellentioribus prærogativis, & honoribus gaudere debeat; de illis potiſſimùm, quæ ad illius ampliationem, atque augumentum tendunt.

Statuimus ergò, ac ſimiliter ordinamus, ut omnes qui votum ſimpliciter ingrediendi aliquam aliam Religionem, etiam arctiorem emiſerint, ad Congregationem, & Ordinem præfatum, illorumque profeſſionem liberè, & licitè ingredi, inibi recipi, & admitti valeant. *Etiamſi voverint.*

Et quia forſan nonnulli Congregationis, & Ordinis hujuſmodi habitum aſſumentes, diverſis perſonis, quæ ignorari, & non reperiri poſſent, in aliquibus rebus, ſeù bonis obnoxii eſſent, eiſdem Rectori, Prioribus, ac eorum vicesgerentibus concedimus, ut ipſorum ſingulis, in locis ſibi commiſſis, bona ipſa in pios uſus, liberè, ac licitè convertere poſſint; prout ſecundùm Deum meliùs viderint expedire. *Reſtitutio incerta.*

Cupientes verò Congregationem eandem in ſuo ſalubri ſtatu multiplicari, & conſervari, ſtatuimus pariter, ac decernimus, quod de cætero perpetuis, futuris temporibus, nullus ex dictis Canonicis, præſentibus, futuris, tranſeat de aliquo Congregationis, & Ordinis hujuſmodi Monaſterio, ſivè loco, ad aliquod aliud S. Benedicti, in quo regularis non vigeat obſervantia, ſeu S. Auguſtini prædicti, vel alterius cujuſcunque Ordinis, Monaſterii, ſivè Monaſtici loci, vigore cujuſcunque conceſſionis, licentiæ, ſeu facultatis, etiam per Apoſtolicas litteras, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de voluntate, ac ſtatuto hujuſmodi mentionem, quibuſvis perſonis, cujuſcunque gradus, ſtatus, & conditionis exiſtant. *Ne noſtri tranſgrediantur.*

Nec prætextu alicujus officii etiam Capellanatus cujuſcumque Prælati, cujuſcumque ſtatus, & conditionis fuerint: etiamſi Patriarchali, vel Cardinalatus præfulgeant dignitate, & honore, ſub quacumque expreſſione in genere, vel in ſpecie conceſſas, aut forsàn impoſterùm concedendas.

Quodque nullus alterius Monaſterii, ſivè loci Prælatus, aut alius quicumque in eo, aliquem Canonicorum præſentium, & futurorum eorum, in Monaſteria recipiat, vel admittat, ſub excommunicationis pœna, quam tàm recepti, quàm recipientes hujusmodi pro tempore eo ipſo incurrant, ſi admoniti non deſtiterint, & quam ex nunc contra quemlibet tranſgreſſorem proferimus, & à qua, à nullo alio; præterquàm à Romano Pontifice, niſi in mortis articulo abſolvi poſſint, abſque Rectoris majoris, & alterius ex duobus Ordinis, & Congregationis hujuſmodi Viſitatoribus pro tempore exiſtentibus licentia ſpeciali; Decernentes irritum, & inane quicquid contra præmiſſa per quoſcumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari.

Cumque acceperimus, & re ipſa dedicerimus, Congregationem S. Juſtinæ de Padua Ordinis S. Benedicti à nonnullis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris quampluribus digniſſimis Privilegiis, Indultis, & Gratiis decoratam fuiſſe, & cenſeamus Congregationem Lateranenſem meritis, & virtutibus ſuis non minora promæreri; maximè, ubi quos par labor conjungit, pari quoque Privilegia contingere debent eidem Congregationi Lateranen. etiam concedimus, ut omnibus Privilegiis, Indulgentiis, Gratiis, Favoribus, & Indultis tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, ſeu aliàs eidem Congregationi S. Juſtinæ conceſſis: ipſa quoque Congregatio Lateranenſis pariformitèr potiri, & gaudere poſſit, & valeat abſque ulla prorsùs differentia, perindè, ac ſi ea dictæ Congregationi Lateranen. ſpecialiter, & nomina- *Communicatio privilegiorum Caſſinarum.*

natìm conceſſa fuiſſent, quorum tenores hìc pro ſufficientèr expræſſis haberi volumus, & non ſecus, ac ſi præſentibus de verbo ad verbum inſerta forent, quæ ad ipſam Congregationem Lateranenſem extendi, ac illam pari modo comprehendere volumus, ac decernimus.

Quòdque ipſi Canonici officio prædicandi verbum Dei uti poſſint, quemadmodùm Fratribus Prædicatorum, & Minorum Ordinum, per nos etiam, & dictos Romanos Pontifices conceſſum fuit.

Dubia in favorem interpretanda

Ut autem mentes dictorum Canonicorum à dubiis, quæ ſuper præſentibus, aut aliis Gratiis hujuſmodi, per nos, & prædeceſſores noſtros Imperatores, Reges, Principes, & alios prædictos conceſſis, & imposterùm concedendis, apud præfatos Canonicos quomodolibet oriri poſſent releventur: volumus, ut ubi in aliquo redderentur ancipites, ſeu dubii, ſecundùm bonam æquitatem, in favorem ſalutis animarum ſuarum largiſſimè intelligantur, & interpræntentur, non autem ſecundùm Juris rigorem, vel Doctorum opiniones, & ſubtilitates.

Actus contrarii nil derrogent.

Adiicientes, ut ſi quandó contigerit per aliquem, ſeu plures actus contra hujuſmodi, vel quæcumque alia Decreta, Privilegia, Indulta, Gratias, & Immunitates præfatæ Congregationi conceſſa, aut ipſorum aliquid à quocumque, cujuſcumque conditionis, dignitatis, gradus, & ſtatus exiſtat ex negligentia, ſeu ignorantia præſentium, & futurorum, quibus ea conceduntur, aut alia quavis cauſa aliter attemptari, vel obſervari ſcienter, vel ignorantèr, nullum tamen per hoc præjudicium Decretis, Indultis, Gratiis, & Immunitatibus præfatis generetur, ſed illa ſuo vigore, & pleno robore firmata perpetuò permaneant.

Apoſtol'ca littera diverſum ſtatuentes.

Clauſula roborantes privilegium.

Poſtremò cùm contingat plerumque, ex importunitate petentium, & negotiorum multitudine, ac ſuppreſſione veritatis, Summos Pontifices fatigatos, & circumventos, ea concedere, quibus aliàs nullatenùs annuerent; Auctoritate præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quòd quæcumque litteræ Apoſtolicæ, etiam proprio motu confectæ, aut in futurum conficiendæ, etiamſi in eis clauſulæ Privilegiis, & Indultis dictæ Congregationi conceſſis, non obſtantibus, & de quibus expræſſa mentio fieri debeat expræſsè contineantur, quæ obvient, & contrafaciant huic privilegio præſenti, aut quibuslibet earum particulis, niſi appareat evidentiſſimè, & apertiſſimè, quòd Summus Pontifex, qui pro tempore fuerit, huic Indulto, vel alicui ejus parti vellet per Apoſtolicas litteras derogare, faciendo ſpecialem mentionem de verbo ad verbum ex certa ſcientia de hujuſmodi privilegio, & ipſa Congregatione, diverſis nominibus eam nominando, per hæc præciſè vocabula: Congregationem, Unitatem de obſervantia, aliàs de Frixonaria, nunc Lateranen. appellatam, cauſasque legitimas allegaverit, cur his obviare intendat decretis, nullius ſit roboris, vel momenti.

Ne divexentur.

Diſtrictiùs inhibentes eiſdem Ordinariis locorum, ſub interdicti ingreſſus Ecclesia, & ſuſpenſionis à Divinis, ac regiminis, & adminiſtrationis Eccleſiarum ſuarum, Rectoribus verò Parochialium Eccleſiarum, & quibusvis aliis perſonis, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & privationis earumdem Parochialium Eccleſiarum, ac omnium aliorum bonorum Eccleſiaſticorum, quæ obtinent. Necnon inhabilitationis ad illa, & alia obtinenda impoſterùm pœnis, quas ſcientes, contrafacientes eo ipſo incurrere volumus. Nè Ordinem, & Congregationem Canonicorum Regularium hujuſmodi, ac illius Canonicos, Eccleſias, Monaſteria, & loca prædicta, præter ac contrà tenorem, ac formam hujus præſentis noſtri Indulti, & aliarum conceſſionum, ut præmittitur, Congregationi prædictorum Canonicorum Regularium, ſeu Eccleſiis, Monaſteriis, membris, & locis ſuis prædictis factarum quoquomodo inquietare. Nec eos, aut teſtamentorum, & ultimarum voluntatum executores, ac teſtantium hæredes, ſeu quoſcumque alios directè, vel indirectè, ad ſolutionem alicujus quartæ Parochialis, ſeu Canonicæ, vel alterius portionis, ſivè oneris compellere quoque pacto, ut præfertur, præſumant.

Statuentes quoque, ut nullus invitis Canonicis hujuſmodi, prorsùs audeat in

eorum

eorum Eccleſiis, ſeu Monaſteriis aliquod Officium Mortuorum, vel alia celebrari facere, etiamſi apud eos corpora Defunctorum ſepeliri contingat.

Mandantes inſuper expreſsè ipſis locorum ordinariis, ac Rectoribus Parochialium Eccleſiarum, ne eorum Parochianis, quòd Canonicis dictæ Congregationis non confiteantur, aliquo pacto prohibere, ſeu perſuadere præſumant, & nullatenùs denegent miniſtrare hujuſmodi confitentibus eiſdem Canonicis, quæcumque Eccleſiaſtica Sacramenta, dummodò aliqua Canonica, & rationabilis cauſa non ſubſiſtat.

Facultas conſervatorum eligendorum

Et nihilominùs univerſis, & ſingulis perſonis in dignitate Eccleſiaſtica ubilibet conſtitutis, & aliis de jure communi habilibus, & idoneis ad cauſas audiendas, per hæc Apoſtolica ſcripta mandamus, cum aliqui ex eiſdem perſonis pro parte ejuſdem Congregationis Lateranenſis, ſeu Rectoris generalis, aut aliorum per ſe, vel alium, ſeu alios premiſſa, ubi, & quandò opus fuerit publicantes, ac eiſdem Congregationi, & Canonicis, illorumque Eccleſiis, Monaſtariis, membris, & locis prędictis, in pręmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant Congregationem ipſam, illiuſque Canonicos pacifica poſſeſſione privilegiorum, & conceſſionum hujuſmodi liberè gaudere: non permittentes eos, ſeu teſtamentorum executores, & hęredes prędictos, contra illorum tenores per Ordinarios, & Rectores Parochialium Eccleſiarum prædictos, ſeu alios quoſcumque indebitè moleſtari, aut eis gravamen, injurias, atque damna inferri, ſeu quomodolibet irrogari, quinimò dictę Congregationi, ac illius Canonicis prędictis, in quibuſcunque caſibus, ſeu cauſis tàm Eccleſiaſticis, quàm profanis, per eos coràm dictis perſonis cujuſvis qualitatis, conditionis, gradus, ordinis, dignitatis, nobilitatis, pręeminentiæ, & ſtatus fuerint, etiam quacunque mundana, vel Eccleſiaſtica, aut Patriarchali præfulgeant dignitate, ſine expenſis, ſummariè, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola facti veritate inſpecta, auctoritate Apoſtolica miniſtrent Juſtitiam, denuntientque palàm, & publicè, omnes, & ſingulos Excommunicatos, quos eis conſtiterit cenſuras, & alias pœnas incurriſſe; ac faciant eos ab omnibus arctiùs evitari, & ubique pro excommunicatis, ſuſpenſis, & interdictis nuntiari, & legitimis deſupèr factis proceſſibus, illos quotiès opus fuerit iteratis vicibus aggravent, ſeu aggravari procurent, contradictores quoslibet per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad pręmiſſa, ſeu aliquid eorum, ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis.

Non obſtantibus Conſtitutionibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quibus cavetur, nè quis extrà ſuam Civitatem, & Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, ut in illis, ultrà unam dietam à fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſeu nè Judices à Sede Apoſtolica deputati, extrà Civitates, & Diœceſes, in quibus deputati fuerint, contrà quoſcumque procedere, aut aliis vices ſuas committere præſumant, & de duabus Dietis In Concilio Generali, necnon quæ incipiunt. *Super Cathedram* Bonifacii; & *Dudum*. Vienen. Concilii, ac Caliſti Papæ III. etiam prædeceſſoris noſtri, & quorumcumque aliorum Pontificum ſimiliter prædeceſſorum noſtrorum litteris; forsàn his noſtris contrariis, ac etiam Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus, Eccleſiarumque, & locorum quorumlibet ſtatutis, & conſuetudinibus, & inter quoſcumque ejuſdem Congregationis Lateranenſis Canonicos, & locorum Ordinarios, ſeu Rectores prædictos initis, & concluſis, ac hactenùs obſervatis, pactis, & conventionibus etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque, quibus omnibus, ac ſi his de verbo ad verbum infererentur, & derogatoriarum derogatorias clauſulas in ſe continerent, præſentibus pro expreſsè habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, quoad præmiſſa ſpecialitèr, & expreſsè derogamus: aut ſi Patriarchis, Epiſcopis, & Rectoribus præfatis, vel quibuſvis aliis, communitèr, vel diviſim à Sede præfata Indultum exiſtat, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut ultrà, vel extrà loca ad iudicium evocari non poſſint, per literas

Apo-

Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis Indulgentia, generali, vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totalitèr non inſertam, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de cujus toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Nos enim ex nunc illa, & quæcumque alia, quæ in futurum per Nos, vel Sedem Apoſtolicam quomodolibet concedi, ſtatui, decerni, vel ordinari contigerit contrà, ut præmittitur, eorumdem prædeceſſorum, & præſentium litterarum hujuſmodi tenorem, necnon ſi ſecùs ſuper ijs à quoque, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari, irrita, & inania, ac nullius roboris, vel momenti fore, & eſſe decernimus, etiamſi motu, & ſcientia prædictis, & ſuper ſimilibus, ac fortioribus clauſulis emanatæ exiſterent, ſeu in futurum emanare contingeret.

Fides habeatur harum tranſumptibus.

Et quià difficile foret præſentes litteras, ad ſingulas Provincias, & loca, ubi neceſſe foret deſtinare, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quòd tranſumptis earum manu Notarii publici, & Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, vel alicujus Archiepiſcopalis, ſeu Epiſcopalis, vel dictæ Congregationis Lateranenſis Rectoris generalis ſigillo munitis, ea prorsùs in judicio, & extrà, ubicumque exhibita, & oſtenſa erunt, fides adhibeatur, ac ſi ipſæ originales litteræ forent exhibitæ, & oſtenſæ.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, approbationis, conſtitutionis, exemptionis, liberationis, ſuſceptionis, decreti, conceſſionis, indulti, ſtatuti, ordinationis, caſſationis, annullationis, abrogationis, irritationis, prolationis, adjectionis, inhibitionis, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1477. x.Kal.Septembris Pontificatus noſtri Anno VI.

Privilegium Sanctiſs. Domini noſtri Sixti IV. quo ad Populorum conqueſtionem mandatur Canonicis Salvatoris Lateranen. Abbatiales Titulos reaſſumere, quos humilitatis intuitu pridem abolendos duxerant.

Eſt Roma

DILECTI Filii, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Intelleximus à dilecto filio Celſo Rectore generali veſtro, nonnullos Populos moleſtè ferre, & conqueri, quoſdam Abbatiales Titulos, qui apud eos honoris loco habebantur, veſtra inſtantia, auctoritate Apoſtolica fuiſſe immutatos.

Nos igitur memoratorum Populorum conſolationi conſulere volentes, omnes Abbatiales Titulos, qui quoquomodo in locis per vos ſuſceptis immutati extinctivè ſunt, inſtauramus, ac denuò erigimus ad priſtinum ſtatum, ac dignitatem Abbatialem reducimus.

Concedimus inſupèr, & plenam damus veſtris dumtaxàt Prælatis facultatem benedicendi paramenta, Pluvialia, Planetas, Caſulas, Albas, Tunicas, Tunicellas, Amictus, Tobaleas, & cæteras Veſtes tàm Sacerdotibus, quàm Altari congruas, veſtris tantummodò uſibus in divino honore deputandas.

Poſtremò, ut ex ſpeciali labore veſtro jam mercedem aliquam recipiatis, & promptiorem famulatum alacri animo Altiſſimo Domino omnium bonorum largiori Deo impendatis, de Omnipotentis Dei benignitate, Sedis Apoſtolicæ auctoritate, plenariam vobis omnibus pro hac vice concedimus Indulgentiam.

Dat. Romæ apud S.Petrum ſub Anulo Piſcatoris, die xxx.Martii 1480. Pontificatus noſtri Anno IX.

Pri-

Privilegium Sixti Papæ IV. quo conceditur Rectori, & Canonicis Salvatoris Lateranen., ut SS. eorum Legislatoris Auguſtini Feſtum celebrare poſſint; etiamſi die Dominico occurriſſet, cum cæsero, qui per Rituale Curiæ tunc temporis minimè liceret.

DILECTE Fili, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Sicut nobis nuper pro parte tua expoſitum fuit. Tu, & Canonici iſtius Congregationis piè attendentes, quòd ſub Regula, & Ordine S. Auguſtini militatis, & ab eo Ordo veſter ſumpſit Regulam, atque normam: optaretis pro majori, & celebriori ſolemnitate feſtivitatis ejuſdem Sancti, ut illius tunc Officium currens, in aliam diem transferre, cum commemoratione Dominicæ tunc occurrentis, ac feſtum S. Auguſtini ejuſdem, loco Dominicæ ſolemniter celebrare. Proindè nobis humiliter deſuper ſupplicatis. *Ex Placentia.*

Nos piis ſupplicationibus hujuſmodi inclinati, eidem Congregationi tuæ, ut quoticſcunque dies Dominica in die feſtivitatis S. Auguſtini ſolemniter, & alias juxta ritum, & formam S. Matris Eccleſiæ; cum commemoratione tamen Dominicæ tunc occurentis, liberè, & licitè celebrarare poſſitis licentiam, & facultatem auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus.

Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Ordinis prædicti, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris die XXI. Martii Pontificatus noſtri Anno X. 1481.

Litteræ Sanctiſs. Domini Noſtri Sixti IV. Quibus Templum D. Mariæ Pacis de Vrbe, à ſe conſtructum, committit Congregationi Salvatoris Lateranen.

SIXTUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Redemptoris noſtri, cujus in pace locus pactus eſt, & cujus Angeli in ejus ortu, bonæ voluntatis hominibus in terra pacem nuntiarunt, quique à ſuis diſcipulis diſceſſurus, & ad Patris dexteram in Cœlis aſcenſurus, Pacem eis dedit, & reliquit, vicesgerentes in Terris, illa toto corde, & omni denique ſtudio, ac piis operibus, & aſſiduis orationibus apud Glorioſiſſiam Virginem ejuſdem Redemptoris Genitricem, cujus precibus Populus Chriſtianus adiuvatur, libenter proſequimur, per quæ Pax, & Concordia nutritur inter Fideles, & Cultus Divinus augetur; cum itaque nuper ſuffragante Divina Gratia majorem, & saniorem partem Principum, & Dominorum Italiæ, intér quos magnum diſſidium, cruentaque Bella vigebant, ad mutuam concordiam, & pacis deſiderium per interceſſionem ejuſdem Excellentiſſimæ Virginis, & opem Altiſſimi ad noſtras preces aſſiduè propitiantis, cum magna ferè totius Italiæ lætitia, & conſolatione perduxiſſemus, & reliquos adducere cogitaremus, ante quamdam Imaginem Beatæ Virginis, quæ nonnullis Miraculis de novo coruſcare cœperat, & à Fidelibus frequentabatur eſſemus adorantes, & genibus flexis conſtituti, inſpiranre, ut piè credimus Divina Gratia, nobis viſum fuit incongruum, quòd imago ipſa in quodam parvo Tabernaculo conſiſteret, prout tunc ad parietem ejuſdem Eccleſiæ exiſtebat.

Concordia inter Principes Chriſtianos interceſſione B. M. ſemper Virginis.

Itaque in eodem loco Templum ad honorem Altiſſimi, & Beatæ Virginis ædificandum novimus, illudque ad perpetuam tàm grandis muneris nobis non humano conſilio, ſed Divina Providentia magna in parte conceſſi, ſub celebri forma, miroque ædificio fabricari fecimus, ac ipſum in honorem Virginis prælibatæ, noſtris ſumptibus à fundamentis erectum Deo dicavimus, & in memoriam hujuſ-

modi

modi Pacis, & Concordiæ, Templum Pacis nuncupari volumus, ſperantes quò d per hæc, & alia quamplura præclara Templa, & Pia Loca, quæ in Alma Urbe, & extrà à fundamentis, propriis expenſis noſtris, & quidem magnis, fundari, & inſtaurari fecimus, & vita nobis comite cum aliis bonis operibus omninò perſeverare intendimus, Italia ipſa dulcedine pacis fruetur, & in ea lætabitur.

Religio Canonicorum primaria inter alias.

Sed quià nihil actum eſſe videretur, niſi in eo Divinus Cultus induceretur, & ſub aliqua Inſtitutione regeretur, & gubernaretur; Conſiderantesque inter alios Religioſos inſtitutionem Canonicorum Regularium Ordinis B. Auguſtini fore primariam, & ab ipſo Sanctiſſimo Eccleſiæ Doctore Auguſtino fundatam, & per longa ſecula viris probis, & litterarum ſcientia, omnia virtute pollentibus ſtabilitam, ad eos potiſſimùm direximus intuitum, ſperantes quòd per Canonicos Congregationis Lateranen. dicti Ordinis ſub Regulari Obſervantia degentes, Templum Pacis memoratum in ſpiritualibus, & temporalibus Deo propitio, felicia continò ſuſcipiet incrementa.

Parochialis Eccleſia S. Andreæ unitur ſuprascripto Templo pacis.

Igitur ad Omnipotentis Dei laudem, & honorem, ut Populo Chriſtiano Pacem elargiri, & in perpetuum ſtabilire dignetur, ipſiusque Genitricis Virginis Glorioſæ Mariæ, & totius Cæleſtis Exercitus. Motu proprio, non ad aliquorum inſtantiam, aut petitionem, ſed de noſtra mera voluntate, Parochialem Eccleſiam S. Andreæ de Urbe, in cujus pariete, ſeu porticu dicta Imago anteà fuit, & cujus parietem, & fabricam dicti Templi coaptari fecimus, ſi quid adhuc integrum in ea ſupereſt pro majori perfectione operis demoliri, illiusque materiam, & lapides Altarium, in novum Templum transferri volentes, & illam in eodem Templo ab omni ſuperioritate, & viſitatione, ac dominio Presbyteri Cardinalis Tituli Sancti Laurentii in Damaſo de dicta Urbe pro tempore exiſtentis, auctoritate Apoſtolica, & ex noſtra certa ſcientia, deque plenitudine poteſtatis eximentes, & totaliter liberantes, ejusque fructus, reditus, proventus cum omnibus oblationibus, quę dietim pro dicto Templo, Monaſterio Eccleſiæ hujuſmodi à Fidelibus fiunt, ſeu erogantur, præfato Templo noſtro Pacis per Nos erecto, dilecto filio Magiſtro Ludovico de Agnellis, ipſius Eccleſiæ Rectore Notario noſtro conſentiente, ac omni Juri ſibi in Eccleſia, & Templo hujuſmodi, ſeu ad eum quomodolibet ſpectanti in manibus noſtris hodiè ſpontè, & liberè cedente, ceſſionemque hujuſmodi admittentes, ac applicantes, & approbantes, Templum ipſum cum ipſius ambitu præſente, & futuro, in Monaſterium Congregationis, & Ordinis prædictorum, cum una Præpoſitura, quæ inibi Dignitas Conventualis ſit, erigimus, creamus, & inſtituimus.

Quoque Præpoſitus, & Canonici pro tempore in Monaſterio, & Congregatione hujuſmodi exiſtentes, ſe commodiùs ſuſtentare, & onera eidem Monaſterio pro tempore incumbentia faciliùs perferre valeant, Templum, & Monaſterium prædicta ab ejus primeva erectione vacans, cum olim Eccleſia S. Andreæ præfata, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, necnon paramentis, jocalibus, & aliis rebus ad uſum Divinum deputatis, præſentibus, & futuris Congregat. Lateranenſi Canonicorum prædictorum, per eos juxtà eorum Privilegia, Ritus, Conſuetudines, & Regularia Inſtituta regendum, & gubernandum ſcientia, auctoritate, & poteſtate ſimilibus, in perpetuum concedimus, damus, unimus quoque annectimus, & incorporamus, atque appropriamus.

Hic Conſtantinus Applanus præclarè ſcripſit de humani arbitrii libertate, de prædeſtinat. Opuſculumque cui titulus, Soliloquia Abbatis.

Ita quòd liceat dilecto filio Conſtantino de Mediolano ejuſdem Congregationis Canonico, & pro eo in Romana Curia Procuratori generali, & quem ex nunc motu, ſcientia, & poteſtate prædictis in Præpoſitum Templi, ac Monaſterii uſque ad futurum Capitulum generale per prædictam Congregationem celebrandum deputamus, ad hoc nè interim Templum, & Monaſterium in temporalibus, & ſpiritualibus aliquod patiatur detrimentum, firma ſpe, fiduciaque conceptis, quod per ipſius Conſtantii laudabilia merita, & ſtudium fructuoſum, Templum, & Monaſterium in ejuſdem ſpiritualibus, & temporalibus plurima ſuſcipiet incrementa, per ſe, vel alium, ſeu alios, Templi, & Monaſterii, Eccleſiæque olim S. Andreæ, jurium.

juriumque, & pertinentiarum prædictorum, corporalem poſſeſſionem propria auctoritate appræhendere, & perpetuo retinere, ac inibi habitare, & reſidere, dicti Cardinalis, ſeu cujuslibet alterius licentia ſuper hoc minimè requiſita.

Et inſuper motu, ſcientia, & auctoritate, ac poteſtate prædictis, moderno Præpoſito, & Canonicis, qui in dicto Monaſterio pro tempore habitaverint, quod omnibus, & ſingulis Privilegiis, Immunitatibus, Exemptionibus, Gratiis, Libertatibus, & Indultis tàm à Sede Apoſtolica, quàm a Legatis ejuſdem, ſeu Romanis Pontificibus, ſeu pro talibus ſe gerentibus, aut Imperatoribus, Regibus, Principibus, Dominiis, & Potentatibus, eis in genere, vel in ſpecie conceſſis, & concedendis, in dicto Monaſterio, & extrà illud uti, & gaudere.

Ipſeque Præpoſitus dictæ Præpoſituræ, qui pro tempore fuerit Mitra, Annulo, Baculo, & aliis Pontificalibus Inſigniis, etiam uti, necnon in dicto Pacis Templo, ac infrà ſepta dicti Monaſterii, benedictionem ſolemnem poſt Miſſarum, Veſperarum, & Matutinarum ſolemnia, (etiamſi in Benedictione hujuſmodi aliquis Antiſtes, Cardinalis, vel Sedis Apoſtolicæ Legatus præſens fuerit) elargiri, liberè, ac licitè poſſit, & valeat. Felicis record. Alexandri Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit *Abbates*, & aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinis, & Congregationis prædictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis nequaquàm obſtan. motu, ſcientia, & auctoritate, ac poteſtate prædictis concedimus, paritèr, & indulgemus.

Præpoſitus ejus Canonica celebrare poteſt in Pontificalibus.

Clauſula derogatoria.

Proviſo, quòd cura Animarum olim dictæ Eccleſiæ S. Andreæ propter erectionem hujuſmodi nullatenùs negligatur, ſed ejus congruè ſupportentur onera antedicta.

Cura animarum ibidem non negligenda

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ exemptionis, liberationis, erectionis, creationis, inſtitutionis, conceſſionis, unionis, annexionis, incorporationis, appropriationis, deputationis, indulti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contrariare, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1487. Kalen. Octobris Pontificatus noſtri Anno XIII.

Signata. L. Criſſus.

De Curia.

Joannes Pogius.

Sanctiſſimi Domini noſtri Innocentii VIII. Facultas. Qua Procurator Congregationis Salvatoris Lateranen. revocat Canonicos extra Ordinem degentes.

Dilecte Fili, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Nuper exponi nobis feciſti, quòd quamplures ex Canonicis tuæ Congregationis, ex ea ad alios Ordines, ſeu Eccleſias, alterius tamen profeſſionis, & diſſimilis habitus; non tamen ob frugem melioris vitæ, & arctioris Regulæ, ſeu obſervantiæ, ſed potiùs pro ipſorum ambitioſa cupiditate, & ut liberiùs inter Seculares degant, ac beneficia Eccleſiaſtica conſequi valeant, tàm temeritate propria, quàm ex licentia, & diſpenſatione Apoſtol. ſe tranſtulerunt, & in dies ſe transferunt, & quod graviùs eſt, nonnulli celato prędicti Ordinis habitu, & occultato per Urbes hinc indè maximè per Romanam indecenter vagantur, non abſque ſcandolo Congregationis, etiam in Populis, ſuique honoris, & famæ diminutione. Quarè humiliter, & devote ſupplicaſti, ut dictæ Congregationi, illiusq; ne ſuper hoc ſtatui, opportunè conſulere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos, qui Congregationem ipſam propter uberes fructus, quos quotidiè in Vinea Domini producit, ſemper diligimus, & attendentes, quòd quilibet ſecundùm

dùm Apoſtolum in ea vocatione permanere debet, in qua vocatus eſt, & propterea conſervationi dictæ Congregationis, ac illius augumento, quantum cum Deo poſſumus providere volentes; hujuſmodi juſtis ſupplicationibus inclinari, auctoritate noſtra, tenore præſentium, tibi, & ſucceſſoribus tuis Procuratoribus ejuſdem Congregationis pro tempore exiſtentibus, concedimus, & committimus, atque mandamus, ut quibuslibet ex prædictis Canonicis, ſivè propria auctoritate, ſivè ex diſpenſatione, aut licentia Apoſtolica ſub quacunque forma, & expreſſione verborum conceſſa, & concedenda, & ad obtinenda beneficia Eccleſiaſtica, [etiamſi illa aſſequuti fuerint,] liceat ad Congregationem revocare, & ſub pænis, & Cenſuris Eccleſiaſticis, & cum auxilio brachii ſecularis, ſi opus fuerit ubilibet Carceribus tradere, & quod ad id ſub eiſdem Cenſuris revocare poſſis, & valeas, dommodò ipſi Canonici in arcto Monaſterio, & ſub arctiori, aut ſaltèm æquali Religione, & Regula Deo famulantes, & Orationibus vacantes non degant, quià quæ ſpiritu Dei aguntur legi minimè ſubijciuntur in contrarium facien. non obſtantibus quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 11. Maii 1487. Pontificatus noſtri Anno III.

Hyc. Balbanus.

Innocentii Papæ VIII. ad Canonicos Salvatoris Lateranenſes facultas viſitandi, ac corrigendi Moniales, eiſque Sacramenta omnia adminiſtrandi.

Ex Roma. Dilecti Filii, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum nuper acceperimus vobis injunctum, atque commiſſum fuiſſe per diverſos ſucceſſivè Romanos Pontifices, onus, atque curam in diverſis Civitatibus, & Locis, audiendi Sorores, ſeu Moniales quorumdam Monaſteriorum, ac eis impendendi pro modo culpæ pœnitentiam ſalutarem, & nos quoque commiſſionem hujuſmodi ad alia Monaſteria Sororum, ſeu Monialium hujuſmodi, per vos ſimiliter habendam extenderimus, ea tamen intentione, ut illis etiam reliqua Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare deberetis. Nos attendentes, quòd forsàn ab aliquibus hæſitari poſſet, an per hujuſmodi commiſſionem poſſitis Sororibus, & Monialibus hujuſmodi dicta Sacramenta miniſtrare ad tollendum omne dubium, quòd ſuperindè in mentibus hominum, & forſitàn Sororum, & Monialium prædictarum oriri poſſet, ac etiam pro majori declaratione dictæ intentionis noſtræ, maximè cum ſatiè æquum, & decens ſic videatur, & magis ſalubre ſaluti animarum, quòd Sacramenta hujuſmodi, & Euchariſtiæ in primis miniſtretur Monialibus, & Sororibus per ſuos Confeſſores, quibus ipſæ ſecreta, & peccata ſua confitentur, & ipſi propterea meliùs cognoſcere debeant, ſi tanto Sacramento, & reliquis dignæ ſint. Ac etiam per vos tàm in capite, quàm in membris viſitari, atque corrigi. Harum ſerie auctoritate Apoſtolica vobis committimus, & mandamus, ut omnibus, & ſingulis Monialibus, & Sororibus Monaſteriorom, ſeu Prioratuum vobis ſuper hujuſmodi confeſſionibus commiſſorum, & in futurum committendorum; omnia, & ſingula alia Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare: Iure cujuslibet Ordinarii, ſemper ſalvo.

Necnon eas & ipſarum ſingulas tàm in capite, quàm in membris viſitare, & corrigere, & omnia alia facere debeatis, quæ ad officium Viſitatoris, ſeu proprium Ordinarium ſpectant, atque pertinent, & abſque ulla prorsùs differentia, tribuentes vobis ſimili ſerie, ſeu perſonis ex Canonicis veſtris ad hoc idoneis per vos ad id deputandis omnimodam in præmiſſis, & circà ea poteſtatem.

Prohibentes nihilominùs ſub pœna Excommunicationis latæ ſententiæ, nè Confeſſores ipſi, ſeu Viſitatores per vos deputandi, ſivè alius ex Canonicis Congregationis hujuſmodi, Monaſteria ipſa aliquo pacto ingrediatur, niſi cùm neceſſitas erit miniſtrandi Infirmis Sororibus, ſivè eas viſitandi, aut corrigendi, ut præfertur.

Non

Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Monaſteriorum, Prioratuum, ac Ordinis, & Congregationis prædictorum Juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, & ſub quacumque forma, & expreſſione verborum conceſſis, & inpoſterùm concedendis, etiamſi de illis, earumque totis tenoribus, habenda foret præſentibus mentio ſpecialis: cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatoris die ultima Martii 1487. Pontificatus noſtri Anno III.

Hye. Balbanus.

Breve S. D. N. Innocentii Papa VIII. pro Abbate, & Capitulo Crutreligenſi propè Conſtantiam, Canonicorum Regularium.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad futuram rei memoriam. Proviſionis noſtræ debet provenire ſubſidio, ut ſuum cuilibet conſervetur. Hinc eſt, quòd nos tenorem quarundam litterarum Concilii Conſtantienſis in regiſtro ipſius Concilij repertarum, pro eo, quod ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus Monaſterii in Crutreligen. extra muros Conſtanſienſes Ordinis Sancti Auguſtini petitio continebat, ipſi eo indigere noſcantur, de verbo ad verbum tranſcribi, & ad ipſorum ſupplicantium inſtantiam præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt. Sacroſancta, & genaralis Synodus Conſtanſienſis ad perpetuam rei memoriam. Rationi congruit, & convenit honeſtati, ut ea, quę de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licèt tempore, quo Papatui præfuit litteræ Apoſtolicæ ſuper illis confectæ non fuerint, ſuum conſequantur effectum. Sanè dudùm pro parte dilectorum filiorum Herardi Abbatis, & Conventus Monaſterii in Crutreligen. extra muros Conſtantiæ Ordinis Sancti Auguſtini, Balthaſari tunc Joanni Papæ XXIII. expoſito, quòd licèt ipſius Ordinis Regularis inſtiturio, ac ejus per Apoſtolicam Sedem ſubſequens approbatio, longè præcederent inſtitutionem, & etiam per eandem Sedem factam approbationem Ordinis Sancti Benedicti, præfatusque Abbas etiam in Abbatialis dignitatis promotione, dilectum in Chriſto filium Joannem Aabatem Monaſterii in Petridomo, ultrà pontem Conſtantiæ dicti Ordinis S. Benedicti longè præceſſerit, necnon Abbas pro tempore exiſtens ſupradicti Monaſterii Crutreligenſis Mitra, & Anulo, cæteriſque Pontificalibus Inſigniis ex ſpeciali Privilegio Sedis ejuſdem, cui non eſt in aliquo derogatum, uti & gaudere ab olim conſueviſſet, quibus dictus Abbas Monaſterii Petridomus minimè utebatur, ſeu gaudebat, ac eiſdem Abbati Monaſterii in Crutrelingen. exiſtente pro tempore, ut Patri Abbati, etiam alia plura Monaſteria dicti Ordinis Sancti Auguſtini in diverſis locis conſiſtentia, ſecundùm ejuſdem Ordinis Regularia Inſtituta, per Sedem ipſam ex certa ſcientia approbata ſubeſſent, in quo eorum perſonas degentes pro tempore in eiſdem jus, ſeu ſuperioritatem viſitandi, corrigendi, & puniendi haberet, & propterea Abbas, & Conventus præfati, necnon Canonici ejuſdem Monaſterii Crutreligenſis in quibuſcumque actibus ſolemnibus, necnon Proceſſionibus Generalibus, quæ fierent pro tempore in Civitate Conſtantienſi, ac etiam in generali Concilio, Abbati, & Monachis exiſtentibus pro tempore, ac Conventus dicti Monaſterii Petridomus, merito præferri, atque in dignori loco, ſive Ordine collocari deberent; tamen cum idem Joannes Abbas, & Conventus Petridomus, contrarium afferentes, jactarent ſe aliquibus confictis, & minùs validis rationibus, in talibus ipſis Abbati, Canonicis, & Conventui ejuſdem Monaſterii in Crutreligen. forè præferendos, quodque timebatur ex hoc inter partes ipſas exoriri lites, jurgia, et ſcandala, quæ forsàn de facili reparari non poſſent, ac pro parte dictorum Herardi Abbatis, et

Conventus Monaſterii in Crutreligen. eidem Balthaſari, tunc Papæ humiliter ſupplicato, ut in promiſſis de benignitate Apoſtolica dignaretur ſalubriter providere. Idem Balthaſar tunc Papa, deſiderans pacem, & concordiam inter Abbates, & Conventus, ac Canonicos, & Monachos hujuſmodi Monaſteriorum præfatorum perpetuò ſtabilire, eiſdem ſupplicationibus inclinatus voluit, & conceſſit, videlicèt quinto Kal. Decembris, quòd Abbas exiſtens pro tempore in Crutreligen, præfato Abbati, etiam pro tempore exiſtenti in Petridomo, præfatorum Monaſteriorum, necnon Canonici in Crutreligen. etiam exiſtentes pro tempore, Monachis ſimiliter exiſtentibus pro tempore in Petridomo Monaſteriorum præfatorum tàm illis, quàm in Proceſſionibus hujuſmodi dicti Concilii Conſtantienſis, & quamdiù illud duraret, quàm etiam quibuſdam aliis Congregationibus, Proceſſionibus, necnon aliis actibus ſolemnibus, & publicis, in quibus eos pro tempore ſimul convenire contingeret, præferri, ac in locis dignioribus hujuſmodi perpetuis temporibus collocari deberent, non obſtantibus etiam quibuſcumque Privilegiis, Indulgentiis, & Litteris Apoſtolicis generalibus, & ſpecialibus eiſdem Abbati, & Conventui Monaſterii Petridomus, ac Ordinis S. Benedicti conceſſis quorumcumque tenorum exiſterent, per quæ litteræ dicti Balthaſaris tunc Papæ ſi ſuper his confectæ fuiſſent, non expreſſa, vel totaliter inſerta, effectum eorum impediri valeret quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum habenda eſſet in eiſdem litteris mentio ſpecialis. Nè autem pro eo, quòd ſuper voluntate, & conceſſione præfatis, litteræ dicti Balthaſaris tunc Papæ, interim quod Papatui præfuit confectæ non fuerunt, prædicti Abbas, & Conventus Monaſterij in Crutreligen. voluntatis, & conceſſionis prædictarum fruſtrentur effectu, volumus, & tenore præſentium decernimus, quod voluntas, & conceſſio præfata à dicta die quinto Kalen. Decembris, perindè ſuum conſequantur effectum, ac ſi litteræ dicti Balthaſaris tunc Papæ ſuper illis ſub ipſius diei data confectæ fuiſſent, quodque præſentes litteræ ad probandum plenam voluntatem, & conceſſiones præfatas ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Conſtantiæ ſextodecimo Kalen. Septembris Anno à Nativitate Domini 1515. Apoſtolica Sede vacante. Cæterùm, ut earumdem litterarum tenor prædictus inſertus, omnimodam rei, ſeu facti certitudinem faciat, Apoſtolica auctoritate decernimus, ut illud idem robur, eamque vim dictus tenor per ea habeat, quę habent originales litteræ ſupradictæ, & eadem prorsùs eidem tenori fides adhibeatur quandocumque, & ubicumque, ſeu in judicio, ſeu alibi fuerit exhibitus, vel oſtenſus, & eidem tenori firmiter ſtetur in omnibus, ſicut eiſdem originalibus ſtaretur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtri decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S.Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1489. IV. Kal. Maii Pontificatus noſtri anno V.

Sanctiſſimi Domini noſtri Innocentii Papę VIII. Extenſio privilegiorum pro uſu Pontificalium Inſignium, ac Benedictionum, ad omnes Prælatos Congregationis S. Salvatoris Bononienſis.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Sancti Salvatoris, & Sancti Antonii Monaſteriorum Venetiarum per Priores gubernari ſolitorum, Congregationis Sancti Salvatoris Ordinis Sancti Auguſtini Prioribus. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Expoſcit veſtræ devotionis ſinceritas, & Religionis promeretur honeſtas,

Digitized by Google

neſtas, ut tàm vos, quos ſpeciali dilectione proſequimur, quàm Monaſteria veſtra dignis honoribus attolamus[1]. Cum itaque ſicut exhibita vobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, Prioribus dictorum Monaſteriorum pro tempore exiſtentibus, ut quotiès ipſos in Monaſteriorum prædictorum, & aliis Eccleſiis tunc in Diœceſi Caſtellana, quæ nunc Diœceſis Venetiarum exiſtit conſiſtentibus, Miſſam, & alia Officia Divina celebrare contingeret, Mitra, Anulo, & aliis Pontificalibus Inſigniis uti, ac benedictionem ſolemnem poſt Miſſarum, Veſperarum, & Matutinarum ſolemnia (dummodò in benedictione hujuſmodi aliquis Antiſtes, vel Sedis Apoſtolicæ Legatus præſens, non foret) elargiri poſſent Apoſtolica fuit auctoritate conceſſum. Nos volentes vos, qui ut aſſeritis dicto Indulto hactenùs uſi fuiſtis, & in dies utimini, ac Monaſteria prædicta favore proſequi gratiæ amplioris, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis & Prioribus dictorum Monaſteriorum pro tempore ut exiſtentibus, in quibuſcumque Eccleſiis Monaſteriorum, Prioratuum, ac locorum veſtri Ordinis, & Congregationis tàm in Civitate, & prædicta Diœceſi Venetiarum, quàm aliis ubilibet conſiſtentibus, Mitra, Anulo, & aliis Pontificalibus Inſigniis hujuſmodi uti, Benedictionem ſolemnem poſt Miſſarum, Veſperarum, & Matutinarum ſolemnia Divinis intereſſentibus Officiis [dum tamen aliquis Antiſtes, vel Sedis prædictæ legatus præſens non fuerit] elargiri, ac omnes Novitios Ordinem veſtrum expreſsè profeſſos, ad primam Clericalem Tonſuram, & minores Ordines promovere, Campanas quoque, & Paramenta, & quaſcumque Veſtes, & Divino Cultui deputata, vel deputanda in quibusvis Monaſteriis, Prioratibus, & aliis dictæ Congregationis locis benedicere, liberè, & licitè poſſitis, fel. recor. Alexandri Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit Abbates, & aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, non obſtantibus auctoritate præfata, tenore præſentium de ſpeciali dono gratiæ indulgemus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1489. pridie Idus Novembris. Pontificatus noſtri Anno VI.

Litteræ Innocentii Papæ VIII. ad Rectorem Generalem Canonicorum Salvatoris Lateranenſium de proprietariis, deque ingreſſu Monaſteriorum Monialium.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Rectori generali Canonicorum Regularium S. Auguſtini Congregationis Lateranen. nunc, & pro tempore exiſtenti. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. *Eſt Romæ.*

Accepimus aliàs tam per Nos, quàm per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros quibuſdam Canonicis Congregationis tuæ, ut pecuniam habere, & privatim illa frui poſſent conceſſum fuiſſe, quòd ab Obſervantia, & Regularibus Inſtitutis dictę Congregationis penitùs alienum eſt, & in animarum periculum, malumque exemplum, & ſcandalum plurimorum cedere dignoſcitur. Quarè cupientes præmiſſis pro debito paſtoralis officii opportunè providere omnes, & ſingulas conceſſiones hujuſmodi Canonicis, & Prælatis dictæ Congregationis per Nos, & per prædeceſſores noſtros, etiam ex motu proprio, & ex certa ſcientia, & cum quibusvis clauſulis, & derogatoriarum derogatoriis fortioribus, & inſolitis, etiam ex quacumque cauſa factas, & faciendas impoſterùm, ac litteras hactenùs, & pro tempore emanatas, niſi caveatur in illis, quod ad id dilectorum filiorum Capituli generalis dictæ Congregationis aſſenſus, & ſcientia accederet, Motu, & ſcientia ſimilibus, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium caſſamus, & revocamus, & annullamus, ac pro nullis, & infectis haberi volumus, decernentes irritum, & inane, quòd ſecus ſuper his, & a quocumque quavis cauſa ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari, ac perſonis, quibus conceſſiones factæ fuerant,

& forsàn

& forſàn fierent impoſterùm, nè illis quovis modo uti de cætero præſumant; ſi quæ adhuc pecuniæ in eorum manibus,ſeu poteſtate adhuc reſiduæ forent,eas Capitulo generali denuntiare teneantur. Et nullus ampliùs privatim ſine ſcientia Capituli recipere, ac retinere poſſit ſub Excommunicationis latæ ſententiæ pœna diſtrictiùs prohibemus; præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Mandantes etiam tibi, & ſucceſſoribus tuis, omnibuſque aliis tam Prælatis, quàm ſubditis Congregationis tuæ, in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub eadem pœna, ut nullus veſtrum ſub quocumque prætextu, præſumat intrare Monaſteria Monialium veſtræ Religionis, & vobis commiſſarum, præterquàm in miniſtrandis Sacramentis Monialibus infirmis, & in actu viſitationis, & cauſa correctionis earum, in quibus caſibus cum ſocio (ſivè eo infirmo, aut abſente) alius quem Prior veſtri Monaſterii elegerit, Rectorque cum ſociis, aut Viſitatores in actu viſitationis tantùm, ut præfertur introire poterint; non obſtante conſuetudine, litteris Apoſtolicis, motu, & ſcientia ſimilibus, aut alia quavis firmitate roborata, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatoris die 12. Maii 1490. Pontificatus noſtri Anno VI.

Litteræ Sanctiſſimi D. N. Alexandri Papæ VI. ad Canonicas, cæteraſque Moniales ſub regimine Canonicorum Salvatoris Lateranenſium agentes.

DIlectæ in Chriſto filiæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quòd alias fel. record. Innocentius Papa VIII.prædeceſſor noſter immediatè, mandavit Rectori tunc exiſtenti, & ſucceſſoribus omnibus, *ut in ſuperiori. Mox.*

Nos ad hæc paterno affectu, & hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ut Confeſſores veſtri pro tempore cum uno ſocio, & abſentibus Confeſſoribus, vel ipſis ægrotantibus, Priores locorum cum uno ſocio dumtaxat Monaſteria veſtra ingredi licitè poſſint; dum vos aut veſtrum aliquam graviter infirmari continget, & pro vobis ſic graviter infirmis audiendis in confeſſione, & animarum commendationes in articulo mortis faciendas, & ad tradendum Eccleſiaſticæ ſepulturæ corpora Monialium decedentium, toties, quoties opus fuerit, Apoſtolica vobis auctoritate concedimus, pariter, & indulgemus, præmiſſis, ac aliis litteris, necnon Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque.

Datum Romæ apud S.Petrum,ſub anulo Piſcatoris,die 11.Aprilis 1493.Pontificatus noſtri, anno I.

Privilegium SS. D. N. Alexandri VI. Ad Priorem S. Antonii Venetiarum de Indulgentiarum elargitione, necnon reconciliatione Eccleſiarum, ac Cæmeteriorum.

ALEXANDER Epiſcopus ſervus &c. Cum ſicut dilecti filii Nobilis Vir Auguſtinus Barbadico, Dux, & Dominum Venet. Nobis nuper fecerunt exponi, ipſique ad Monaſteria veſtra, quorum videlicèt Monaſterium S. Antonii, de eorum jurepatronatus exiſtit, ſingularem gerunt devotionis affectum, ad illa pro Divinis audiendis officiis nonnunquam accedant, & propterea cupiant dicta Monaſteria per nos, illorumque pro tempore exiſtentes Priores favoribus proſequi gratioſis, ipſorum Ducis,ac Dominii, ac veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis, & pro tempore exiſtentibus Prioribus, quibus, ut quoties ipſos in quibuſcunque Eccleſiis Monaſteriorum, ac Prioratuum, & locorum Congregationis veſtræ, Miſſam celebrare con-

contingeret Mitra, Baculo, & aliis Pontificalibus inſigniis uti, ac benedictionem ſolemnem elargiri valeatis, Apoſtolica fuit auctoritate conceſſum, & omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus Miſſis hujuſmodi intereſſentibus [dummodo aliquis Antiſtes præſens non fuerit] Indulgentias per Epiſcopos videlicet quadraginta dierum dari conſuetas, quoties Miſſas hujuſmodi contigerit celebrari concedere, ac Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, & alia loca quæcunque dictæ Congregationis, illorumque Cœmeteria pro tempore quomodocumque polluta reconciliare perpetuo valeatis. Conſtitutionibus, Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, auctoritate præfata tenore præſentium, de ſpecialis dono gratiæ indulgemus. Per hoc autem Conſtitutioni, quæ reconciliationem hujuſmodi per Epiſcopos tantùm fieri præcipit, nullum in poſterum volumus præjudicium generari.

Datum Romæ apud S.Petrum, ſub anulo Piſcatoris, die 8. Maij 1493. Pontificatus noſtri Anno I.

Litteræ Alexandri Papæ VI. ad Iacobum Procuratorem Congregationis Salvatoris Lateranenſis, extendentes Indulgentias, & gratias ſpirituales, quibus Canonici gaudent, ad Oblatos, & Converſos eorundem.

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. *Eſt Romæ.*

Exponi nobis nuper feciſti, quòd licèt dudum retroactis temporibus, Canonicis Regularibus Ordinis S. Auguſtini Congregationis Lateranenſis, cujus Procurator Generalis exiſtis, à diverſis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, quàmplurima privilegia, gratiæ, & immunitates, per diverſas litteras Apoſtolicas conceſſa fuerint; tamen in illis de perſonis prædictæ Congregationis Oblatis, ſeu Donatis, nulla per inadvertentiam mentio fortè facta fuerit, prout in eiſdem litteris, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, pleniùs dicitur contineri. Quarè pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut prædictis Oblatis, ſeu Donatis, ſuper præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos votis, & commodis Religioſarum perſonarum, ut eo ferventiùs altiſſimo valeant famulari, quantum cum Deo poſſumus paterna charitate conſulere volentes, tuiſque hujuſmodi tui ſupplicationibus inclinati. Univerſis, & ſingulis Oblatis, ſeu Donatis prædictis, præſentibus, & pro tempore exiſtentibus, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, & immunitatibus præfatæ Congregationi in genere conceſſis, quibus prædicti Canonici utuntur, potiuntur, & gaudent, ſeu uti, potiri, & gaudere poterunt quolibet in futurum, quoad indulgentias, & gratias ſpirituales, uti potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant, & poſſint, in omnibus, & per omnia, ac ſi ipſi in dictis litteris ſpecificè nominati, & expreſſi fuiſſent, auctoritate Apoſtolica; tenore præſentium, de ſpecialis dono gratiæ concedimus, & indulgemus.

Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Anulo Piſcatoris die prima Novembris 1499. Pontificatus noſtri Anno VII.

Jo: Volateranus.

Privi-

Privilegium Alexandri Papæ VI. de inhabilibus quicumque Congregationis Salvatoris Lateranenſem ingredi voluiſſent.

Eſt Roma.

ALEXANDER Epiſcopus ſervus ſervorum Dei,ad perpetuam rei memoriam. Sedis Apoſtolicæ gratioſa benignitas, pijs fidelium præſertim ſub Religionis habitu Domino militantium votis libenter annuit, & honeſtis ſupplicum precibus favorem benivolum impartimur. Sanè exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij Rectoris Generalis Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini Congregationis Lateranen. petitio continebat. Quòd licèt nonnulli Chriſtifideles pia devotione ducti, vel alias hujuſmodi Canonicorum Monaſteria ingredi, & ex fidelibus hujuſmodi aliqui profeſſionem Regularem per Canonicos, aliqui per Donatos, ſeu Commiſſos, vel Converſos dictæ Congregationis emitti ſolitam emittere, & illum geſtare habitum, qui per Canonicos, ſeù Donatos, Oblatos, Commiſſos, ſeu Converſos hujuſmodi geritur, & habetur voverint, & in dies voveant, nihilominus cum ſic voventes dictorum Canonicorum Monaſteria ingredi volunt, eorundem Monaſteriorum Prælati de facto ſic ingredi volentibus prævio examine, & ipſis litterarum ignaris, ſive ineptis, aut aliàs indocibilibus, ſeu ad divina celebranda, & profeſſionem, quam emittere voveant, emittendam inhabilibus repertis, eis inſinuant, quòd non uti voverant, ſed juxta eorum qualitatem, & idoneitatem recipere volunt, & eis ſic receptis in dictis Monaſterijs, ad diverſa ipſis Canonicis opportuna exercitia, juxta eorum qualitates collocant. Quodque poſtmodum ſic recepti hæſitant, eorum votis non ſatisfeciſſe, & propterea inibi cum eorum animorum quiete reſidere non valent. Quarè pro parte dicti Rectoris aſſerentis inter Canonicos, Donatos, Commiſſos, & Converſos dictæ Congregationis differentiam fore. Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut indemnitati dictorum Chriſtifidelium (ut præfertur) voventium, & deindè (ut præmittitur per dictos Prælatos receptorum conſulere) aliaſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnes, & ſingulos Chriſtifideles hujuſmodi Monaſteria ingredi, & profeſſionem per Canonicos, ſeù Donatos, Commiſſos, vel Converſos dictæ Congregationis emitti ſolitam emittere voventes, ut quoties in hujuſmodi eorum ingreſſu per Monaſteriorum Prælatos, in quibus ingredi voverunt, ad hujuſmodi profeſſionem emittendam, & Divina celebrandum, ſeu profeſſionem, quam voverant emittendam inhabiles, & inepti judicati fuerint; tunc, & eo caſu ſi per eoſdem Prælatos in dicto ingreſſu, non ut ipſi ingredientes voverant; ſed juxta eorum qualitates recepti fuerint, tàm hactenus ſic receptos, quàm etiam in poſterum modo præmiſſo recipiendos, eorum votis plenariè ſatisfeciſſe, perindè, ac ſi profeſſionem, quam emittere vocant emiſiſſent, & illum geſtaſſent habitum Regularem, quem geſtare promiſerant. Dummodò tàm recepti, quàm recipiendi tria Regularis obſervantiæ ſubſtantialia vota profiteantur, vel profiteri promittant, ſeu ad illa profitendum, juxta dictæ Congregationis, mores, & ordinationes, & inſtituta ſe obligent, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, & declaramus non obſtantibus præmiſſis cæteris in contrarium facientibus quibuſcunque.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ Conſtitutionis, & declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatoris. Anno Incarnationis Dominicæ *1499. 6.* Idus Martij.

Litte-

Digitized by Google

Litteræ Alexandri Papæ VI. ad Deffinitores Congregationis Salvatoris Lateranenſis, ne Prælati particulares curam Monialium ſuſcipiant.

DIlecti Filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecistis, quòd licet vos juxta ſtatura, & obſervationes Regulares Congregationis veſtræ Lateranenſis Ordinis Sancti Auguſtini Canonicorum Regularium hactenus quantum potuiſtis à ſuſceptione curæ Monialium prædicti, vel alrerius Ordinis abſtinueritis; & ſi curam aliquorum Monaſteriorum Monialium hactenus ſuſcepiſtis: hujuſmodi ſuſceptionem feciſtis juxta maturam deliberationem, deſuper in Capitulis Generalibus dicti Ordinis pro tempore celebratis, vel ad mandata Apoſtolica, etiam quandoque iteratis vicibus vobis per Nos, vel prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore facta. Sæpè tamen contigit, quòd nonnullæ Moniales pro earum importunitate vel alias, Brevia, & alia mandata Apoſtolica impetrarunt, ſeu forſan impetrabunr impoſterum, per quæ obtinuerunt, ſeu, & obtinebunt Prioribus, & Præpoſitis Prioratuum, & Præpoſiturarum, ſeu Monaſteriorum Congregationis, & Ordinis prædictorum, ut ipſi Priores, & Præpoſiti, etiam ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ cogantur ad ſuſceptionem curæ, viſitationis, & correctionis Monialium prædictiâi, vel alterius Ordinis, quorum mandatorum prætextu ipſi Priores, & Præpoſiti abſque alia licentia veſtra, earundem Monialium curam ſuſcipiunt, & illarum Monaſteria ingredientes quandòque viſitant, non tanquàm ad hoc per vos deputati, ſed ut particulares dictorum Monaſteriorum Monialium Superiores, & Viſitatores; ex quo quandoque gravia ſcandala ſubſequuntur, & forſan majora in futurum evenire poſſent, & ex his, quæ ad bonum finem facta fuerunt, effectus contrarius ſubſequi poſſet. Quarè nobis humiliter ſupplicari feciſtis; ut ne dicti Priores, & Præpoſiti, qui Capitulo generali dictæ Congregationis ſubjecti ſint, à Superioribus veſtris diſcedere, & diſcrepare videantur in præmiſſis, opurtunè providere de benignitate Apoſtolicam dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnibus, & ſingulis Prioribus, & Præpoſitis prædictis, nunc, & pro tempore exiſtentibus, ne prætextu quarumcunque litterarum Apoſtolicarum, etiam in forma brevis, ſeu mandatorum Apoſtolicorum, etiam quaſcunque Cenſuras Eccleſiaſticas in ſe continentium, curam, viſitationem, vel ſuperioritatem aliquarum Monialium, etiam Regularis Obſervantiæ prædicti, vel cujuſvis alterius Ordinis ſuſcipere, aut ſuſcepta viſitare, ſeu intrare præſumant, abſque deliberatione Capituli generalis, auctoritate Apoſtolica per præſentes diſtrictius inhibemus, ac quæcunque mandara Apoſtolica hactenùs eiſdem Prioribus, & Præpoſitis ſub quibuscunque verborum formis facta, ſeù impoſterum fienda, non eiſdem Prioribus, & Præpoſitis, ſed Rectori, Diffinitoribusque Capiruli generalis hujuſmodi pro tempore exiſtenribus, & eorum Capitulo generali directa cenſeri debere, & ipſum Capitulum generale, ac vos Rectores, & Diffinitores, ad obediendum eiſdem mandatis teneri, & obligatos eſſe, eadem auctoritare decernimus, & declaramus; cum ſicut aſſeritis, Monaſteriis ſub cura dictæ Congregationis exiſtentibus, vos & alii, Rector, & Diffinitores pro rempore exiſtentes præfati, de Confeſſoribus idoneis provideatis, & illi provideant, & ipſa Monaſteria aliis Viſitatoribus non indigeant, & ſi indiguerint, in Capitulis generalibus Congregationis, & Ordinis prædictorum pro tempore providebitur, non obſtantibus præmiſſis, ac Coſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Congregationis, & Ordinis prædictorum juramenro, confirmarione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque conrrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub AnuloPiſcatoris. die 11. Februarij. 1500. Pontificatus noſtri Anno VIII. D. de Sancto Sebaſtiano.

Litteræ Sanctiſſimi Domini noſtri Alexandri Papæ VI. ad Deffinitores Congregationis Salvatoris Lateranen. pœna practicantium.

Dilecti Filii. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper feciſtis, quòd licet in Conſtitutionibus, atque Ordinationibus Capitulorum generalium veſtræ Congregationis Lateranenſis Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini Regularis Obſervantiæ, ac etiam, ut aſſeritur in quibuſdam litteris fel.recor.Martini Papæ V. prædeceſſoris noſtri ſuper hoc reſpectivè editis, & conceſſis inter alia contineatur, & diſponatur, quòd nullus ex Ordinationibus veſtris, etiam in Capitulis generalibus pro tempore celebratis,ad culpam peccati mortalis, ſed ad pœnam dumtaxàt temporalem obligetur: Nihilominùs vos conſiderantes, quòd nullus ad aliquam adminiſtrationem, ſeu prælaturam aſpirare deberet, niſi tamquàm Aaron à Deo vocatus in quodam alio Capitulo generali per vos celebrato, auctoritate dicti Capituli generalis, in virtute Sanctæ Obedientiæ ſub pœna peccati mortalis pro qualibet vice, quam contrafacientes eo ipſo incurrerent, præceptum, & ordinatum. Quòd nullus ex Canonicis dictæ Congregationis per ſe, vel per alium,verbo, nutu, ſcripto, ſigno, vel quocumque alio modo ex deliberata ratione, & determinato conſenſu poſſet tractare cum aliquo, vel practicare de veniendo, vel mittendo ad Capitulum generale, aut de eligendo ſcrutatores Capituli generalis, vel Vicarium ejuſdem Capituli generalis, vel Diffinitores, aut Viſitatores, ſeu Rectorem Generalem dictæ Congregationis, etſi hoc faceret non poſſet abſolvi à ſuo Confeſſore, niſi cum conditione injungeretur ſibi pro pœnitentia Sacramentali, pro una qualibet vice unum Pſalterium, infrà terminum unius menſis dicendum, & eandem pœnam, & culpam incurreret, audiens ipſam practicam, ſi voluntariè, aut deliberatè conſentiret, & hoc præceptum duraret ad beneplacitum Capituli generalis, & vim haberet cum foret obtentum, ſeu Apoſtolica auctoritate confirmatum: Converſi verò, & Commiſſi ſi contrafacerent, dicerent pro una qualibet vice millies Orationem Dominicam, & totiès Salutationem Angelicam, & in hujuſmodi pænitentiis etiam Rector diſpenſare non poſſet. Quarè Nobis humiliter ſupplicari feciſtis, ut Ordinationibus, præcepto, & ſtatuto hujuſmodi pro illorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere, ac alia in præmiſſis opportunè providere de Apoſtolica benignitate dignaremur.

Nos igitur, qui Chriſtifidelium omnium, præſertim Religioſarum Animarum ſaluti, & ſtatui libenter conſulimus: hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Ordinationes, præceptum, & ſtatutum hujuſmodi, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus,ac juxtà illarum tenorem obſervari debere decernimus: aliis prohibitionibus, & ordinationibus circà præmiſſa editis in ſuo robore nihilominùs permanentibus.

Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Congregationis, & Ordinis prædictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis aliis ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon quibuſvis impetrationibus, per quos is deſuper forsàn à Sede Apoſtolica quomodolibet ſub quibuſvis tenoribus, & clauſulis etiam talibus, quòd illis, niſi ſub certis modo, & forma in illis contentis obſervatis, nullatenùs derogari poſſit factis, & impetratis, ſeu etiam impoſterùm faciendis, & impetrandis à nòbis, vel à Sede prædicta, quibus illorum tenores præſentibus, ac ſi de verbo ad verbum insererentur pro expreſſis habentes; hac vice dumtaxàt per eaſdem præſentes derogamus, & hujuſmodi ſtatuto, præcepto, & confirmationi, approbationi, & decreto per quaſvis litteras, & conceſſiones ab eadem Sede impetrandas, ſeu aliàs quovis modo per eam concedendas, nullatenùs derogatum cenſeri decernimus,

niſi

niſi illarum toto inſerto tenore, & cauſis, præceptis, & ordinationibus hujuſmodi expreſſis, & impetrationes ipſæ de ſimili mandato, vel conſenſu emanaverint, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S.Petrum ſub Anulo Piſcatoris die 2.Octob.1501.Pontificatus noſtri Anno X.

E. Certonen. Ax.

Bulla Sanctiſs. Domini noſtri Iulii Papæ II. Qua Baſilicam Divi Petri *de Cælo Aureo Papiæ à Mortarienſibus Canonicis, ad* Lateranen.*transfert.*

IULIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Rationi congruit, & convenit honeſtati, quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licèt ejus ſuperveniente obitu litteræ Apoſtolicæ ſuper illis confectæ non fuerint, ſuum contineantur effectum. *Eſt Papiæ.*

Dudùm ſiquidèm fel.rec.Alexandro Papæ VI. prædeceſſori noſtro per dilectum filium Raphaelem Sancti Gregorii ad Velum Aureum Diaconum Cardinalem Camerarium noſtrum tunc ſuum, expoſito, quòd licèt in Monaſterio S. Petri in Cælo Aureo Papiæ Ordinis S. Auguſtini, quod idem Raphael Cardinalis ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica tunc in Commendam obtinebat, ac in ejus Eccleſia, corporis ejuſdem S. Auguſtini recordationis exiſtebat, prout exiſtit fons Religionis, ſummaque ejuſdem Regularis diſciplinæ obſervantia eſſe debeat, tamen illius tunc Canonici ab obſervantia hujuſmodi, adeò deviabant, quod propter enormes eorum exceſſus, & circà Divinorum Officiorum celebrationem negligentia, aliaſque vitæ diſſolutiones, Populi devotio, quæ ad dictum Monaſterium olim maxima gerebatur, magis, atque magis in dies deficiebat, ceſſabat in eodem Monaſterio ferè in totum Divinus Cultus, & quod ipſi Canonici ſe emendarent difficilè putabantur. Verum ſi dictum Monaſterium cum omnibus ejus ædificiis, & clauſuris, ac libris, calicibus, & aliis Eccleſiaſticis ornamentis inibi tunc exiſtentibus. Dilectis filiis Canonicis Congregationis Lateranenſis dicti Ordinis, Obſervantiæ Regularis per unum Præpoſitum, & nonnullos dictæ Congregationis Canonicos inibi introducendos, juxtà eorum ritus, & mores de cætero ex tunc regendum, & gubernandum concederetur, ac menſæ Conventuali dictorum Præpoſiti, & Canonicorum in illo pro tempore degentium, pro eorum ſuſtentatione aliqua ſtabilia bona aſſignarentur, & appropriarentur, profectò ex eo, nè dictum Monaſterium deterioribus in ſpiritualibus, & temporalibus exponeretur incommodis obviaretur, augereturque inibi Divinus Cultus, & Fidelium devotio ad Monaſterium ipſum cum illorum animarum ſalute manuteneretur, & præfato prædeceſſore noſtro per dictum Raphaelem Cardinalem humiliter ſupplicato, ut Monaſterium dictis Canonicis per eorum aliquos regendum, & gubernandum concedere, & illius menſæ Conventuali, bona hujuſmodi aſſignare,& appropriare,ut præfertur, aliaq; in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaretur. Idem prædeceſſor attendens,quòd Romanus Pontifex in Apoſtolicæ dignitatis ſpecula conſtitutus,ex ſupernæ providentia Majeſtatis Monaſteriorum,& aliorum Eccleſiaſticorum locorum ſtatum in meliùs coadiuvante Domino commutat, aliaſque deſuper ordinat, & diſponit, prout rerum, & temporum qualitate penſatis id in Domino conſpicit ſalubritèr expedire, hujuſmodi ſupplicationibus inclinatus ſub Dat. videlicèt IV.Idus Junii Pontificatus ſui Anno V. auctoritate Apoſtolica,Monaſterium prædictum cum omnibus ejus ædificiis, & Clauſuris,libris, calicibus, & aliis Eccleſiaſticis ornamentis inibi tunc exiſtentibus, dictæ Congregationis Canonicis per unum Præpoſitum, & alios Canonicos Congregationis ejuſdem in illud introducendos, juxtà eorum Ritus, & moras, ex tunc de cætero regendum, & gubernandum conceſſit, ipſiuſque Præpoſiti, & Canonicorum introducendorum menſæ Conventuali, pro eorum, ac Præpoſiti, & Canonicorum inibi pro tempore exiſtentium ſuſtentatione,tantùm ex bonis ſta-

 bilibus

bilibus dicti Monaſterii quantùm eotum fructus, reditus, & proventus ad trecentos ducatos auti ſecundùm communem exiſtimationem valorem annuum aſcenderent, & illum non excederent, dummodò ad præmiſſa præfati Raphaelis Cardinalis accederet aſſenſus aſſignavit, & appropriavit, ac voluit, quòd in reliquis dicti Monaſterii bonis, præfatus Raphael Cardinalis, & pro tempore exiſtens ipſius Monaſterii Abbas, ſeu Commendatarius plenam, & liberam haberet adminiſtrationem, quodque cedente, vel decedente dicto Raphaele Cardinali, portio ſibi de dictis bonis remanens hujuſmodi, donec de illa per ipſum prædeceſſorem, vel Sedem Apoſtolicam aliter eſſet diſpoſitum vacare cenſeretur, liceretque Canonicis tunc in dicto Monaſterio degentibus, qui inibi remanere, & ſubjecti Præpoſiti obedientiæ, juxta Regularia eorumdem introducendorum Canonicorum Inſtituta vivete vellent, inibi remanere, illis verò ex eis, quibus id non placeret, ad alia dicti Ordinis Monaſteria, ubi benevolos inveniſſent Receptores ſe transferendi licentiam conceſſit. Necnon ſtatuit, & ordinavit, quòd ſi ullo unquàm tempore dictæ Congregationis Canonici præfatum Raphaelem Cardinalem, vel pro tempore exiſtentem dicti Monaſterii Commendatarium, ſivè Abbatem, ſuper remanentibus bonis prędictis moleſtarent, ſeu quoquo modo perturbare attentarent, ex tunc, prout ex ea die, & è converſo, conceſſio Monaſterii ejuſdem per eum facta hujuſmodi nulla eſſet. Quodque ipſe Raphael Cardinalis, aut pro tempore exiſtens Commendatarius, ſeu Abbas in Præpoſitum, aut Conventum introducendos, hujuſmodi nullam poteſtatem, juriſdictionem, ſeu ſuperioritatem habere, ſeu exercere poſſet, vel deberet, ſed ipſi Præpoſitus, & Conventus ab eorumdem Raphaelis Cardinalis, & pro tempore exiſtentis Commendatarii, vel Abbatis ſuperioritate, juriſdictione, & poteſtate penitùs exempti forent, non obſtantibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſterii, & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nè autem de conceſſione, aſſignatione, appropriatione, voluntate, ſtatuto, & ordinatione Alexandri prædeceſſoris noſtri, lis pro eo, quod ſuper illis ipſius prædeceſſoris ejus ſuperveniente obitu, litteræ confectæ non fuerint, valeat quomodolibet excitari, ac præfatus Raphael Cardinalis, & Canonici Congregationis hujuſmodi illorum fruſtrentur effectu, volumus & dicta auctoritate decernimus, quòd conceſſio, appropriatio, voluntas, ſtatutum, & ordinatio prædicta perindè à dicta die quarto Idus Junii ſuum ſortiatus effectum, ac ſi ſuper illis ejuſdem Alexandri prædeceſſoris litteræ, ſub ejuſdem diei datis confectæ fuiſſent, conceſſionem, aſſignationem, appropriationem, voluntatem, ſtatutum, & ordinationem prædicta ubique ſufficiant, nec ac id probationis alicujus adminiculum requiratur. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginum noſtræ voluntatis, & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Optio data Canonicis relaxatis ſe ſe reformandi juxta Canonicorum inſtituta, aut abeundi.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1503. VI. Kal. Decembris Pontificatus noſtri Anno I.

Privilegium Magnum SS. D. N. Julii Papæ Secundi, ad favorem Canonicorum Regularium Sancti Salvatoris Bononienſis.

JULIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. ad perpetuam rei memoriam.

Inter cæteros in militanti Eccleſia veluti Regina in veſtitu deaurato circundata varietate plantatos Ordines, ad dilectos filios Congregationem Sancti Salvatoris, Ordinis Sancti Auguſtini, Canonicorum Regularium, qui ſub ſuavi jugo Religionis, & Regularium inſtitutionum obſerva-

ſervatione, ſedulum ipſi Salvatoris noſtro Domino Jeſu Chriſto in humilitatis ſpiritu præbent famulatum, dirigentes noſtræ conſiderationis intuitum, & attendentes, quòd nos, Cardinalatus honore fungebamur, Eccleſiam S. Petri ad Vincula de Vrbe, eum illi annexa Eeeleſia S. Agnetis extra muros dictæ Vrbis, de licentia Sedis Apoſtolicæ, eidem Congregationi [cujus protectionem aliquandiu geſſimus, & illius profectum ſalubrem quantùm potuimus procuravimus) conceſſimus, & multa pro ejuſdem Eeeleſiæ S. Petri, & ædificiorum ejus reparatione, & reædificatione, ac pro commoditate Prioris, & Canonicorum inibi pro tempore divinis beneplacitis inſiſtentium, etiam poſtquam ad Summi Apoſtolatus apicem fuimus divina favente clementia aſſumpti expoſuimus, dignum exiſtimamus illa Congregationi, & Canonici præfatis, ipſiùſque Congregationis Monaſteriis, locis, & perſonis concedere, per quæ poſſint ipſo Salvatore eis ſemper aſſiſtente, grarum in ejus beneplacitis exibere famulatum. Sanè cùm ſicut accepimus aliàs plura immunitates,& diverſa privilegia, gratiæ, favores, & indulta ſpiritualia, & temporalia per diverſos Romanos Pontifices prædeceſores noſtros, præfatæ Congregationi, illiusque Monaſteriis, loeis, bonis, & rebus eonceſſa fuerint, Nos cupientes, ut dilectus filius modernus, & pro tempore exiſtens Prior Generalis dictæ Congregationis, & Canoniei præfati, & eorum curæ eommiſſi eo potiùs poſſint Domino in ejus beneplatitis famulari, quo cognoverit hujuſmodi privilegia, & immunitates pro illorum ſubſiſtetia firmiori, etiam noſtræ aprobationis robore communiri, ee etiam Prioris Generalis, & Canonicorum, ac Congregationis hujuſmodi eommoditatibus, & augmento, ſtatuique proſpero, & felici, quantum cum Deo poſſumus adiuvante ſalubriter conſulere, ipſoſque generalem Priorem, & Canonicos, & Congregationis hujuſmodi ſingulares perſonas à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis,& interdicti, alijsque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, pœnis, à jure vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodari exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſeriè obſolventes, & abſolutos fore cenſentes. Ac omnia, & ſingula Moneſteria tam dictæ Congregationi, quàm beneficia Monaſterijs dictæ Congregationis unita, annexa, incorporata, & poſſeſſa, ac quæcunque alia, & ſingula privilegia, gratias, favores, immunitates, exemptiones, & indulta tàm ſpiritualia, quàm temporalia, eidem Congregationi, ac illius Monaſterijs, locis, & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & per quoſcunque Romanos Pontifices, Imperatores, Reges, Principes, & quoſeunque alios Chriſtifideles eonceſſa, illorumque omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus infererentur, eiſdem præſentibus pro expreſſis habentes, Motu proprio, non ad Prioris generalis, & Canonieorum prædictorum, vel alicujus alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & deliberatione, certaque ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, litteras omnes, ordinariones, conſtitutiones, & conſuetudines, quibus ipſa Congregatio regitur, & gubernatur, oc omnia, & ſingula alia privilegia, gratias, favores, immunitates, exemptiones, & indulta hujuſmodi authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & innovamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, atque omnia, & ſingula inviolabiliter obſervari decernimus.

Volumusque, quicquid dubij in dictis privilegiis,ſeu aliquo eorum pro tempore emeſerit, id dara verborum ambiguitate, & varia peritorum interpetratione, in favorem dictæ Congregationis, & locorum particularium ejuſdem interpretari debere, & ubi ipſi in aliquibus redderentur dubij, ſeu ancipires, ſecundùm bonam æquitatem, ad favorem ſalutis animarum ſuarum, illa etiam largiſſime intelligantur, & interpretantur, non autem ſecundùm juris rigorem, aut Doctorum opiniones vel ſubtilitates.

Et cujusvis particularis Monaſterii ſeu loci,tam uniti, quam uniendi,præſentis, & futuri, dictæ Congregationis privilegia, conceſſiones, remiſſiones peccatorum, & indulgentiæ quocunque nomine nuncupatæ, immunitares, & gratiæ *Extenſio privilegiorum ad ſingula loca.*

con-

conceſſa, & concedenda tàm per Romanos Pontifices, quàm alios quoſcunque Reges, Duces, Barones, Principes, Dominia, & Communitates in omnibus, & per omnia, ipſi toti Congregationi, & aliis ejus particularibus Monaſteriis eſſe communia, & ad illa extendi, & extendimus per præſentes. Iuſuper etiam ultra prædicta privilegia eidem Congregationi præfertur conceſſa, hac perpetua, & irrefragabili Conſtitutione, Motu, & ſcieutia ſimilibus ſancimus, quòd omnes, & ſinguli d. Congregar. Canonici, Ordinem ipſum profeſſi, præſentes, & futuri, quamvis in diverſis Monaſteriis, ſive locis pro tempore maneant, uuum tamen corpus, & vna Congregatio exiſtant, ac ſub una eademq; lege, atq; obſervantiæ Regularis unitate, morumque conformitate, eiſdem Conſtitutionibus, Privilegiis, Ordinationibus, Conſuetudinibus, & Statutis vivant, ipſaque Congregatio ab Apoſtolica Sede ultra centum annos inſtituta, & merito totiens approbata, ab univerſis Chriſtifidelibus in reverentia, & devotione habeatur.

Veri Canonici Regularis.

Decernentes, ut in omnibus, & ſingulis præheminentiis, etiam in publicis actibus, ac privilegiis, & gratiis, pro veris Canonicis Regularibus Ordinis, & Congregationis prædictorum habeanrur, & reputentur; prout hactenus fuerunt, authoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia, tenore præſentium habemus, & declaramus: mandamusque quorumcunque locorum Diœceſanis, ut eos pro talibus in dictis ſingulis publicis, & aliis actibus cenſeri faciant, ac etiam reputari. Nos enim eos, ut exiſtentes veros, & indubiraros Canonicos Regulares Ordinis prælibari, quibus à dicta Sede Apoſtolica ſcapulare, quod inſigne clauſtralium eſt, geſtandum ſuper Rocheto in præfatæ Congregationis primordiis, ex ſpeciali munere, & devotione donatum extitit, omnibus, & ſinguliis præeminentiis, etiam in publicis actibus, ac privilegiis, & gratiis, quibus quicunque alii Canonici potiuntur, & gaudent, potiri, & gaudere cenſemus.

Adjicientes præterea, quòd de cœtero non ſolùm prædictis præheminentiis, privilegiis, & gratiis decorentur, quibus gaudent in ſpecie, vel in genere univerſi alii Canonici, verum etiam omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, favoribus, indultis, & gratiis ſpiritualibus, & temporalibus per Nos, vel per quoſcunque prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, vel alias quomodolibet, ſeù Sedem præfatam, tam præfato Ordini Canonicorum Regularium S. Auguſtini, ac Congregationi de Friſonaria aliàs Lateranenſi, Ordinibuſque Heremitarum, Minorum, Prædicatorum, Carmelitarum, & Servorum B. Mariæ, & aliis etiam earundem Congregationum, & Ordinum membris, & illorum perſonis, Monaſteriis, & locis in genere conceſſis, & pro tempore concedendis, quàm etiam Congregationi Monachorum S. Juſtinæ, ſeu S. Benedicti Caſſinen. & ejus Monaſteriis, locis, membris, & perſonis hactenùs conceſſis, ac illorum Ordinibus, & Congregationibus, quibus per eandem ſedem conceſſum eſt, dictę Congregationis privilegiis poſſe gaudere, in omnibus, & per omnia, abſque ulla prorſus differentia, perinde ac ſi ea ipſi Congregationi Canonicorum Regularium Sancti Salvatoris ſpecialiter, & nominatim conceſſa fuiſſent, quorum tenores hìc pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, & non ſecùs, ac ſi præſentibus de verbo ad verbum inſerta forent, & quæ ad ipſam Congregationem S. Salvatoris, & ejus Moniales, ſive Sorores, ac perſonas oblatas, & commiſſas utriuſque ſexus, quæ ſub illius Congregationis cura ſunt, in illis videlicet, quæ ipſis coaptari poſſunt extendi, ac illa eam pari modo cum prædictis compræhendere volumus, atque decernimus, cum ipſam Congregationem S. Salvatoris cenſeamus, meritis, et virtutibus ſuis non minora promereri, quàm ſupraſcriptas Congregationes, & Ordines, quos enim par labor conjungit, paria quoque privilegia conjuugere debent.

Aliorum ordinum privilegia.

Cujus etiam Congregationis S. Salvatoris Monaſteria omnia, & loca prædicta, & eorum Prælati, atque perſonæ, quibuſcumque eis, ac aliis Congregationibus, et Ordinationibus à Sede prædicta, vel aliàs qualitercumque conceſſio, ac de Jure, ſeu conſuetudine debitis juribus, præeminentiis, ac dignitatibus inconcuſsè gaudeant, et utantur, dummodò illa præmiſſis, et aliis dictæ Congrega-

tio-

tionis S.Salvatoris Inſtitutis, et Conſtitutionibus non obſtant.

Et dictæ Congregationis Capitulum generale, ſivè in eo vocem pro tempore habentes, pro felici ſucceſſu ipſius Congregationis S. Salvatoris ſtatuta, Conſtitutiones, et Ordinationes, ac omnia, et ſingula, quæ in ſpiritualibus, et temporalibus ipſius Congregationis, et ejus Regularis Diſciplinæ ſtatum, obſervantiam, indemnitatem, et circà Divini Officii celebrationem, directionem, et ordinationem [abſque tamen ipſius Regulæ in ſubſtantia, vel in effectu, variatione] interpretationem, vel declarationem quoquo modo concernere potuerint authoritate prædicta inſtituendi, ordinandi, interpretandi, et declarandi, ac ea, quæ ſic inſtituta, ordinata, interpretata, vel declarata fuerint in toto, vel in parte, prout rerum., vel temporum qualitas exegerit tollendi, alterandi, modificandi, innovandi, corrigendi, emendandi, ſuſpendendi, et in melius commutandi plenam, et liberam in omnibus habeant facultatem, ita tamen, quòd nullæ ordinationes in uno Capitulo generali decretæ ullam vim, et locum habere poſſint Conſtitutionis, niſi duæ ſaltèm ex tribus partibus, hujuſmodi vocem in ipſo Capitulo habentium concurrerint, et hoc ordine fuerint per duo alia immediata Capitula generalia ſequentia comprobatæ, quæ ſic, ut comprobatæ fuerint, cenſeantur mox Apoſtolico robore communitæ. *Conſtitutiones uti vim ſortientur.*

Quibus Conſtitutionibus, Decretis, Ordinationibus, Declarationibus, et Correctionibus, ſinguli de Congregatione hujuſmodi cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ſeu conditionis exiſtant, efficaciter parere omninò teneantur. Nolumus tamen, quòd ad peccatum, niſi contrafiat ex contemptu, aliquem obligent.

Et quotiès Prælatus aliquis, Monaſterium cui præfuerit reformare, et ad ipſius Congregationis obſervantiam reducere decreverit reformationem ipſam juxtà inſtituta, decreta, ordinationes, et conſtitutiones hujuſmodi, prout convenientiùs poterit, exequatur.

Capitulum autem generale nominamus, quòd in dicta Congregatione ſingulis annis celebratur, in quo omnes electiones Prioris generalis, et Viſitatorum, ac Abbatum, Priorum, Præpoſitorum, et aliorum quorumcumque Officialium Monaſteriorum, et locorum dictæ Congregationis, necnon omnia alia ſtatuta, et ordinata, ut præmittitur juxtà Ritus, et Conſtitutiones præfatas eo ipſo, quibus de conſenſu ipſius Capituli, ſeu ejus Deffinitorum in formam publicam redacta fuerint, ejuſdem Apoſtolici muniminis declaramus robore communiri.

Hujuſmodi ergò Congregationis, et Capituli generalis diſpoſitioni, ordinationi, correctioni, reformationi, et obedientiæ, univerſa Monaſteria, Prioratus, Domus, Conventus, loca, necnon res, & bona cum ſuis membris, juribus, & pertinentiis quibuſcumque, quæ videlicèt juſtis modis hactenùs eis oblata, traditaque fuere, & dante Domino applicari poterunt quomodolibet in futurum, ac eorum perſonæ tàm Clerici, quàm Converſi, & Commiſſi in dictis Monaſteriis, Prioratibus, & Conventibus, ac locis, ſivè membris degentes pro tempore, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, aut conditionis fuerint, in omnibus ſubjecta perſeverent.

Univerſi verò Prælati ejuſdem Congregationis ſub Prioris generalis, & alii Canonici, Converſi, & Commiſſi ſub Prelatorum, in quorum Monaſteriis, aut aliis locis deputantur, ſeu morantur, obedientiis vivant, et eas aliis humiliter præſtent.

Et nulli Prælatorum, vel Canonicorum prædictorum ab Inſtitutis, Ordinationibus, Correctionibus, & Mandatis Capituli, ſeu Prioris generalis, aut aliorum Prælatorum ipſius Congregationis ad quemcumque etiam ad nos, & Sedem prædictam, niſi de ſpeciali Summi Pontificis licentia, appellare liceat, appellationeſque deſuper pro tempore interpoſitæ, & inde ſecuta irrita habeantur.

Sed cùm contrà aliquem Prælatum, vel Canonicum dictæ Congregationis civiliter, aut criminaliter agi contigerit, ſecundùm Conſtitutiones, & ſtatutá prædicta

dicta, juris communis apicibus, dilationibus, terminis, & litium anfractibus procedatur.

Nulli conceditur Canonicos retinere

Ac nullæ Eccleſiaſticæ perſonæ, vel ſeculares, quacunque authoritate, vel dignitate prædictæ, etiamſi Patriarchali, vel Cardinalatus honore præfulgeant, aliquem ex Prelatis, vel Canonicis Congregationis prędictę obſequiorum, vel ſervitiorum propriorum, vel Monaſteriorum ſuorum, ſeu prætextu cujusvis officii, etiam Cappellanatus, ad eas divertere, vel alia quavis cauſa, etiam arctioris vitæ, ordinis, vel obſervantiæ, à dicta Congregatione educere, vel ſpontè venientes recipere, & penès ſe retinere audeant, etiam authoritate litterarum Apoſtolicarum, abſque literis dimiſſorii dictæ Congregationis, ſeù Prioris generalis, & Viſitatorum ejuſdem. Quod ſi recipientes prefati intra tres dies poſtquam eis preſentes innotuerint, Prelatum, ſeu Canonicum extra ipſam Congregationem exiſtentem hujuſmodi, eidem Congregationi non reſtituerint cum effectu, vel à ſe realiter non abjecerint, excommunicationis ſententia unacum ipſis receptis innodati exiſtant eo ipſo, à qua niſi in mortis articulo, aut à Sede prędicta abſolvi non poſsint.

Non arctantur ad recipiendos fugitivos

Neque Congregationis hujuſmodi Prelati quaruncunque literarum Apoſtoliearum pretextu, niſi illis preſentibus ſpecialiter, & expreſsè derogetur, ad recipiendum Canonicos, qui aliàs ab eorum propriis Monaſteriis, ſive locis, abſque ſuorum Superiorum licentia contumaciter receſſerunt, à quoquam queant quomodolibet coarctari.

Ut verò exeuntium ab eadem Congregatione motibus occurramus, decernimus, ut nemo ex ipſa ad aliquem aliorum Ordinum, occaſione etiam arctioris regulæ (ut præmiſſum eſt) tranſire, nevè ad aliquam dignitatem, ſeù adminiſtrationem extra ipſam ſuam Congregationem aſſumi poſsit: volumuſque, ut quiſquis in ipſa Congregatione ſivè profeſſus, ſivè ad Sacros Ordines promotus [quam rem profeſsionis loco, & eſſe, & haberi ſtatuimus] habitum dictæ Congregationis relinquere, aut mutare nulla authoritate poſsit, niſi miſsionem, literaſque à generali Capitulo, aut Prioris generalis, & Viſitatorùm obtinuerit: quod tam de his, qui hactenus exierint intelligi volumus, quàm de his qui in poſterum exituri ſunt, etiamſi litteras Apoſtolicas obtinuerint.

Nè verò protervis relinquatur litigandi, repugnandivè locus, ſi quis eorum exeúntium cauſam in Romana Curia ſuper ea re committi hactenus obtinuerit, vel in poſterum obtinebit, ubi ad inhibendum, aut alia agendum itum fuerit, Motu, ſcientia, poteſtateque prædictis, lites hujuſmodi ad nos advocamus, atque omninò extinguimus, ſtatuentes æque valere hoc decretum noſtrum, ac ſi judicum nomina, atque alia omnia, quæ ſupra memorata ſunt, hic ſatis expręſſa eſſent, etiamſi Sacri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditores exiſterent: volumusque, ut quicquid ſuper hac re fiet, aut factum ſit, etiamſi cauſam aut nos, aut prædicta commiſerit Sedes, pro infectis omninò haberi, irritum pręterea eſſe, aut inane quicquid ſuper his Apoſtolica, ſive alia quavis authoritate ſecus contigerit agi aut attentari.

Generalis igitur Prior, & alii Abbates, & Priores dictæ Congregationis pro tempore exiſtentes, ſeu ab eis deputati, poſſint omnes, & ſingulos dictæ Congregationis hujuſmodi Canonicos ab illa vagos, et fugitivos, aut ſuis Superioribus inobedientes, et rebelles, et qui non habita licentia ſe alio tranſtulerint, vel aliquarum perſonarum quacunque dignitate etiam Cardinalatus honore fulgentium ſervitiis in Romana Curia, vel extra eam ſe adjecerint, vel ab eis literas familiaritatis, aut Cappellanatus obtinuerint, vel quocunque habitu induti fuerint, capere, et in carceribus detinere, aut per cenſuras Eccleſiaſticas, aut alia juris remedia, appellatione remota, etiam invocato ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachii ſecularis, ad ſolitam, et debitam obedientiam compellere.

Nec quiſquam perſonas, quæ de jure communi religionem ingredi non prohibentes ex ſeculo fugientes, et ad dictam Congregatiouem venire affectantes verberibus, aut violentiis quibuslibet impedire, aut prohibere, vel à Monaſteriis,

& locis

et locis Congregationis ejuſdem præſentibus, vel futuris divertere, aut ſuper hoc illis, vel eos recipientibus injuriam, vel moleſtiam irrogare præſumant, contrafacientes verò præſentium notitiam habentes, vel qui ea ignoraverint, & poſtquàm ad eorum notitiam pervenerint à præmiſſis injurijs non deſtiterint, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrant, à qua, præterquàm in mortis articulo conſtituti, niſi à Sede præfata abſolutionis beneficium nequeant obtinere.

Statuimus ſimiliter, & ordinamus, ut omnes, qui Religionem, locum, vel Ordinem alium quemcumque etiam arctiorem ingredi voviſſent, tali voto non obſtante ad Congregationem, & Ordinem prædictos, illorumque profeſſionem liberè, & licitè ingredi, & inibi recipi, & admitti valeant, ſuperque omnibus aliis Votis [præfato Religionis dumtaxàt excepto] cum illis, & cum omnibus aliis ipſam Congregationem Altiſſimo famulaturis ingredi volentibus etiam diſpenſari poſſit, ac à quocumque excommunicationis vinculo, injuncta eis juxtà eorum facultates reſtitutione, & pœnitentia ſalutari, tamquàm uni ex Canonicis Congregationis hujuſmodi, abſolutionis beneficium impendi, ita tamen, quòd ſi ante profeſſionis emiſſionem diſceſſerint, in eamdem excommunicationem ipſo facto reiucidant. *Ingredientium, privilegium.*

Et quià forsàn nonnulli Congregationis, & Ordinis hujuſmodi habitum aſſumentes diverſis perſonis, quæ ignorari, & non reperiri poſſent in aliquibus rebus, ſeu bonis obnoxii eſſent, eiſdem Priori generali, Prioribus, & eorum Vicesgerentibus concedimus, ut ipſorum ſinguli in locis ſibi commiſſis bona ipſa in pios uſus liberè, & licitè convertere poſſint, prout ſecundùm Deum meliùs viderint expedire.

Volumusque, quòd, qui ex præfatis Canonicis adeò Monaſteriorum ſuorum officiis occupati, ut in Choro intereſſe, & Officium Divinum vix ſine labore, & tædio dicere, ac ipſa eis ratione officiorum hujuſmodi incumbentia charitatis opera implere nequeant, & qui ad Divinum hujuſmodi Officium dicendum, adeò vel nòn docti, vel minùs experti pro tempore exiſtunt, dummodò in ſacris non ſint Ordinibus conſtituti, licèt profeſſionem emiſerint, tamen ad perſolvendum totum Divinum Officium integrum minimè teneantur, ſed eorum Prælati habita ſuorum conſideratione, ultrà Officium Beatæ Mariæ Virginis, ad quod obligati remaneant, juxtà diſpenſationem eis creditum, ſi eorum animabus expedire videbitur, aliquid dicendum injungant, quod cum animi alacritate valeant adimplere.

Præterea decernimus, quòd ejuſdem Congregationis præſentes, & futuri, poſſint omnes etiam ſacros Ordines, ad quos per eorum Superiores præſentati fuerint, à quocumque maluerint Catholico Antiſtite gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habente recipere, & hujuſmodi Antiſtitem in ipſius Congregationis Monaſteriis, & locis dumtaxàt advocare, ipſeque Antiſtes Canonicos dictæ Congregationis à ſuis Superioribus ſibi pro tempore præſentatos, Apoſtolica authoritate, abſque aliqua licentia, & contradictione Diœceſani, & abſque quòd aliàs illi propterea præjudicium generetur, nulla examinatione præmiſſa, ſtatutis tamen à jure temporibus abſque ulla promiſſione, aut obligatione ordinare, Miſſas inibi celebrare, Eccleſias, Altaria, & vaſa conſecrare, veſtes benedicere, & alia Pontificalia execcere. *Ordinantur in propriis Eccleſiis*

Et ut Canonicis prædictis omnis vagandi adimatur occaſio, Deffinitoribus Capituli generalis dumtaxàt ejuſdem Congregationis, cum quibusvis perſonis defectum Natalium ex Adulterio inceſtuoſo, & quovis alio genere nefario, & illicito coitu provenientem patientibus, nec non Generali, & Viſitatoribus cum iis, qui ex quavis cauſa, præterquàm homicidii voluntarii, bigamiæ, mutilationis membrorum irregulares forent, poſtquàm Congregationem ipſam ingreſſi, & illam expreſsè profeſſi fuerint, perpetuò diſpenſandi, ut defectu, & irregularitatibus hujuſmodi, non obſtantibus ad quoſcumque etiam ſacros, & presbyteratus

Ordines promoveri, & in illis etiam in Altaris Miniſterio miniſtrare, & ad quęcumque Officia, adminiſtrationes, ſeu dignitates prædictæ Congregationis, aut illius Eccleſiarum, Monaſteriorum, & locorum recipi, & aſſumi, illaque gerere, & exercere liberè, & licitè, & abſque diſpenſatione dictæ Sedis, quotiès opus fuerit valeant, licentiam, & facultatem ſimiliter concedimus, & etiam indulgemus. Similiter quòd præfatus Prior generalis, & alii Abbates, Priores, & Prælati dictæ Congregationis pro tempore exiſtentes, valeant in omnibus caſibus, in quibus de jure communi Prælatis, & Canonicis dictæ Congregationis authoritas, ſivè licentia, ſeu diſpenſatio Ordinariorum [ſi ab eis exempti non eſſent] foret neceſſaria, cum eis auctoritate præfata diſpenſare, eiſque diſpenſandi licentiam, & authoritatem concedere. Et proptereà ipſi Priori generali pro tempore exiſtenti, poteſtatem facimus ſacrandi, benedicendique Corporalia, Veſtes, & ea, quæ ſacris uſibus neceſſaria ſunt. Impartimur quoque, ut hujuſmodi Congregationis Sacerdotes in itinere conſtituti, aut alia cauſa ſubſiſtente ante diem, & uſque ad nonam incluſivè Miſſam celebrare queant, & Altare portatile, in ipſorum itineratione cum debita reverentia, & honore habere, & ſuper eo in locis tamen congruis, & honeſtis Miſſas, & alia Divina Officia celebrare, ac Sacramenta Eccleſiaſtica ibidem recipere, & ubi generale, ſeu in aliquo ſpeciali loco interdictum fuerit, in Eccleſiis ſuis, ac in Altari portatili prædictis, & aliis quibuſcumque locis honeſtis, hujuſmodi Miſſas, & alia Divina Officia celebrare. Quod ſi contingat Civitates, Terras, vel Loca, in quibus Monaſteria, ſeu Loca dictæ Congregationis conſiſtunt Eccleſiaſtico ſupponi interdicto, ut Congregationis Prælati, Canonici, Converſi, et Commiſſi, Novitii, et Capellani, Moniales, ſivè Sorores, et Oblatæ, ſeu Commiſſę perſonæ utriuſque ſexus, quarum curam in ſpiritualibus gerunt, necnon Laici intrà ſepta Monaſteriorum ipſorum, ſeu locorum pro tempore habitantes, et Procuratores, et Syndici, et negotia gerentes Monaſteriorum à præfatæ Congregationis Canonicis ad id deputatis, januis clauſis, interdictis excluſis, et ſubmiſſa voce Miſſas, & alia Divina Officia audire, ac Eccleſiaſtica Sacramenta ſuſcipere, ipſique Canonici illa celebrare, & miniſtrare, ac eos cum decedere contigerit, in Eccleſiis ſuis præfatis liberè, & licitè ſepelire poſſint, & valeant, plenam licentiam concedimus, & facultatem.

Necnon Prælatis, Canonicis, & perſonis Congregationis hujuſmodi, quocunque nomine cenſeantur, elargimur, ne propter participationem etiam in Divinis cum excommunicatis, ſuſpenſis, & interdictis à jure, vel ſtatutis Ordinariorum, aliquam excommunicationis, vel cenſurarum, aut peccati maculam incurrant, niſi ipſi excommunicati eſſent ſpecialiter denuntiati.

Priorique generali, & viſitatoribus, ac ſingulis Prælatis dictæ Congregationis, & qui loco eorum conſtituuntur, præſentes, & futuri, qui nunc ſunt, & pro tempore erunt, concedimus, ut cùm Canonicis, Novitiis, Converſis, & Commiſſis ejuſdem Congregationis diſpenſatione indigentibus, ſive priuſquam intraverint Congregationem, et Ordinem hujuſmodi, ſive poſt, ac Monialibus, ſivè Sororibus, & Oblatis, ſeu Commiſſis perſonis utriuſque ſexus, quarum curam [ut præmittitur] gerunt, in caſibus quibus exceſſerint, & pro quibus excommunicationis, vel interdicti, aut ſuſpenſionis ſententias à jure, vel ab homine generaliter promulgatas incurrerint, & hujuſmodi ſententiis innodati, aut in locis generali, vel ſpeciali Eccleſiaſtico ſuppoſitis interdicto Divina officia celebrantes, vel ſuſcipientes ordinem, ſic ligati notam irregularitatis ſimiliter incurriſſent, et in omnibus aliis caſibus, etiam ex cauſa cujuſcunque ſimoniæ qualitercunque generaliter, vel ſpecialiter Sedi prædictæ reſervatis [exceptis duntaxat hæreticorum, elapſorum, ſchiſmaticorum, deferentium prohibita ad infideles, & litteras Apoſtolicas falſificantium, quos omninò ad eandem Sedem remitti volumus] abſolutionis, & diſpenſationis beneficium juxtà caſuum exigentiam valeant impartiri. Canonici verò, & alii, quos pro tempore Prior generalis, Viſitatores, & Prælati prædicti in proprios habuerint Confeſſores eiſdem Priori generali, Viſitatoribus,

bus, & Prælatis abſolutionis, & diſpenſationis hujuſmodi beneficium etiam concedere poſſint.

Et cùm ſæpè contingat, quòd ob ſingularem devotionem, quam nonnullæ perſonæ ad Canonicos dictæ Congregationis gerunt, ad eoſdem pro earum ſalute Animarum recurrant, ejuſdem Congregationis Prælatis, ſeu Canonicis à ſuis Superioribus ad audiendum hujuſmodi perſonarum Confeſſiones deputatis, quòd perſonas ipſas accedentes audire, & perſonæ ipſæ eis abſque alia eorum Superiorum licentia confiteri, necnon dictis Prælatis, ſeu Canonicis Confeſſiones hujuſmodi audientibus, dictos confitentes pœnitentia, & ſatisfactione præviis, quotiès opus fuerit ab omnibus, & ſingulis peccatis Sedi prædictæ non reſervatis, & à quibuſcumque ſuſpenſionum, excommunicationum, & interdicti ſententiis, aliiſque Eccleſiaſticis Cenſuris, & pœnis, quas à Jure, vel ab homine latas incurriſſe quomodolibet conſtiterit, abſolvere, & Vota per eos pro tempore emiſſa in omnibus, & ſingulis caſibus locorum Ordinariis etiam per Synodales, ſeu Provinciales Conſtitutiones reſervatis, in alia pietatis opera commutare, & deſuper eum eiſdem voventibus diſpenſare (exceptis tamen Cenſuris, pœnis, votis, & caſibus, ſuper quibus eſſet Sedes præfata merito conſulenda] & ipſis confitentibus, ac aliis omnibus, qui ad præfatos Canonicos ob hujuſmodi devotionem recurrerint, Euchariſtiæ Sacramentum miniſtrare liberè poſſint. *Abſolutio a caſibus etiam reſervatis.*

Mandantes expreſsè Ordinariis, ac Rectoribus Parochialium Eccleſiarum, ne eorum Parochianis, quòd Canonicis dictæ Congregationis non confiteantur, aliquo pacto prohibere, ſeu perſuadere præſumant, & nullatenùs denegent miniſtrare hujuſmodi confitentibus eiſdem Canonicis quæcumque Eccleſiaſtica Sacramenta; dummodò aliquod Canonicum, & rationabilis cauſa non ſubſiſtat.

Cupientes etiam animarum Canonicorum prædictorum ſaluti ſalubriter conſulere, eis pariter concedimus, ut liceat ipſis, & cuilibet ipſorum, necnon Converſis, Commiſſis, & Novitiis ſuis, ac Monialibus, ſivè Sororibus, & Oblatis, ſeu Commiſſis perſonis prædictis utriuſque ſexus præſentibus, & futuris ſemèl in vita, & mortis articulo quemcumque Presbyterum ex Canonicis præfatæ Congregationis, in caſu verò neceſſitatis alium Presbyterum idoneum tàm ſecularem, quàm cujusvis alterius Ordinis Regularem in ſuum eligere Confeſſorem, qui confeſſionibus hujuſmodi diligenter auditis, pro commiſſis per eos criminibus, delictis, & peccatis in omnibus, & ſingulis etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis caſibus, debitam abſolutionem, & plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem poſſint auctoritate noſtra impendere, & pœnitentiam injungere ſalutarem.

Ita tamen, quòd quilibet ex confitentibus hujuſmodi, poſtquàm Congregationem ipſam fuerit ingreſſus, & antequàm ad articulum mortis deveniat, teneatur [ſi Clericus, vel Presbyter fuerit] ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, ſi verò Converſus, vel Commiſſus fuerit, vel alia perſona ex prædictis utriusque ſexus, quę ipſos Pſalmos Pœnitentiales legere neſciret, quinquagies Orationem Dominicam, & totidèm Salutationes Beatæ Virginis, ſingulis ſeptimanis per unum annum dumtaxàt, pro conſervatione Status Romanæ Eccleſiæ (legittimo tamen ceſſante impedimento) dicere, & omittentes alia vice ſupplere teneantur, ac poſſint dicendo quinquaginta vicibus dictos ſeptem Pſalmos Pœnitentiales communiter, vel diviſim hujuſmodi debito in integrum ſatisfacere, etſi interim aliquem poſt inceptam, & non perfectam pænitentiam hujuſmodi ab hac luce migrare contingat, ipſe nihilominùs plenariam remiſſionem conſequatur, dummodò intentionis fuerit illam [ſi ſupervixiſſet] perficiendi.

Concedimus prætereà Canonicis, Converſis, Commiſſis, & Novitiis, ac Monialibus, ſivè Sororibus, & Oblatis, ſeu Commiſſis perſonis utriuſque ſexus prædictis, præſentibus, & futuris, qui in diebus, in quibus Stationes in nonnullis tàm intrà, quàm extrà Almam Urbem Eccleſiis conſiſtentibus exiſtunt, quinque Altaria Eccleſiarum, Monaſteriorum, ſeu locorum ſuorum, in quibus tunc eos moram trahere contigerit, devotè viſitaverint, & Pſalmum David Miſerere mei,

Dd 2 videlicet

videlicet illum ſcientes; alii verò quinquies Orationem Dominicam, & totidem Salutationem Angelicam, coram quinque Altaribus hujuſmodi, pro felici ſtatu Sanctæ Romanæ Eccleſiæ dixerint, eaſdem concedimus Indulgentias, perindè ac ſi dicti Canonici, Converſi, Commiſſi, Novitii, Moniales, & perſonæ perſonaliter Eccleſias Urbis præfatæ, & extra, viſitaſſent, & in defectu Altarium, alia pia, & devota loca ad viſitationem hujuſmodi, & alia præmiſſa facieudum eligere poſſint, etiamſi eos extra Monaſteria, et loca hujuſmodi eſſe contigerit.

Volumus inſuper, quòd dictæ Congregationis Prælati, vel Canonici litteras Sedis prædictæ, aut ipſius Legatorum, ſeu Delegatorum ſuper adminiſtranda Juſtitia, executione facienda, viſitatione, ſeu correctione exercenda, aut pro colligendis pecuniis, aut pro denuntiatione ſententiarum, interdicti, & excommunicationis, aut pro recipienda cura Monialium, ſeu Religioſorum quorumcumque, aut alio quovis negotio peragendo, ad eos pro tempore impetratas, & directas, acceptare, & in illis contenta exequi, et Juramentum de calumnia, vel veritate dicenda ſubire, aut Teſtimonium perhibere, ſeu extra ſuas Civitatem, et Diœceſim trahi ad quævis Concilia Provincialia, et Synodalia, aut Congregationes (quovis nomine cenſeantur) Eccleſiaſticarum, vel Laicarum perſonarum cujuſcumque dignitatis, aut ſtatus exiſtant, etiam Apoſtolica auctoritate indicta, præterquàm ad ipſius Congregationis Capitulum generale celebrandum, aut aliàs juxtà eorum Ordinationes ire, vel mittere, aut Proceſſionibus publicis, aut funeralibus intereſſe inviti minimè teneantur.

Sed neque ipſis invitis in eorum locis, et Monaſteriis per aliquos Epiſcopos, vel eorum Ordinarios, aut alias quaſcumque perſonas ſub Excommunicationis pœna, quam ipſo facto contrafacientes incurrant, Miſſæ, et alia Divina Officia, neque Mortuorum Officium, etiamſi apud eos corpora Defunctorum ſepeliri contingat, quoquo modo celebrentur, Ordines conferantur, vel agitentur cauſæ civiles, vel criminales, Proceſſiones convocentur, aut Synodus, Conventus, ſeu quævis Congregationes tàm Eccleſiaſticarum, quàm Laicarum perſonarum fiant, immò quòd neque ipſi Epiſcopi, ſeu Ordinarii, et alii quicumque ad hujuſmodi loca accedere, ſeu in ipſis immorari, ipſis Canonicis [ut præmittitur] invitis ullo modo præſumant.

Inhibentes multò magis, quòd, ut hujuſmodi Congregationis loca ad uſum hoſpitum, habitationem, detentionem, et incarcerationem Eccleſiaſticarum, et Laicarum perſonarum deputentur, aſtringi, ſeu cogi aliquo modo poſſint.

Teſtimonia verò Prælatorum, Canonicorum, Converſorum, Commiſſorum, & Novitiorum dictæ Congregationis in cauſis ipſorum civilibus, et criminalibus, in Judicio, et extrà legitima, ſeu Juridica ſint.

Prætereà nè Congregationem ipſam, & illius Canonicos per locorum Ordinarios quavis occaſione, vel cauſa, & præſertim ratione Eccleſiarum Parochialium, ſeu aliorum locorum dictæ Congregationis pro tempore, quibus Animarum cura imminet, moleſtari contingat, & hujuſmodi prætextu in Congregationem, & Canonicos prædictos aliquam ſuperioritatem, ſeu dominium habere prætendant, ipſis quoque concedimus, & indulgemus, ut in Parochialibus Eccleſiis hujuſmodi poſſit Congregatio ipſa, ſeu ipſius Canonici, per ſe, aut per Presbyteros Seculares, aut Regulares, ſui, aut cujuslibet alterius Ordinis (aliàs tamen habiles, & idoneos) ad ipſorum nutum deputandos, & ammovibiles Animarum curam prædictorum Parochianorum, Eccleſiarum, Parochialium hujuſmodi liberè, & licitè exercere, quodque ipſi Capellani, dum curam hujuſmodi gerent, ea libertate, atque exemptione fungantur, & ubique fruantur, ac ſi ex Canonicis Congregationis, & Ordinis prædictorum exiſterent.

Sepulturam quoque in locis, Cimiteriis, & Eccleſiis dictæ Congregationis concedimus, & eam liberam eſſe decernimus, ita quòd devotioni, & extremæ voluntati eorum, qui in locis hujuſmodi ſepeliri voluerint, nullus obſiſtat, ſalva tamen

men Juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora ſumuntur.

Et ut dictæ Congregationis Canonici divinis beneplacitis quietiùs, & liberiùs inſiſtant, eoſdem Congregationem, & illius generalem Priorem, Viſitatores, & alios Prælatos, ac Canonicos, Converſos, Commiſſos, Novitios, Moniales, ſivè Sorores, & Oblatas, ſeu commiſſas perſonas prædictas utriuſque ſexus, ac Capellanos etiam curam habentes animarum, necnon familiares, & ſervitores ipſorum, nunc, & pro tempore exiſtentes, ac ipſius Congregationis Monaſteria, Prioratus, & loca, etiam quæ impoſterùm eidem Congregationi quandocunque uniri, & incorporari, ſeu ſubijci, vel aliàs quomodolibet aggregari contigerit: ac omnia, & ſingula dictorum Monaſteriorum, Prioratum, & locorum, præſentium, & futurorum Eccleſias, Capellas [etiamſi ipſis cura immineat animarum] Oratoria, manualia, membra, Caſtra, Fortilitia, Edifitia, Villas, Grangias, Vineas, Oliveta, Hortos, Sylvas, Nemora, Prata, Paſcua, Piſcationes, Molendina, Aquarum decurſus, Jura, Juriſdictiones, Prædia, Poſſeſſiones, & Bona quæcumque, quæ in præſenti ſunt, & in futurum erunt, dictæ Congregationis, & quæ omnia, & ſingula per eorum vocabula, confines, valores, qualitates, & quantitates hic haberi volumus pro ſufficientes expreſſis, à quorumcunque Legatorum etiam de latere, & Subdelegatorum; necnon Nuntiorum dictæ Sedis, ac Vicariorum, Rectorum: quoruncunque Officialim Romanæ Eccleſiæ, necnon Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Adminiſtratorum, Electorum, & aliorum quoruncunque Judicum ordinariorum, etiam Inquiſitorum hæreticæ pravitatis, quavis authoritate, & poteſtate, dominio, viſitatione, reformatione, correctione, & inquiſitione; ita quod in dictam Congregationem, vel ejus ſingulares perſonas, ſeu Benefactores, occaſione beneficiorum eiſdem collatorum ab eis, aut quia ſubditi eorum cum eiſdem Canonicis converſentur, ſeu ab ipſis recipiant abſolutionis, & Euchariſtiæ Sacramentum, necnon Monaſteria Prioratus, loca, & perſonas in eis degentes, ratione delicti, exceſſus, ſeu contractus, aut rei de qua agitur, ubicunque ineatur contractus, committatur delictum, aut res ipſa conſiſtat, excommunicationis, ſuſpentionis, & interdicti, aut alias quasvis ſententias; niſi de ſpeciali Sedis prædictæ commiſſione, quomodolibet directè, vel indirectè proferre, aut promulgare non poſſint, prorſùs eximimimus, & totaliter liberamus.

Exemptio notabilis.

Eaque, & eorum quodlibet, in Jus, et proprietatem Beati Petri, ac Sedis ejuſdem, & ſub eorum ſpeciali protectione, atque noſtra ſuſcipimus, ita quod de cætero dicta Congregatio cùm Monaſteriis, membris, et Eccleſiis, locis, perſonis, et juribus ſuis ſupraſcriptis, et aliis quibuſcunque, eidem Sedi immediatè ſubjecta exiſtant, et eſſe cenſeantur.

Quod ſi Lagati, Subdelegati, aut Ordinarii, ſeu aliæ perſonæ prædictæ, contra exemptionem, et liberationem noſtras prædictas, quicquam attentare quomodocunque præſumpſerint, ac requiſiti vigore præſentium per ipſius Congregationis Prælatos, vel Canonicos, infrà tres dies à die requiſitionis hujuſmodi non deſtiterint, excommunicationis ſententiæ ipſo facto noverint ſe ſubjectos, et nihilominùs, quod aliter actum fuerit eo ipſo ſit irritum, et inane, nulliusque roboris, vel momenti. Decernentes ex nunc, omnes, et ſingulos proceſſus, ac excommunicationis, ſeu ſuſpenſionis, et interdicti ſententias, cenſuras, et pœnas, quas, et quicquid contra Congregationem, ſeu illius Canonicos, perſonas, Monaſteria, Eccleſias, et loca hujuſmodi haberi, et fieri contigerit, ſeu etiam promulgari, irritos, et inanes, nulliusque roboris vel momenti eſſe, ac pro nullis, et infectis haberi debere, etiam exemptione Coogregationis hujuſmodi, quam tanquàm notoriam, et manifeſtam haberi volumus, non aliter allegata, ſeu aliter de ea mentione facta.

Excommunicatio in contumaces

Nulli quoque Reges, Principes, Duces, Marchiones, Barones, Milites, Nobiles, Laici, Communitates, Univerſitates, Magiſtratus, Rectores, & Officiales Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, & Diœceſum quarumcumque Monaſteriis,

Prio-

Prioratibus, Locis, Cappellis, Eccleſiis, Manualibus, Grangiis, Caſtris, Poſſeſſionibus, & bonis, necnon Prælatis, & Canonicis, Monialibus, ſive Sororibus, ac perſonis ipſius Congregationis, Gabellas, Talias, Datia, Collectas, etiam pro Pontium refectionibus, aut viarum reparationibus, aliavè onera, ſeu gravamina inferre, indicere, vel imponere, aut indicta, & impoſita exigere ſub excommunicationis, & maledictionis æternæ pœnis, quas Principes, Duces, Marchiones, Barones, Milites, Laici, Communitates, Univerſitates, Magiſtratus, Rectores, & Officiales prædicti [niſi præſentium habita notitia prorſus deſtiterint] ipſi facto incurrant, audeant, vel præſumant.

Nec aliquid ex dictæ Congregationis, & earum Monialium, ſiue Sororum, ac Monaſteriis, Prioratibus, Grangiis, membris, manualibus, & locis prædictis, ad dandum, ſeu ſolvendum aliquam canonicam portionem, ſive decimas, aut quicquam aliud, quod eorum loco ſolvi conſuevit, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Capitulis, Parochianis, Collegiis, Univerſitatibus, Communitatibus, & fabricis, & aliis quibuſcunque perſonis, de jure, vel conſuetudine, aut ſtatutis, vel privilegiis quibuſcunque, ex quacunque cauſa hactenus ab eis forſan debita, ſeu quæ deberi prætenderetur quomodolibet in futurum, etiam de relictis, donatis, & legatis tàm in ultimis voluntatibus, quàm etiam inter vivos, ſeù aliàs quacunque occaſione conceſſis, & concedendis, etiamſi fortè per nos, vel Sedem prædictam de legatis piè diſpoſitis, & relictis in genere, vel in ſpecie, decima, vel alia portio, ſeu quota alteri piæ, vel non piæ rei, ex quavis cauſa hactenus, & præſertim Eccleſię S. Petronii Civitatis noſtræ Bononienſis conceſſa fuiſſent, aut in futurum concedi, ſeu ſolvi, aut dari, mandari contigerit, quomodolibet teneantur; decernentes Congregationem, & Canonicos hujuſmodi, ac Moniales, ſive Sorores, & prædictas perſonas Oblatas utriuſque ſexus, & illorum Eccleſias, Monaſteria, & loca, & eis legata, atque relicta, aut aliàs in eorum favorem diſpoſita, in conceſſionibus, & mandatis hujuſmodi includi, ſeù compræhendi non debere.

Diſtrictiùs inhibentes Ordinariis locorum ſub interdicti Eccleſiæ ingreſſus, & ſuſpenſionis à Divinis, ac regiminis, & adminiſtrationis Eccleſiarum ſuarum, Rectoribus verò Parochialium Eccleſiarum, & quibuſvis aliis perſonis ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & privationis earundem Parochialium Eccleſiarum, ac omnium aliorum beneficiorum Eccclesiaſticorum, quæ obtinent, necnon inhabilitationis ad illa, & alia in poſterum obtinenda pœnis, quas ſcienter contrafacientes ipſo facto incurrant, ne Ordinem, & Congregationem S. Salvatoris Canonicorum Regularium hujuſmodi, ac illius Canonicos, Eccleſias, Monaſteria, & loca prædicta, ac Moniales, ſive Sorores, & Oblatas perſonas prædictas utriuſque ſexus, præter, & contra tenorem, ac formam huius præſentis noſtri indulti, & aliarum conceſſionem (ut præmittitur) Congregationi S. Salvatoris prædictorum Canonicorum Regularium, ſeu Eccleſiis, Monaſteriis, & membris, ac locis ſuis, Monialibus, ſive Sororibus, & Oblatis perſonis prædictis factarum, quoquomodo inquietare, nec eos aut Teſtamentorum, & ultimarum voluntatum executores, aut teſtantium hæredes, ſeu quoſcunque alios, directè, vel indirectè, ad ſolutionem alicujus quartæ Parochialis, ſeu Canonicæ, vel alterius portionis ſive oneris, compellere quoquomodo (ut pręfertur) præſumant.

Sed ipſa Monaſteria, Prioratus, loca, manualia, Grangiæ, poſſeſſiones, & bona, ac Prælati, Canonici, Moniales, ſive Sorores, & oblatæ perſonæ Congregationis ejuſdem S. Salvatoris, ab omni impoſitione, exactione, collecta, decima, charitativo ſubſidio, aut alio quocumque reali, ac perſonali, vel mixto onere, vel gravamine, quovis nomine cenſeatur, per Nos etiam, & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore indictis, necnon omnibus cenſibus, redditibus, & ſolutionibus, ratione ſubjectionis, aut Viſitationis quocunque jure, quibuſcunque Ordinariis, Capitulis, Collegiis, Congregationibus, Univerſitatibus, aut aliis quibuſcunque perſonis hactenus debitis, quæ nos eiſdem Congre-

gregationi, & Canonicis, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine gratioſè remittimus, & in futurum debendis, illorumque ſolutione, & præſtatione ſint, eſſeque debeant libera penitùs, & exempta, atque immunia; ita quòd ad illorum præſtationem, vel ſolutionem, per quoſcunque, & quarumvis etiam Apoſtolicarum literarum vigore, cogi, aut deſuper inquietari nequeant.

Similiter, ut ad præſtationem procurationum Legatorum, ſeu Nuntiorum dictæ Sedis, ſeu ad ſolutionem etiam decimarum, quas Papales appellant, & quas Sedes prædicta pro Chriſtianæ fidei defenſione, aut alijs imminentibus perſæpè neceſſitatibus imponit, minimè teneantur, dictoſque Canonicos, Moniales, ſive Sorores, & Oblatas perſonas ad hoc minimè obligatos declaramus, etiamſi per quoſcunque exemptos perſolvi mandarentur, cum quibusvis derogatoriis, & fortioribus clauſulis, nec eos ab eorum ſolutione ceſſando cenſuras, & pœnas incurrere; niſi præſentibus de verbo ad verbum, & earum toto tenore inſerto, & non per generales clauſulas ſpecialiter, & expreſsè derogetur, & de ipſis omnimoda, & individua mentio fiat.

Nulluſque ab eiſdem de quibuſcunque poſſeſſionibus ubilibet conſtitutis, quæ in præſenti ſunt, vel in futurum erunt Monaſteriorum, Prioratuum, & bonorum dictæ Congregationis S. Salvatoris, ac Monialium, ſive Sororum, & Oblatarum perſonarum hujuſmodi utriuſque ſexus, quæ illius Prælati, Canonici, Moniales, ſive Sorores, & dictæ perſonæ oblatæ colunt, ſeu coli faciunt, & in futurum colent, ſeu coli facient ex hortis, virgultis, piſcationibus, vel de nutrimentis animalium primitias, decimas, quartelia, aut quocunque nomine nuncupata alia Jura, exigere vel extorquere præſumat, nec ipſi illa cuiquam ſolvere ſint aſtricti. *Decimarum, ac primitiarum abſolutio*

Præterea quaſcumque poſſeſſiones, bona, jura, & juriſdictiones ad ipſa Monaſteria, loca, Eccleſias, Capellas, Oratoria, & Hoſpitalia tàm præſentia, & futura ipſius Congregationis, & ejus Monialium, ſivè Sororum, ſeu Oblatorum perſonarum, in quibuſcumque Mundi partibus conſtituta, & pertinentia, quarum nomina, & cognomina hic haberi volumus pro expreſſis, quæ in præſentiarum Canonici, Moniales, ſivè Sorores, & Oblatæ perſonæ utriuſque ſexus hujuſmodi Congregationis juſtè, & canonicè poſſident, & in futurum Pontificum conceſſione, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, vel aliis juſtis modis præſtante domino poterunt adipiſci ipſis Monaſteriis, Capellis, & Oratoriis, Hoſpitalibus præſentibus, & futuris firma, rata, & illibata ſervari volumus: decernentes, ut nulli omninò hominum liceat præfata Monaſteria, ſivè loca (ut præfertur) exempta, res, & bona mobilia, & immobilia, poſſeſſiones, domos, molendina, aquas, piſcarias, jura, juriſdictiones temerè perturbare, aut illa, ſeu illorum aliquod auferre, vel ablata retinere, occupare, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, quod ſi aliqua Eccleſiaſtica, Secularisvè perſona cujuſcumque gradus, vel conditionis exiſtat, etiamſi Pontificali dignitate præfulgeat, contra hoc noſtræ exemptionis, liberationis, decreti, conceſſionis, defenſionis, conſervationis, & libertatis indultum venire, dicta bona, jura, juriſdictiones, exemptiones, & indulta, vel aliquid eorum violando, occupando, turbando, vel diminuendo, ſeu indebitè fatigare præſumpſerit, nec facta ei notitia de hujuſmodi noſtro Indulto infra tres dies ſe correxerit, aut idoneam cautionem de ſatisfaciendo præſtiterit, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrat, à qua niſi dicta ſatisfactione præſtita, præterquàm in articulo mortis, & tunc de ſatisfaciendo per ſe, ſi ſupervixerit, aut per ſuos, vel ſucceſſores idoneos præſtita cautione, nequeat abſolutionis beneficium obtinere.

Volumus autem, quòd præfatæ Congregationis, & ejus Monialium, ſivè Sororum, ac Oblatarum perſonarum utriuſque ſexus Monaſteria, & Loca, hæreditates, legata, & fideicommiſſa per medias perſonas Canonicorum, Monialium, ſivè Sororum, & Oblatarum perſonarum hujuſmodi, aut aliàs qualitercumque ad ea delata bona mobilia, & immobilia, in quibuſcumque Civitatibus, & locis, quo- *Ius in ſecularia bona.*

vis

vis titulo acquirere, ipſique Canonici, Moniales, ſivè Sorores, & perſonæ illæ pro ſe, & eorum Monaſteriis petere, & exigere poſſint, undecumque, vel qualitercumque eis debeantur, & quæ petendi, & exigendi (ſi in ſæculo remanſiſſent) Jus haberent.

Nota.

Et contrà præfatæ Congregationis, ac illius Monialium, ſivè Sororum Monaſteria, loca, perſonas, & bona tàm in præteritis, quàm in futuris aliqua non currat præſcriptio, niſi poſt lapſum ſexaginta annorum.

Utque circa utilitatem, & commodum Monaſteriorum, Eccleſiarum, & locorum ſuorum hujuſmodi, ac illorum Jurium magis intendere valeant Capitulo generali Congregationis prædictæ, ac illius pro tempore Priori generali cum Viſitatoribus, per præſentes impartimur auctoritatem concedendi Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, & Capitulis Eccleſiarum, Monaſteriorum, & locorum ſuorum, ac præfatarum Monialium, ſivè Sororum, quarum curam gerunt, licentiam permutandi, ſeu alienandi quotiès opus fuerit, vel in Emphitheoſim, vel libellum, & affictum perpetuò, vel ad tempus quibusvis perſonis etiam ſecularibus, pro condecenti annuo canone, ſeu cenſu, quæcunque bona immobilia Congregationis prædictæ, ac illius Monaſteriorum, Eccleſiarum, & locorum, ſeu prædictarum Monialium, ſivè Sororum, pro ipſorum tamen evidenti utilitate.

Facultas loca ſuſcipiendi.

Concedimus inſuper Motu, ſcientia, & poteſtate prædictis, ut omnia, & quæcumque loca, domos, Eccleſias etiam Parochiales, & cujuſcumque Ordinis ſint, aut conditionis, Congregationi, & Canonicis prædictis per quoſcumque oblata appræhendere, & capere poſſint harum noſtrarum vigore, & abſque alia Sedis prædictæ conceſſione.

Necnon Priori generàli, Viſitatoribus, & aliis Abbatibus, Prioribus, & Prælatis præfatis, aut aliis per Congregationem hujuſmodi ad id pro tempore deputatis, in unionibus, annexionibus, incorporationibus, & reformationibus, ſeu receptionibus Monaſteriorum, Prioratuum, vel aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum pro ipſa Congregatione faciendis cum Prælatis, & perſonis Monaſteria, ſeu beneficia hujuſmodi per eos obtenta, in Congregationis hujuſmodi, ſeu alicujus illius particularis, Monaſterii commodum dimittere volentibus conventiones, & pacta, quæ illicita, & (quandò Apoſtolica confirmatione carerent) expreſsè prohibita cenſerentur inire, ac Monaſteria, Prioratus, & alia beneficia quæcumque, quæ hactenùs conditionibus, & pactis hujuſmodi intervenientibus acquiſierint retinere, ipſaque conventione, & pacta obſervare, abſque eo quod aliquam proptereà ſimoniæ labem incurrant, liberè, & licitè valeant.

Facultas paciſcendi in locorum ſuſceptione.

Monaſteria autem, & Prioratus, quæ nunc ſunt, & pro tempore erunt, etiam unita præfatæ Congregationi per Prælatos dumtaxàt ejuſdem Congregationis regantur, & gubernentur, & quotiès illa ubicumque, etiam apud Sedem prædictam, & qualitercumque vacare contigerit, etiamſi ſpeciales, vel generales de illorum proviſionibus, ſeu diſpoſitionibus per dictam Sedem reſervationes factæ fuerint, generale Capitulum, ſi tunc celebretur, alioquin generalis Prior, & Viſitatores, illos ex ejuſdem Congregationis Canonicis præſentibus, & futuris, etiam defectum Natalium ex quibusvis perſonis patientes, quos ad id idoneos fore crediderint, in Prælatos tunc vacantium Monaſteriorum, & Prioratuum hujuſmodi, aliàs ſecundùm conſuetudines, Conſtitutiones, Ordinationes, & ſtatuta prædictæ Congregationis eligere, ſeu nominare, & ad eorum nutum, & beneplacitum taliter electos, ſeu nominatos a regimine, & adminiſtratione dictorum Monaſteriorum, & Prioratuum, quibus tunc præfuerint, & quæ tunc proptereà vacare cenſeantur abſolvere, & amovere, præfatique ſic electi, & nominati, abſque alicujus dictæ Sedis, vel alterius proviſionis, ſeu diſpenſationis adminiculo, etiam præter hoc, quòd eis benedictionis munus impendatur, ipſis Monaſteriis, & Prioratibus, ad quæ ſic electi, vel nominati fuerint, præeſſe, & illa in ſpiritualibus, & temporalibus regere, & gubernare, & omnes actus ibidem exercere, & inſignia deferre, ac ſi munus hujuſmodi ſuſcepiſſent.

Etſi

Etſi contingat, ut unus ſic electus nominatus aliqua legitima cauſa abeſſet è Monaſterio & Prioratu, cui fuerit deputatus; ordinamus, quòd alteri ejus durante abſentia, commiſſa hujuſmodi adminiſtratione in ſpiritualibus, & temporalibus, juxtà eorum Conſtitutiones, & ſtatuta Prælato ipſi abſenti ſi fuerit opportunum, præfatæ Congregationis aliud Monaſterium in ſpiritualibus & tempotalibus auctoritate etiam Apoſtolica regendum, & gubernandum dictum Capitulum, ſeu pro tempore Prior generalis cum Viſitatoribus committere poſſit, & valeat.

Nec propterea ex Monaſteriis ipſis unum alteri cenſeatur eſſe ſubjectum, ſed eis in priſtina ſua libertate manentibus, ea neceſſitudinis adminiculo copulata, ſub felici dictæ Congregationis regimine ſibi uniformi Regularis Obſervantiæ greſſu invicem ſuffragenrur.

Nihil igitur ex dictis Monaſteriis, vel Prioratibus, aut aliis dictæ Congregationis locis per quaſcumque literas Apoſtolicas, etiam Motu ſimili, & cum reſervationibus, ac quibuscumque derogatoriis, per quas effectus præſentium quomodolibet impediri, vel differri poſſit clauſulis conceſſas hactenùs, & impoſterùm concedendas per aliquem de dicta Congregatione, vel extrà eam cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, ſeu conditionis, etiamſi Cardinalatus honore, aut Pontificali, vel alia quavis dignitate præfulgeat in Titulum, ſeu Commendam, aut adminiſtrationem, vel aliàs obtineri, ſeu ſi ſuper alicujus illorum fructibus, redditibus, et proventibus aliqua penſio reſervari, concedi, vel aſſignari, ſeu Jus ſibi deſuper acquiri, vel aliquis contra præſentium tenorem quovis quæſito colore, etiam prætextu quorumcumque conventorum, ſeu pactorum tanquàm ſimoniacorum quempiam de dicta Congregatione ſuper aliquo ex Monaſteriis, Prioratibus, et locis prædictis ratione Tituli, ſivè Commendæ, vel adminiſtrationis, aut penſionis hujuſmodi, vel aliàs imperere, ſeu moleſtare valeat.

Nullaque deinceps ex beneficiis Eccleſiaſticis cum cura, vel ſine cura ad collationem, vel proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem Abbatum, vel Priorum, ac Conventuum, Monaſteriorum, & aliorum locorum dictæ Congregationis communiter, vel diviſim pro tempore pertinentibus, etiam qualitercumque beneficia ipſa, & ubicunque, præterquam apud Sedem prædictam vacare contigerit; dummodò diſpenſationi Apoſtolicæ generaliter reſervata non fuerint, ſub gratiis, & expectativis, ut proviſionibus, ſeu aliis diſpoſitionibus dictæ Sedis, facultatibus, ſeu indultis de conferendis beneficiis Eccleſiaſticis vacantibus, vel vacaturis, quibusvis perſonis, cujuſcunque ſtatus, gradus, dignitatis, ordinis, vel conditionis fuerint, aut quavis etiam dignitate Pontificali præfulgeant, ab eadem Sede quomodolibet conceſſis, & in antea concedendis, quomodolibet cadant, ſeu compræhendantur, ſed ipſorum beneficiorum collatio, proviſio, præſentatio, ſeu electio, & diſpoſitio illorum occurrente vacatione, præmiſſis non obſtantibus, & Abbates, Priores, & Conventus præfatos liberè, & abſque aliquo etiam præfatæ Sedis præventionis impedimento pertineant, & ſpectent, ac beneficiis ipſis nullus alium, quàm Abbates, ſeu Priores, & Conventus prædicti quarumcumque facultatum, & indultorum ſibi à Sede, vel Legatis præfatis qualitercumque, & ſub quibuſvis verborum formis, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, etiam Motu ſimili conceſſorum, & concedendorum vigore, vel prætextu diſponere valeat quoquomodo, ac omnes, & ſingulæ gratiæ, expectativæ, & acceptationes, proviſiones, diſpoſitiones, collationes, & literæ Sedis prædictæ, & illius Legatorum hujuſmodi, facultateſque, & indulta ſuper collationibus beneficiorum Eccleſiaſticorum vacantium, ſeu vacaturorum quibusvis etiam [ut præfertur] qualificatis perſonis, & cum prædictis clauſulis pro tempore habiti, etiam excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliaſque Eccleſiaſticas ſententias, cenſuras, & pœnas in ſe continentes, quoad beneficia, ad collationem, proviſionem rpræſentarionem, electionem, aut aliam diſpoſitionem Abbatum, & Priorum, ac Conventuum prædictorum reſpectivè

Digitized by Google

ſpectantia hujuſmodi, ac totum id quicquid in contrarium à quoquam quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, omni prorſus careant firmitate.

Sed neque per quaſcunque revocationes, caſſationes, ſeu annullationes quarumcunque vnionum, annexionum, incorporationum, & appropriationum de quibusvis Monaſteriis, Prioratibus, Eccleſiis, ſive locis Eccleſiaſticis per Nos, ſeu ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices, aut eorum aliquem in genere, vel in ſpecie, ſub quibuſvis verborum formis, vel expreſſionibus de cætero forſan faciendis, nullum dictæ Congregationi ſuper unionibus, incorporationibus, appropriationibus, & innovationibus, & innovationibus quorumcunque Monaſteriorum, Eccleſiarum, Prioratuum, aut aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, per Nos, & Sedem prædictam Congregationi, vel in ejus favorem faciendis in præjudicium inferatur; ſed illæ omnes etiam poſt revocationes, caſſationes, & annullationes prædictas, in ſuo robore inconcuſſæ perſiſtant in omnibus, & per omnia, ac ſi quoad eas, & ipſarum ſingulas aliqua revocatio, annullatio, & caſſatio nullatenus emanaſſent, niſi dum, & quando ipſæ ſuper unionibus, conceſſionibus, & appropriationibus, ſeu donationibus confectæ literæ in revocationum, caſſationum, & annullationum, Literis, Conſtitutionibus hujuſmodi de verbo ad verbum insererentur, ac in eis ſpecialis, expreſſa, & individua de ipſis Monaſteriis, & locis, ac Congregatio mentio fieret, necnon irritum, & inane totum, & quicquid in contrarium quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Necnon, quòd deinceps per quaſcunque revocatorias, ſeu alias Apoſtolicas conceſſiones, vel literas, quibuſcunque verborum formis aut tenoribus, vel clauſulis derogatoriis, etiam ſi illæ Motu, & ſcientia ſimilibus emanaverint: nulla ex prædictis conceſſis, & quæ eidem Congregationi pro tempore concedentur, exemptionibus, & immunitatibus, gratiis, indultis, privilegiis, & conceſſionibus quomodolibet revocari, caſſari, vel annullari, ſeu ipſis, vel ipſorum, ſeu quibuſvis in eis contentis particulis, & clauſulis derogari valeat, niſi in derogatoriis, vel aliis literis, ſeu caſſationibus hujuſmodi illa, vel illæ ex literis, quæ revocari, aut caſſari, ſeu annullari viderentur, aut cui, vel quibus derogari appareret, eorumque totus tenor de verbo ad verbum integrè inſererentur, & de omnibus, & ſingulis Congregationis hujuſmodi Monaſteriis nominatim ſpecifica mentio fiat, ac in eiſdem revocatoriis, caſſatoriis, vel aliis literis manifeſtè, & expreſsè appareat, quod Romanus Pontifex privilegiis, indultis, & literis, de quibus tunc actum fuerit, voluerit, ſpecialiter derogare, vel illa revocare, aut caſſare, ſeu annullare, & tunc demùm urgens, ſufficiens, & rationabilis, per quam derogatio, revocatio, caſſatio, vel annullatio ipſa merito fieri debeat, cauſa exprimatur: aliàs derogationes, revocationes, caſſationes, irritationes, & annullationes, & quæcunque exindè ſubſecuta nullius ſint roboris, vel momenti; ipſis conceſſis literis, privilegiis, indultis, gratiis, exemptionibus, & libertatibus in ſuo priſtino plenario, atque integro robore duraturis.

Et ſi quando per aliquem, aut plures actus contra ea, aut ipſorum aliquod, à quocunque cujuſcunque conditionis, dignitatis, gradus, aut ſtatus fuerit, ex negligentia, vel ignorantia præſentium, quibus hæc conceduntur, aut alia quavis cauſa, ſcienter vel ignoranter attentari, vel pro tempore obſervari contingat, nullum tamen propterea exemptionibus, immuntiatibus, libertatibus, gratiis, indultis, & privilegiis hujuſmodi præjudicium generetur; ſed ea omnia, & ſingula in ſuis robore, & firmitate permaneant.

Præterea ſtatuimus, & decernimus, quòd univerſæ, & ſingulæ perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica ubilibet conſtitutæ, & aliàs de jure communi habiles, & idoneæ ad cauſas audiendas, cum aliquæ ex eiſdem perſonis pro parte ejuſdem Congregationis Sancti Salvatoris, ſeu Prioris generalis, aut aliorum ex Congregatione hujuſmodi, ad quos ſpectabit, fuerint requiſitæ per ſe, vel alium, ſeu alios, præmiſſa ubi, & quando opus fuerit, publicare, ac eidem Congregationi, & Canoni-

nonicis, illorumque Eccleſiis, & Monaſteriis, membris locisque prædictis in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtant, ac faciant Congregationem ipſam, illiuſque Canonicos, Moniales, ſive ſorores, & perſonas, ac eorum Monaſteria, loca, & bona quæcunque, pacifica poſſeſſione vel quaſi, privilegiorum, & conceſſionum hujuſmodi liberè gaudere, & non permittant eos, ſeu teſtamentorum executores, & hæredes prædictos, contra illorum tenores, per Ordinarios, & Rectores Parochialium Eccleſiarum prędictos, ſeu alios quoſcunque indebitè moleſtari, aut eis gravamina, injurias, atque damna inferri, ſeu quomodolibet irrogari; quinimò dictæ Congregationi, ac illius Canonicis prædictis in quibuscunque caſibus, ſeu cauſis tàm Eccleſiaſticis, quàm profanis, per eos coram dictis perſonis contra quaſcunque alias perſonas cujuscunque qualitatis, conditionis, gradus, Ordinis, dignitatis, nobilitatis, præeminentiæ, & ſtatus fuerint, etiam quacunque mundana, vel Eccleſiaſtica, aut Patriarchali præfulgeant dignitate, ſeu exemptione monendis ſummariè, & de plano, ac ſine ſtrepitu, ac figura judicii, ſola facti veritate inſpecta, authoritate Apoſtolica miniſtrent juſtitiæ complementum, denuntientque palàm, & publicè omnes, & ſingulos excommunicatos, quos eis conſtiterint cenſuras, & alias pœnas incurriſſe: ac faciant eos ab omnibus arctius evitari, & ubique pro excommunicatis, ſuſpenſis, & interdictis nuntiari, & legitimis deſuper factis proceſſibus, illos quotiès opus fuerit, iteratis vicibus aggravent, ſeu aggravari procurent, contradictores quoslibet per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad præmiſſa, ſeu aliquod eorum, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, ſuper quibus omnibus eis facultatem concedimus per præſentes.

Volumus autem, quòd univerſæ, & ſingulæ perſonæ, quibus cauſę authoritate literarum Apoſtolicarum delegari poſſent, dum, & quotiens pro parte Prioris generalis, & aliorum Abbatum, Priorum, & Conventuum, ac Canonicorum, aut Monialium, ſeu ſororum, ac perſonarum Congregationis hujuſmodi, vel alicujus eorum fuerint legitimè requiſiti, ad executionem quarumcunque literarum dictæ Sedis conſervatoriarum nuncupatarum, ac præmiſſarum præfatæ Congregationi, vel ejus Monaſteriis Prioratibus, membris, Abbatibus, Prioribus, & Conventibus, aut Monialibus, ſeu ſororibus, et perſonis contra illis inferentes moleſtias, iniurias, gravamina, atque damna conceſſarum hactenus, et in poſterum concedendarum perpetuis futuris temporibus, procedant per ſe, vel alios, aliàs iuxta earundem conſervatoriarum literarum continentiam, atque formam, in omnibus, et per omnia, perinde ac ſi ipſæ conſervatoriæ literæ eis à principio directę, eiſque, ut quamvis aliàs conſervatores eſſe non poſſent, illas exequerentur, expreſsè mandatum, et ſuper hoc conceſſa facultas fuiſſet.

Non obſtantibus Natalium defectu, ac Pictavenſis Concilii, et pię memorię Innocentii IIII. circa exemptos editę, quę incipit *Volentes*: et Martini V. necnon Bonifacii VIII. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, quibus cavetur, nè quis extra ſuam Civitatem, et Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, et in illis ultrà unam dietam à fine ſue Diœceſis ad iudicium evocetur, ſeu ne iudices à Sede prędicta deputati, extra Civitatem, et Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere præſumant, et de duabus dietis in Concilio generali, necnon quę incipiunt *Super Cathedra*. eiuſdem Bonifacii Papę, et *Dudum* Vinnenſis Concilii, ac piæ memorię Calliſti Papę etiam prędeceſſoris noſtris, et aliis literis, Conſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolicis, etiam quorumcunque aliorum Pontificum ſimiliter prędeceſſorum noſtrorum, vel etiam in provincialibus, et ſynodalibus Conciliis editis, necnon ſpecialibus, vel generalibus Eccleſiarum, Monaſteriorum, Prioratuum, et aliorum Regularium locorum etiam dictę Congregationi unitorum, & illorum, ac prædictorum, et quorum ipſa unita Monaſteria, Prioratus, et loca extiterint Ordinum, et inter quoſcumque ejuſdem Congregationis S. Salvatoris Canonicos, ac locorum Ordinarios, ſeu Rectores prædictos initis, et concluſis,

 ac

ac hactenùs obſervatis pactis , et conventionibus, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtaturis, et conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, et litteris Apoſtolicis quibusvis Communitatibus, Univerſitatibus, Collegiis, Eccleſiis, Monaſteriis, Ordinibus, et aliis locis, Capitulis, Conventibus, et perſonis etiam Motu, et ſcientia ſimilibus, et cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, efficacioribus, et inſolitis clauſulis, irritantibuſque decretis conceſſis hactenùs, et impoſterùm concedendis, aut ſi Patriarchis, Epiſcopis, et Rectoribus præfatis, vel quibuſvis aliis conjunctim, vel diviſim à Sede præfata indultum exiſtat, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut ultrà, vel extrà certa loca ad judicium evocari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, et expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem, et qualibet alia dictæ Sedis Indulgentia generali, vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expræſſam, vel totaliter non inſertam, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, quibus omnibus etiam ſi pro eorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, eorum tenores, etiamſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permauſuris, hac vice dumtaxàt eiſdem Motu, & ſcientia, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, necnon omnibus illis, quæ præfati prædeceſſores in ſingulis per eos Congregationi hujuſmodi conceſſis litteris voluerunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Et quià difficilè foret præſentes litteras ad ſingulas Provincias, & loca opportuna, ubi neceſſe foret, deſtinare, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quòd tranſumptis earum manu Notarii publici ſubſcriptis, & alicujus Archiepiſcopalis, vel Epiſcopalis, ſeu alterius Curiæ Eccleſiaſticæ ſigillo munitis, ea prorsùs in judicio, & extrà ubicumque exhibita, vel oſtenſa erunt, fides adhibeatur, ac ſi ipſæ originales literæ forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominnm liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, innovationis, conſtitutionis, extenſionis, ſanctionis, declarationis, mandati, advocationis, extinctionis, liberationis, exemptionis, ſuſceptionis, adjectionis, nominationis, ſtatuti, ordinationis, conceſſionis, indulti, impartionis, elargitionis, inhibitionis, remiſſionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1512. IV. nonas Aprilis Pontificatus noſtri Anno IX.

Litterę Sanctiſſimi Domini noſtri Leonis Papæ X. Quibus conceſſiones in detrimentum Congregationis Lateranen. factas abrogat.

Dilecto filio Rectori generali Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini Congregationis Lateranen. Leo Papa X.

Dilecte Fili. Salutem, et Apoſtolicam benedictionem. Cùm aliàs tàm per nos, quàm etiam per alios Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros, nonnullis Canonicis Ordinis S. Auguſtini, ut Confeſſori, quem maluerint eligere, ac pecunias privatim retinere, et illis frui poſſent, & quod non arctarentur ad jejunandum juxtà Inſtituta tui Ordinis Canonici Regularis S. Auguſtini Congregationis Lateranenſis, quodq; etiam ſine Superioris ſcientia in domibus parentum, et propinquorum ſuorum comedere, ac Monaſteria Monialium viſitare conceſſum fuerit, tamquàm ab obſervantia, et Regularibus Inſtitutis Congregationis, et Ordinis prędictorum penitùs aliena in Animarum periculum, malumque exemplum, et ſcandalum plurimorum cedere dignoſcantur. Nos cupientes propterea, præmiſſis pro debito paſtoralis officii oppor-

opportunè providere, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, omnes, et ſingulas conceſſiones, immunitates, et Indulta hujuſmodi Canonicis, et Prælatis dictæ Congregationis per Nos, et prædeceſſores noſtros, etiam ex motu proprio, et ex certa ſcientia, ac cum quibuſvis clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, fortioribuſque, et inſolitis decretis, etiam ex quacumque cauſa facta, et facienda, et conceſſa, et concedenda impoſterùm, et litteras hactenùs deſuper emanatas, vel impoſterùm emanandas, niſi caveatur in illis, quòd ad id dilectorum filiorum Capituli generalis dictæ Congregationis aſſenſus, & ſcientia accederet, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium caſſamus, revocamus, & annullamus, ac pro nullis, & infectis haberi volumus: decernentes irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoque, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari, ac perſonis, quibus hujuſmodi conceſſiones factæ fuerunt, & forsàn fierent inpoſterùm, nè illis quovis modo uti de cætero præſumant. Etſi quæ pecuniæ adhuc in eorum manibus, ſeu poteſtate reſtareut, eas Capitulo, ſivè Superioribus ſuis denuncient, & jejunia juxtà mores Ordinis ſubire, & ſervare teneantur. Nevè inpoſterùm Confeſſorem præter, aut contrà Inſtituta dicti Ordinis ſibi eligere, aut pecunias ampliùs privatim ſine ſcientia Superiorum retinere poſſint. Et ut a comeſſationibus extra Clauſtra Monaſteriorum abſque Superioris licentia, & ingreſſu Monaſteriorum Monialium ſub pœnis, & ordinationibus veſtris contentis penitùs abſtinere teneantur quibuſcumque contrariis non obſtantibus. Et nihilominùs tibi, ut illos tui Ordinis, qui Monaſteriis, aut aliis locis veſtris aliquid ſubtraxerint, ſeu homicidia, aut alia delicta perpetraverint per te ipſum, ac alios Prælatos, Viſitatores, Officiales per Capitulum generale pro tempore deputandos, citra pœnam ſanguinis, invocato etiam ad id ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis puniendi, licentiam, & facultatem, tenore pręſentium concedimus; non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis, conſuetudinibus dicti Ordinis, quavis firmitate roboratis, conceſſionibuſque, & Indultis pet Nos, & Sedem prædictam forſan conceſſis, litteriſque Apoſtolicis, motu etiam, & ſcientia ſimilibus, cęteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque.

Datum Romæ apud S.Petrum Petrum ſub Anulo Piſcatoris xix. Martii 1516 Pontificatus noſtri Anno IV.

F. Caſtilioneus.

Bulla Sanctiſſimi Domini noſtri Leonis Papæ X. Qua Eccleſia, & Canonia S. Frigdiani Lucenſis, cum annexis, Congregationis Salvatoris Lateranenſis aggregatur, atque incorporatur conditionibus quibuſdam adjectis.

LEO Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ex ſupernæ Majeſtatis providentia, Romanus Pontifex in ſupremæ militantis Eccleſiæ ſpecula conſtitutus, circa Eccleſiarum Monaſteriorum, & aliorum Religioſorum locorum ſuæ Curæ commiſſorum profectum, & ſtatum proſperè dirigendum, & ut in eis Divinus Cultus augeatur, ſacraque Religio propagetur, prout ex debito Paſtoralis officii ſibi commiſſi incumbit, ſolerter proſpicit, & intendit, ac perſonarum Religioſarum inibi ſub ſuavi Religionis jugo Divinis Laudibus inſiſtentium, præſertim ex quarum præclaris operibus, exemplarique vita, in agro Domini fructus uberes producuntur, commoditatibus opportunè conſulit, prout cauſę rationabiles ſuadent, & id in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Dudùm ſiquidèm omnes Prioratus, cæteraque beneficia Eccleſiaſtica cum Cura, & ſine Cura, ſecularia, & quorumvis Ordinum Regularia, apud Sedem Apoſtolicam tunc vacantia, & in antea vacatura collationem, diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, dece-

nentes

Digitized by Google

nentes ex tunc irritum inane, ſi ſecùs ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque poſtmodùm Prioratus Monaſterii per Priorem ſoliti gubernari, S. Frigdiani Lucan. Ordinis S. Auguſtini, per Gerardi Franciſci de Cagnolis nuper dicti Monaſterii Prioris Generalis nuncupati, eum conſenſu dilectorum filiorum Canonicorum, & Conventus ejuſdem Monaſterii, & S. Frigdiani de Sachis Bononien. per ſe ipſum, Jo. Antonii de Palanzano, & S. Salvatoris in Muſtolio, per Leonardi de Burgis muratis Lucanen. Benedicti Baptiſtæ, & S. Quirici, & Julitæ de Terra Caſii, Deodati de Lucheſinis, & Sanctorum Stephani, & Laurentii de Caſio, Philippi Blaſii, & S. Andreæ de Cararia, Martini de Caſtigliono, & S. Bartholomei de Colonatu, Franciſci de Virguleta, & S. Petri de Aventia, Blaſii Antonii de Mutina, & S. Michaelis de Gragnana, Matthei Franchi de Sancto Terentio, et Beatę Mariæ Magdalenæ de Caſtro Franco Parochiales Eccleſię, Prioratus nuncupatæ, Bonon. Lunenſis Sarzauen. et Lucanen. Diœceſis, Marci de Valerano dilectorum filiorum pręfati Monaſterii Canonicorum, liberas reſignationes de illis, quas tunc reſpectivè obtinebant. Per dilectum filium dictum Jo. Antonium, et Jo. de Burlamachis Laicum Lucanen. eorum Procuratores, ad hoc ab eis ſpecialiter conſtitutos in manibus noſtris ſpontè factas, et per nos admiſſas apud Sedem eundem vacaverint, et vacent ad præſens, nulluſque de illis, pręter nos hac vice diſponere potuerit, ſivè poſſit, reſervatione, et decreto obſiſtentibus ſupradictis. Et ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Franciſci Placentini moderni Rectoris Generalis, et Joannis Jacobi Cremonen. Viſitatoris, ac Sereni Patavini Procuratoris Generalis Congregationis Lateranen. Canonicorum Regularium dicti Ordinis Congregationis, et Conventus huiuſmodi petitio continebat, ſi Prioratus, et Parochiales Eccleſię prędicti, dictæ Congregationi, ita quod Monaſterium hujuſmodi per unum Priorem annualem a d. Congregatione pro tempore deputandum, aliàs juxtà ejuſdem Congregationis ritus, mores, et regularia Inſtituta teneretur, regeretur, et gubernaretur, perpetuò unirentur, annecterentur, et incorporarentur, ex hoc profectò in dicto Monaſterio, Divinus Cultus, Religionis zelus, & Regularis diſciplina, ac Obſervantia votiva incrementum ſuſciperent; ipſumque Monaſterium, & Prioratus, in temporalibus, & ſpiritualibus ſalubriter regeretur, & gubernaretur. Congregationique præfatæ pro oneribus illi pro tempore incumbentibus ſupportandis, non parùm conſuleretur. Quarè pro parte Rectoris, Viſitatoris, Procuratoris, Congregationis, & Conventus prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Prioratum, & Eccleſias Parochiales præfatas, dictæ Congregationi perpetuò unire, annectere, & incorporare; necnon quod dicta Congregatio ad ipſius Gerardi vitam, computatis modernis dicti Monaſterii Sancti Frigdiani, & ipſius Congregationis Canonicis, in dicto Monaſterio Sancti Frigdiani, Sacerdotes treſdecim, Clericos ſex, & ipſo Gerardo defuncto, eoſdem Monaſterii Sancti Frigdiani computando, & loco illorum recedentium, vel decedentium alios ſobrogando, uſque ad numerum Canonicorum viginti octo, ex Canonicis ipſius Congregationis, quorumdecem & octo in Sacerdotio conſtituti, & decem Clerici, in perpetuum in dicto Monaſterio continuam reſidentiam faciant, & dic noctuque in Eccleſia ejuſdem deſerviant; ita quod idem numerus viginti octo manuteri debeat, per quos inibi feſtivis ultra majorem ſolemniter decantandam, quindecim, & non feſtivis diebus duodecim Miſſæ, Veſpere, & alia Divina Officia ſecundùm conſuetudinem hactenus obſervatam celebrentur. Predicatoreſque, qui in Eccleſia ejuſdem Prioratus Quadrageſimali tempore, & Adventus Domini, populo ad hoc convenienti, verbum Dei prædicent habere, & domum Prioralem ejuſdem Monaſterii fabricari inceptam, juxta modellum ſive formam fabricæ deſignatam, infra quadriennium perficere, & computatis exponendis in perfectione hujuſmodi edificiorum ejuſdem Monaſterii, uſque ad duo millia ducatorum auri in auro, infra annos viginti exponere, & alias quæcumque tam ordinaria, quàm extraordinaria, nunc, & pro tempore

pore dicto Monaſterio incumbentia onera ſupportare, necnon unum ex Canonicis ipſius Congregationis, qui curam, & adminiſtrationem tàm familiæ, quàm Conventus dicti Monaſterii S. Frigdiani, omniaque, & ſingula circa adminiſtrationem præfatam pertinentia, cum conſilio, & de conſenſu ipſius Getardi habeat, necnon alium ex Canonicis dictæ Congregationis, qui curam omnium, & ſingulorum fructuum, redituum, & proventuum Monaſterii huiuſmodi, tàm emendo, quàm vendendo, aliaque faciendo, & exercendo, quæ tàm de iure, quàm de conſuetudine, ad hoc pertinere noſcuntur, ad effectum, ut fructum huiuſmodi converti poſſint per Congregationem præfatam, in ſolutionem, & ſatisfactionem nonnullarum penſionum, tàm dicto Getardo, quàm nonnullis Canonicis Monaſterii huiuſmodi, ſuper frnctibus, reditibus, & proventibus illius, & certorum aliorum Monaſteriorum dictæ Congregationis tunc expreſſorum, ac Eccleſiæ Sanctorum Quirici, & Julitæ præfatæ, pet dictam Congregationem annis ſingulis perſolvendarum, hodie per Nos reſervati, conſtitui, & aſſignari, conceſſarum reſpectivè, & aliorum vſuum, & neceſſitatum dictæ Congregationis deputare. Ita tamen, quòd dicta Congregatio, vel aliquis ex illius Canonicis, Salanos, ſeu affictabiles, proprietatum ejuſdem Monaſterii ammovere, vel eoſdem Salanos, vel affictabiles expellere, ſeu de novo ponere, aut deputare, & conſtituere non poſſit, ſine participatione dicti Gerardi, ac ipſa Congregatio pro viribus, introitus, ac jura, & juriſdictiones ipſius Monaſterii, illiuſque Parochiæ, contra quoſcumque, ipſius Congregationis expenſis defendere, ac ejuſdem Monaſterii S. Frigdiani Canonicis infirmis in Monaſterio hujuſmodi reſidentibus, de ſervitoribus, cibis covenientibus, & Medicis providere teneantur. Quodqne tàm moderni Monaſterii S. Frigdiani, quàm ejuſdem Congregationis Canonici in Monaſterio hujuſmodi reſidentes, in Habitu proprio abſque capino, etiam in Eccleſia, Choro, Refectorio, in Capitulo, ac aliis locis publicis dicti Monaſterii, & extra Monaſterium quando proceſſionaliter incedent, cum ſuperpellieeo ſeu cotta, & Caputio ſupra cappas ſeu mantellos, in Ordine Clericali, (cum etiam in aliis litteris Apoſtolicis expreſſum fuerit, quod aſſentialiter ſint Clerici, & illis ſe conforment) incedere. Necnon Priores, in dicto Monaſterio poſt obitum ipſius Gerardi per dictám Congregationem pro tempore deputandi, quamdiu ibidem reſederint, illum quem dictus Gerardus, & alii ejuſdem Monaſterii Priores prædeceſſores habitum geſtare conſueverunt; videlicet Cappam ſue mantellum Epiſcopalem cum Caputio geſtare debeant, Annuloque, Baculo, & Mitra Pontificalibus, ſolitis, diebus celebrando, etiam populo benedicendo, ut prædeceſſores hujuſmodi uti poſſint. Quodque tam Monaſterii S. Frigdiani, quàm ejuſdem Congregationis Canonici, tam in Monaſterio prædicto, quam in ſuis Eccleſiiis ac extra, et in qnocunque loco, et actu, Orddinem ſuæ profeſſionis iu præcedendo ſervare, ac ſi omnes in dicta Congregatione profeſſi eſſent, Canonicique Monaſterii Sancti Frigdiani prædicti, tam in illo, quàm extra exiſtentes, quibus dictas penſiones reſervari conceſſimus, & illas percipientes, tempote quo in Civitate Lncana prædicta, de licentia ipſius Gerardi commorabuntur, & habitabunt, niſi legittimo impedimento impediti fuerint, vel licentiam ab ipſo Gerardo habuerint, Miſſas, & alia Divina Officia, inibi ſecundùm ordinem tabulæ celebrare, & in Civitate præfata Beneficiati diebus feſtivis, Miſſis majoribus, ac Veſperis intereſſe debeant, ſtatuere, & ordinate aliaſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui Divinum eultum Sacræque Religionis zelum, & obſervantiam Regularem vigere, & augeri, ac Monaſteriorum, & Religioſorum locorum quotumlibet ſtatui, perſonarumque in illis ſtudio piæque vitæ vacantium, maximè dictæ Congregationis, ex quorum Regulari diſciplina laudabilibuſque moribus, & converſatione, Chriſtifideles plurimas pro ipſorum animabus utilitates conſequi poſſunt, commoditatibus conſuli, intenſis deſideriis affectamus. Quique dudùm inter alia voluimus, quòd petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum animum valorem ſecundùm communem

Capinum eſt Capitii genus Capæ junctum id vero adſcitium Canonicis non proprium, ideò dicit in Habitu proprio abſque Capino Caputium dicit Almutiam, ſeù Mozzettam.

exi-

exiſtimationem tam beneficii uniendi, quàm illius cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes vocatis quorum intereſſet. Rectorem, Viſitatorem, Procuratorem Congregationemque præfatos, eorumque ſingulos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxàt conſequendum harum ſeriè abſolventes, & abſolutos forè cenſentes, ad Prioratus dicti Monaſterii fructuum, redditutum, & proventuum, qui ad ducentos Ducatos auri de Camera, in libris Cameræ Apoſtolicæ taxati reperiuntur, etiam Congregationis hujuſmodi verum annuum valorem, ſecundùm extimationem prædictam præſentibus pro expræſſo habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Prioratum qui Conventualis eſt hujuſmodi Monaſterii, per Priorem Annalem à dicta Congregatione pro tempore deputandi, ac aliàs juxtà ejuſdem Congregationis ritus, & mores, Regulariaque inſtituta tenendi, regendi, & gubernandi, atque per Canonicos ejuſdem Monaſterii, qui ad illius pro tempore exiſtentis Prioris nutum ammovibiles teneri conſueverunt, quorum inſimul fructus, redditus, & proventus ducentorum, & quinquaginta Ducatorum ſimilium ſecundùm æſtimationem præfatam valorem annuum, ut Rector, Viſitator, & Procurator, ac Congregatio, & Conventus præfati aſſerunt non excedunt, Parochiales Eccleſias prędictas ſive præmiſſo ſivo alio quovis modo, aut ex aliorum quorumcumque perſonis, ſeu per litteras quorumvis aliorum reſignationes de illis in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & Teſtibus ſponte factas, aut Conſtitutionem fel.record. Joannis PP.XXII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit *Execrabilis*, vel aſſecutionem alterius beneficii Eccleſiaſtici, quavis authoritate collati vacent, etiamſi tanto tempore vacuerint, quod eorum collatio juxta Lateranen. ſtatuta Concilii, ad Sedem prædictam legitimè devoluta, ipſique Prioratus, & Parochiales Eccleſiæ diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel Prioratus hujuſmodi, ex eo, quod Conventualis eſt, ut præfertur, & ille, ac Parochiales Eccleſiæ hujuſmodi, aliàs generaliter reſervati exiſtant, & ad Prioratum præfatum, qui per electionem conſueverint aſſumi, eique cura immineat animarum, ſuper eo quoque ac Parochialibus Eccleſiis hujuſmodi, inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus habere volumus pro expræſſo pendeat indeciſa; dummodò eorum diſpoſitio ad Nos hac vice pertineat, cum omnibus juribus, & pertinenriis, eidem Congregationi aurhoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuò unimus, annectimus, & incorporamus. Ita quod liceat Rectori generali dictæ Congregationis, & Congregationi præfatis per ſe, vel alium ſeu alios, corporalem poſſeſſionem Prioratus, & Parochialium Eccleſiarum prædictarum, juriumque, & pertinentiarum prædictorum, propria authoritate liberè apprehendere, & perpetuo retinere, illorumque omnium, & ſingulorum fructus reditus, & proventus, in ſuos & Congregationis Prioratus, & Parochialium Eccleſiarum prædictarum uſus, & utilitatem convertere, Diœceſani loci, & cujuſvis alterius licentia ſuper hoc minimè requiſita. Præter ea quòd dicta Congregatio ad ipſius Gerardi vitam, computatis modernis dicti Monaſterii S.Frigdiani, ex ipſius Congregationis Canonicis, in dicto Monaſterio S.Frigdiani Sacerdotes treſdecim, & Clericos ſex; Et ipſo Gerardo defuncto eoſdem Monaſterii S. Frigdiani computando, & loco illorum recedentium, vel decedentium alios ſubrogando uſque ad numerum Canonicorum vigintiocto, ex Canonicis ipſius Congregationis, quorum decem, & octo in Sacerdotio conſtituti, & decem Clerici, in perpetuum in dicto Monaſterio continuam reſidentiam facere, & die noctuque, in Eccleſia ejuſdem Monaſterii deſervire. Ita quod numerus viginti octo manuteneri debeat, per quos inibi feſtivis ultra majorem ſolemniter decantandam quindecim, & non feſtivis diebus duodecim Miſſas, Veſperas, & alia Divina officia ſecundum conſuetudinem hactenùs obſervatam celebrent, Prædicatoreſque qui in Eccleſia ejuſdem Prioratus, Quadrageſimali, & tempore Adventus Domini populo ad hoc convenienti

ver-

verbum Dei prædicent habere, & Domum Prioralem ejuſdem Prioratus fabricari incæptam, juxtà modellum, ſeu formam fabricæ deſignatam, infra quadriennium perficere, & computatis computandis exponenda in perfectione hujuſmodi ædificiorum ejuſdem Monaſterii, uſque ad duo millia Ducatorum auri ſimiliter infra annos viginti exponere, ac prædicta, ac alia quæcumque tàm ordinaria, quàm extraordinaria, nunc & pro tempore dicto Prioratui incumbentia onera ſupportare, ac unum ex Canonicis ipſius Congregationis, qui habeat curam, & adminiſtrationem tàm familiæ, quàm Conventus dicti Monaſterii S. Frigdiani, omniaq; & ſingula circa adminiſtrationem præfatam pertinentiam cum conſilio, & conſenſu ipſius Gerardi; necnon alium ex Canonicis hujuſmodi deputare, qui curam omnium, & ſingulorum fructuum, redituum, & proventuum Monaſterii S. Frigdiani, etiam vendendo, & emendo, aliaque faciendo, & exercendo, quæ tàm de jure, quàm de conſuetudine ad hoc pertinere noſcuntur ad effectum, ut fructus hujuſmodi converti poſſint per Congregationem præfatam in ſolutione penſionis prædictorum, & aliorum uſuum, & neceſſiratum dictæ Congregationis. Ita tamen, quòd dicta Congregatio, vel aliquis ex illius Canonicis Salanos, ſeu affictabiles expellere, ſeu de novo ponere, aut deponere, & conſtituere non poſſit, ſine participatione dicti Gerardi, ac Congregatio præfata pro viribus, introitus, ac jura, & juriſdictiones ipſius Monaſterii, illiuſque Parochiæ contra quoſcumque ipſius Congregationis expenſis defendere, & ejuſdem Monaſterii S. Frigdiani Canonicis infirmis in Monaſterio hujuſmodi reſidentibus, de ſervitoribus, cibis convenientibus, & Medicis providere teneantur. Quodque tam moderni Monaſterii Sancti Frigdiani, quàm ejuſdem Congregationis Canonici in Monaſterio hujuſmodi reſidentes, in habitu proprio abſque Capino, etiam in Eccleſia, Choro, Refectorio, & Capitulo, ac aliis locis publicis dicti Monaſterii, & etiam extra Monaſterium quando proceſſionaliter incedunt cum ſuperpellicio, ſeu cotta, & caputio ſupra capas, ſeu mantellos in ordine Clericali [cùm eſſentialiter, ut præfertur Clerici ſint] illis ſe conforment incedere, ac Priores in dicto Monaſterio poſt obitum ipſius Gerardi per dictam Congregationem pro tempore deputandi, quamdiù ibidem reſederint, illum quem dictus Gerardus, & alii ejuſdem Monaſterii, Priores prædeceſſores, habitum geſtare conſueverunt, videlicèt Cappam, ſeu Mantellum Epiſcopalem cum Caputio geſtare debeant, Annuloque, Baculo, & Mitra Pontificalibus ſolitis diebus celebrando, etiam Populo benedicendo, ut prædeceſſores uti valeant. Quodque tam Monaſterii S. Frigdiani, quàm ejuſdem Congregationis Canonici tam in Monaſterio prædicto, quàm in ſuis Eccleſiis, ac extra, etiam quocumque loco, & actu, ordinem ſuæ Profeſſionis in præcedendo ſervare, ac ſi omnes in dicta Congregatione profeſſi eſſent, ac Canonici Monaſterii S. Frigdiani prædicti tam in illo, quàm extra exiſtentes, ſupradictas penſiones percipientes, tempore quo in Civitate Lucana prædicta de licentia ipſius Gerardi commorabuntur, & habitabunt, niſi legitimo impedimento impediti fuerint, vel licentiam ab ipſo Gerardo habuerint, Miſſas, & alia Divina Officia inibi ſecundùm ordinem tabulæ celebrare, & in Civitate prædicta Beneficiati, diebus feſtivis Miſſis majoribus, ac Veſperis intereſſe obligati exiſtant, authoritate Apoſtolica præfata, earundem tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, & nihilominùs Monaſterio S. Frigdiani, & illius Priori, omnibuſque, & ſingulis Canonicis, ſervitoribus, & aliis in ipſo Monaſterio exiſtentibus, quòd omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, præeminentiis, prærogativis, conſuetudinibus, facultatibus, juribus, juriſdictionibus, conceſſionibus, gratiis, & indultis tàm in capite, quàm iu membris Monaſterio S. Frigdiani Prioratui, & Conventui hujuſmodi conceſſis, confirmatis, & innovatis, & quibus unus Prior, Canonici, Conventus, & alii in dicto Monaſterio Sancti Frigdiani exiſtentes, etiam quo ad curam Animarum Parochianorum utuntur, fruuntur, & gaudent, ac quibus uti, frui, & gaudere poſſent, uti, frui, & gaudere liberè, & licitè valeant, ciſdem authoritate, & tenore concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus priori voluntate prædicta,

Siquidem unum corpus cenſebatur, perinde ac inter Mendicātes, idem prædicatur ordo de Conventualibus, et his qui de obſervantia.

ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri, & alijs Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſterii, Congregationis, & Ordinis prædictorum, Juramento, confirmatione Apoſtolica, & quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, Monaſterio, Prioratui, Conventui, Congregationi, & Ordini præfatis, conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua; non autem per clauſulas generales id importantes, mentio, ſeu alia expreſſio habenda foret, & in eis caveretur expreſsè, quòd illis niſi ſub certis inibi expreſſis modis, & formis, aut nullatenùs derogare poſſit, eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus insererentur pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxàt ſpecialiter, & expreſse derogamus, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquis ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi, vel de aliis beneficiis Eccleſiaſticis, in illis partibus ſpeciales, vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem literas, & proceſſus habitos per eaſdem, & indè ſecuta quæcumque ad Prioratum, & Parochiales Eccleſias prædictos, volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quo ad aſſecutionem Prioratuum, vel Beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuslibet aliis privilegiis, Indulgentiis, & litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Volumus autem, quòd propter unionem, annexionem, & incorporationem, prædictas in dicto Monaſterio Divinus Cultus, & ſolitus Canonicorum, & miniſtrorum numerus non minuatur, ac Prioratus, & Eccleſiæ prædictæ, debitis non fraudentur obſequiis, & Animarum cura in Prioratu ſi illi immineat, & Parochialibus Eccleſiis prædictis nullatenùs negligatur, ſed illarum, ac Monaſterii, Prioratus, & Conventus prædictorum, congruè ſupportentur onera conſueta. Et inſuper prout eſt irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attemptatum forsàn eſt hactenùs, vel impoſterùm contigerit attemptari. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, unionis, annexionis, incorporationis, ſtatuti, ordinationis, conceſſionis, indulti, derogationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Corneti Anno Incarnationis Dominicæ 1517. III. Idus Octobris Pontificatus Anno V.

ZACHA-

ZACHARIÆ FERRERII,

THEOLOGI, AC JURISCONSULTI

De proprio, & vero Habitu Canonicorum Regularium.

Ubi apertè demonſtrat, Habitum ipſorum non alium debere eſſe niſi Clericalem, Prælatoſque ex èo Ordine aſſumptos, tam de jure communi, quàm ex Libro Cęremoniarum S. R. E. debere uti Rochetto, more Rom. Curiæ, & cultu, ac forma indumentorum, quibus Pręlati ex Clericis Secularibus, ad differentiam aliorum Religioſorum.

Ad Sanctiſs. Papam, & Dominum Noſtrum

LEONEM DECIMUM

PONT. MAX.

AUdivi pridie enarrantibus pleriſquePontificum [Beatiſſimus LEO,]quum ſubſignandis ſupplicantium poſtulatis elaborares, nonnullis doctiſſimis, & ferverentiſſimis Patribus, coram tua Beatitudine diſceptatum eſſe, quiſnam verus Regularium Clericorum, ſive Canonicorum habitus exiſteret; alijs quidem Capam, alijs Superpelliceum lineum: alijs Togam lineam, [quæ Curiali Vocabulo Rochettus cognominatur] ad eorum habitum pertinere aſſeverantibus, dubitatumque ibi fuiſſe, ſi ex hujuſmodi Canonico ſtatu ad prælaturam aſſumpti viri, Rochetto, & Almutijs de panno utrumque humerum capientibus, & Pileo inferius viridi ſi ſint Epiſcopi, ad inſtar Prælatorum ex Seculari Clero aſſumptorum uti poſſint. Item & qualis eiſdem color propriè competeret; & an in Capella Apoſtolica uti poſſint Capa cum pellibus albis. Et quoniam rogatus ſum, ut de hac materia breviori compendio [ut par eſt] aliquid ſcribam, quod ſummatim edidi, id tuæ maximæ, & ſapientiæ, & authoritati decernendum, poſt beatorum pedum oſcula ſupplex offero; cujus feliciſſimo auſpicio omnium bonarum artium diſciplinæ diù penè obliteratæ, & mortuæ reviviſcunt, & ex ſitu ac ſquallore ereptæ, quotidie in lucem, & ſplendorem prodire cernuntur.

Cathegoricè itaquè brevitatis cauſa procedens, ſeptem pono concluſiones, quæ & rationibus, & Sacrorum Canonum, ac diverſorum approbatiſſimorum Doctorum authoritatibus fulciuntur.

Digitized by Google

PRIMA CONCLUSIO.

CLerici Regulares, ſivè Canonici profitentes Clericorum inſtituta à Divo Auguſtino tradita, nullam determinatam habitus formam, neque ab ipſo Auguſtino, neque à Jure communi, neque ab univerſali conſuetudine habent, præter formam habitus Clericorum ſecularium, Toga linea, ſeu aliàs Rochetto, dumtaxat exceptis.

2 Clerici Regulares, ſivè Canonici præfati poſſunt uti, & communiter utuntur Almutiis de panno ſuper humeros, ſicut Clerici ſeculares.

3 Clerici Regulares, ſivè Canonici uti poſſunt quocumque colore Clericis Secularibus de Jure communi permiſſo, ſicut & utuntur ad libitum; ſalva tamen conſuetudine diverſarum Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum, ſivè Congregationum, quæ ex lege privata utuntur determinato colore.

4 Canonici Regulares, ſivè Clerici, ſecundùm traditiones tàm Apoſtolorum, quàm Auguſtini, & Summorum Pontificum, necnon determinationes Doctorum, non habent determinatum habitum, niſi ſuperpelliceum, Togam lineam, ſivè ſecundùm librum Cerimoniarum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Rochettum, qui ipſorum dicitur eſſentialis habitus.

5 Clerici Regulares, ſivè Canonici præfati uti poſſunt ſub indumentis, ſivè Toga, lineis, aut Rochetto præfatis cum manicis ſtrictis, & clauſis more Romanæ Curiæ, ſicut & utuntur in pluribus Provinciis, ſalva tamen conſuetudine diverſarum Eccleſiarum, & Congregationum dicti Ordinis, in quibus habent determinatam normam.

6 Quum habitus Apoſtolorum, & Sacerdotum primitivæ Eccleſiæ fuerit Toga linea, ut probabitur; ideò imitantes profeſſionem Apoſtolici ſtatus in regimine Eccleſiarum, ſicut Epiſcopi, & in Vita communi, dum ſunt Ordinis eſſentialiter Clericalis, ſicut Canonici Regulares, pariformiter utuntur ipſo habitu Apoſtolico ſuper indumentis lineis, data tamen aliqua differentia inter Prælatos, & non Prælatos, qua invicem diſcerni poſſint.

7 Prælati aſſumpti ex præfato Ordine Canonicorum, uti debent Rochetto, & pileo viridi interiùs. Item poſſunt uti forma habitus Prælatorum, & colore Prælatis etiam ex Clericis ſecularibus aſſumptis conſueto, quum in contrarium quicquam non caveatur, neque ab eorum regula, neque a jure communi, quoniam Regularis profeſſio ſub Regula Auguſtini, non impedit delationem cujuſcumque honeſti coloris ſecularibus etiam Clericis permiſſi, ſicut in facto apparet, ſalva ſemper tamen conſuetudine quarumdam Eccleſiarum, & ſpecialium Congregationum, quæ leges habent particulares.

QVoniam, ut ait Philoſophus, in primo de Generatione, omnes formæ accidentales formam ſubſtantialem ſequuntur, & ſecundùm ejus exigentiam inducuntur, ſi probavero Canonicos Regulares in ſua forma ſubſtantiali eſſe eſſentialiter Clericos, ſicut & Clerici ſeculares, conſequens erit, ut forma accidentalis, quæ conſiſtit in habitu, & cultu exteriori, ſequatur formam ipſam ſubſtantialem, ut ſecundùm ejus exigentiam ſuperinducatur, & ita ipſorum habitus demonſtrativè probabitur nonniſi eſſentialiter Clericalis, data aliqua differentia, non tamen de neceſſitate, ſed de congruo, qua à Clericis ſecularibus diſcernantur, quæ conſiſtit in Toga linea. Et quoniàm præſens materia Canoniſtalis eſt, potiùs quàm alterius facultàtis; ideò ad Canones præſertim eſt recurrendum. Probo itaque Canonicos Regulares in ſua ſubſtantiali forma eſſe Clericos eſſentialiter, purè quidem, propriè, & ſimpliciter, & in ſua eſſentia, & proprietate aliud quid ita eſſe à Monacis, & aliis Religioſis, ut ſicut oppoſitum ab oppoſito invicem differant, nec in reſtrictivis, & odioſis, ex eorum appellatione aliquatenùs cenſeantur, & ad hoc quadrupliciter.

Primò ex eorum Inſtitutione,

Secun-

Secundò, ex eorum nomine.
Tertiò, ex eorum Regula,
Quartò, ex Summorum Pontificum, & generalium Conciliorum decretis, conſtitutionibus, declarationibus, & privilegiis,

PROBATIO PRIMA.

Ex ipſorum Canonicorum inſtitutione.

Canonici quippè Regulares in primitiva Eccleſia, ut Clerici ad imitationem Apoſtolorum in communi viventes inſtituti ſunt, Teſtatur Urbanus Papa in *cap. Scimus*, *cap. Videntes*. 12. *quaſt*. 1. Et quòd ibidem loquatur Urbanus propriè de Clericis Canonicam Vitam profeſſis patet, quoniam ait: *Quicunque veſtrum communem vitam ſuſceptam habet, & novit ſe nihil proprium habere, videat ne pollicitationem ſuam irritam faciat, ſed hoc, quod eſt Domino pollicitus fidelitèr cuſtodiat, nè damnum, ſed præmium ſibi acquirat, quoniàm melius eſt non vovere, quàm votum, prout meliùs poteſt, non perficere.* Patet etiam clariùs, quoniàm immediatè per Gratianum ſubiiciuntur Textus ex Regula Auguſtini de Communi Vita Clericorum, videlicèt *cap. Nolo*, & *cap. Non dicatis*, qui referuntur ad actus Apoſtolorum cap. 2. & 4. in fine, & in principio cap. 5. ad inſinuandum, quòd tales Clericos inſtituit etiam Auguſtinus, vel potiùs reformavit, & reduxit ad Ritum primitivæ Eccleſiæ, & quòd ejus regulam profitentes Canonici non ſint niſi Clerici, qui in primitiva Eccleſia inſtituti ſunt ab Apoſtolis. Apoſtoli enim, qui & Clerici eſſentialitèr, & Sacerdotes per illa verba Salvatoris, *Luc.* 14. *Niſi quis renunciaverit omnibus quæ poſſidet non poſſet meus eſſe Diſcipulus*, & per ea, quæ dixit Petrus, Matt. 19. *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te*, & per ea, quæ in præfatis Apoſtolicorum actuum epiſtolis recitantur. *Erant communiter Viventes.* Et affirmat Sanctus Thomas in 4. diſtinct. 34. art. 2. quæſt. 3. ſecunda ſecundæ quæſt. 88. art. 4. & Petr. de Pal. in 4. eadem diſtinct. Apoſtoli creduntur ea, quæ ſunt ſupererogationis noviſſe, ſicuti Regulares Clerici. Undè Clemens I. Papa, qui Pontifex à Petro Apoſtolo electus eſt, in Epiſt. 4. ad Jacobum Hieroſolymitanum Epiſcopum ſcribit, Clericos Hieroſolymitanæ Eccleſiæ adinſtàr Apoſtolorum nihil proprium dicere debere, ſed communem vitam ducere, ſicut & Apoſtoli duxerunt, & habetur 12. quæſt. 1. cap. *Dilectiſſimis*, quod de Regularibus Clericis, ſivè Canonicis tantùm intelligi inſinuat prælibatus Gratiauus, dum immediatè ſubjungit Textum Eugenii Papæ I. eadem cau. & quæſt. quo cavetur, ut juxtà Eccleſiam Clauſtra conſtituantur, in quibus Clerici Eccleſiaſticis Diſciplinis vacantes, unum habeant commune Refectorium, & Dormitorium, & Officinas ad uſum Clericorum neceſſarias, quod de Regularibus Canonicis intelligi dicit Gloſ. in cap. *Quoniam* de vita, & honeſtate Clericorum, in verſ. *Qui ſimul vivant*, ubi eadem materia tractatur. Et ſecundùm Speculatorem in tit. de vita, & honeſtate Clericorum, et in ſuo *Rationali*, ubi de nocturnis officiis tract. quaſi omnes Clerici, et Pontifices primitivæ Eccleſiæ, fuerunt Clerici Regulares, qui à Jure communi Canonici quoque Regulares appellantur, et regulariter vixerunt uſque ad Urbanum præfatum Papam incluſivè, ut in dicto cap. *Scimus* 12. quæſt. 1. Et notandum, quòd Eccleſia Hieroſolymitaua, quæ origine fuit prima inter omnes Eccleſias, fuit à ſui inſtitutione Clericorum, ſivè Canonicorum Regularium per præalleg. cap. *Dilectiſſimis*, et Doctores, et huic Eccleſiæ præfuit Jacobus Apoſtolus frater Domini. Undè non ab re induebatur ipſe Jacobus ſuperindumentis lineis, ut tradit Hieronymus de *Viris Illuſtribus*, quæ pertinent ad habitum Clericorum, ſeu Canonicorum Regularium. Similiter et Patriarchalis Eccleſia Alexandrina, juxtà authenticas hiſtorias præſertim Eccleſiaſticas à ſui inſtitutione fuit Clericorum, vel Canonicorum Regularium. Dictæ enim Eccleſiæ præfuit Marcus Evangeliſta

Diſci-

Diſcipulus Petri Apoſtoli, 22.diſtinct. cap.*Sacroſancta*, ubi poſt Romanam Eccleſiam præponitur omnibus aliis. Et ut teſtatur Leo Papa ſcribens Dioſcoto Alexandtino Pontifici in cap.*Quum Beatiſſimus*, 24. quæſt.1. nefas eſt ctedere, quòd Sanctus Diſcipulus Petri Matcus, qui Alexandrinam primus Eccleſiam gubernavit, aliis Regulis, et traditionibus ſua decreta fitmaverit, quam Petrus, et alii Apoſtoli ordinarunt, videlicèt quantùm ad communem vitam Clericotum.

Refett autem Archiepiſcopus Florentinus Divus Antoninus in 3.part.Cron. ſuæ in tit. *De ſacro Ordine*. Clericos Regulares, qui Canonici dicuntur, tepræſentaſſe in ptimitiva Eccleſia unitatem, er communitatem Clericalem, & Sacerdotalem, quç fuit in Apoſtolis; Monachos verò repræſenraſſe unitatem, vel communitatem laicalem, qui fuit in Laicis Diſcipulis, & iſtud dictum traxit, arbittot ab Caſſiodoro in hiſtoria tripartita. Auguſtinus ideò,non inſtituit Canonicos Regulates, niſi ut Clericos, ut inquit Poſſidonius in Vita ejuſdem, Auguſtinus enim factus Epiſcopus cum Canonicis, & Cleticis Eccleſiæ ſuæ Hipponenſis, qui runc ſeculares erant, cœpit vivere ſub Regula à Sanctis Apoſtolis inſtituta, & indè Canonici illi, & Clerici in communi viventes, & proprio abrenunciantes, appellati ſunt Clerici, & Canonici, ideſt Regulates ad differentiam Clericorum cœterorum ſecularium proprium habentium, undè in præallegato cap. *Nolo* 12. quæſt.1. idem Auguſtinus Clericis Canonicis ſuis, ait, Nulli liceat in ſocietate noſtra habete aliquid proprium, & infrà. Sed qui de proprio vivere voluerint, et ſocialem vitam mecum ſuſcipete noluerint, Clericatum eis non tollam, ſed ſeorsùm maneant, ſeotsùm vivant.

Propterea S. Thomas ad denotandum Canonicos Regulates à ſua inſtitutione eſſe eſſentiales Clericos, maximamque differentiam intet Canouicos Regulares, et Monacos, vel aliquos Religioſos exiſtere, 2.2.quæſt.189.art.4. in reſponſ. ad ſecundum argumenium, dicit, quòd ſtatui Canonicorum Regularium per ſe competit, ut ſint Clerici, ſed Ordini Monacali non per ſe competir, ur ſint Clerici, ut habetur 16.quæſt.1.cap.*Alia*,et cap.*Placuit*. Et quamvis ipſi Canonici ſint Regulares, nuſquàm tamen veniunt appellatione Monacorum in odioſis, et reſtrictivis, ut exptefsè patet in cap.*Quod Dei timorem*, de ſtaro Monach., licet benè in favotabilibus, ſecundùm Doctores in Clem. *Ne in agro*, de ſtatu Mooach. Quarè idem S. Thomas in lib. contra impugnantes Religionem in 4.par. in Reſponſ.2. argum. ait, quod dato, quòd Monacis docere non liceat, non ſequitur tamen, quòd Canonicis Regularibus non liceat docere, quùm Canonici Regulares propriè intet Cleticos repetentur, quòd ſequitut Archidiac. in cap. *Mandamus* 19. quæſt.3. et Jo. An. et Card. in cap. *Sanè*, de Regul. ante finem, et Joannes in Summa Confeſſotum lib.6. et Rayner. in ſua Summa,in vetbo *Monachus*. Si ideò ex ſua inſtitutione Canonici Regulates Cetici eſſentialiter exiſtunr, et non Monaci; ergò et honeſto habitu clericali uti debent, quùm quilibet ſuæ militiæ, et profeſſionis non alterius Inſignia ferre teneatur, l.1. C.*Qui bon.* ced. poſſ. et cap. *Eccleſiaſtica* 23.diſtinct. Ex quo patet quanta ignorantia,et inſipientia notandi ſunt, qui temerè dicunt, ipſos Canonicos neſcio quem cucullum, ſivè caputium deferre more aliotum Religioſorum, quùm penitùs ignorent ſtarum ipſorum, ac ſi nunquàm Jus commune inveſtigaſſent, aut vidiſſent, more cæcutientium, qui putant umbras omnes eſſe homines. Iſti enim arbitrantur omnes Regulares tàm Clericos, ſeu Canonicos, quàm Monachos, et alios Religioſos eſſe ejuſdem ſtatus; quùm neſciant diſcernere intet ſtatum Clericalem, et Monacalem, ſeu aliorum Religioſorum &c.

SECUN-

SECUNDA PROBATIO.

Ex nomine.

SEcundò probo, Canonicos Regulares ex ſui nominis appellatione, non poſſe eſſa niſi eſſentialiter Clericos. Nam quùm cæteri omnes Regulares nuncupentur aut Monaci, aut Fratres; ſoli Canonici Regulares, ad inſinuandum, quod Clericatu eſſentiali ab aliis longè differant, appellantur Canonici, & ut plurimum, in corpore juris vocantur à Summis Pontificibus nudo vocabulo Cauonici, ſine addiramento Regulares, ut in cap. *Perniciosam*,& in cap. *Dudum*.18. quæſt.2. & in cap. *Sunt nonnulli* 16. quæſt.1 & in cap. *In omnibus*. de con. diſtinct. 5. & in cap. *Quum causam*. & in cap. *Cumana*. de elect. cap. *Poſt translationem*, de renunc. cap. *Inteleximus*. ibi Canonicatus Ordine de ætate, & qualitate, in cap. *Quùm in Eccleſiis*. de major. & obed. in cap. *Dilectis*. de judic. & in cap. *Quùm ſuper*; in ſupraſcriptione. de conf. cap. *Quùm veniſſent*. de reſtit. ſpol. cap. *Ex literis*. de dol. & cont. cap. *Quùm I. & A.* de ſenten. & re judic. Item in cap. *Quùm cauſam*. de appell. cap. *Ad noſtram*. de confirm. uti. vel inutil. cap. *Sicut nobis*. cap.*Licet*, in principio de regula. cap.*Nullus* de jur. patr. Item in cap.*Ad audientiam*. 2. de Eccleſ. ædif.cap. *Quùm olim* il 2. in princ. de privil. cap. *Non dubium*. de ſentent. excomm. cap. *Si Canonici*; cum gloſ. de offic. ordinarii, in 6. Clem. *Diſpendioſam* juncta gloſ. in verſ. *Beneficijs*. de judic. & aliis pluribus, Quæ quidem jura omnia loquuntur de Canonicis Regularibus Sancti Auguſtini, & tamen nominant eos Canonicos tantùm, non exprimendo Regulares, eo quod, & ſi profeſſione, ordine tamen, & honore non differant à Canonicis ſecularibus.Canonicus enim grecè idem ſignificat quòdRegularis latinè, cap. *Canon*. 4. diſtinctio. Et iſtud nomen Canonicus priùs fuit in Regularibus, quàm in ſecularibus Canonicis, quoniam eſt proprium vocabulum Regularium, qui erant Clerici primitivæ Eccleſiæ [ut ſupra probatum eſt] quoniam in primitiva Eccleſia non erant Clerici, ſive Canonici ſeculares, neque præbendæ, ut bene refert, & probat Abbas in cap. *Epiſcopus*. de præben. ſed omnes Clerici vivebant in communi,ut optimè adducit Cardin.Alexand. in cap. *Sicut*, 44. diſtinctio. Unde quùm poſtmodum, non omnes vellunt ſe ſub hac lege arctare, deficiente fervore priſtino, ſupervenerunt, & creverunt Clerici, & Canonici ſeculares, remanentibus tamen aliquibus ſemper, & plurimis, qui communem vitam, & regularem profeſſionem obſervabant in variis Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis, quarum adhuc magna pars perſeverat in vita Regulari, ut demonſtrabitur inferiùs. Superveniens poſtea Auguſtinus, Canonicum Ordinem præfatum plurimis inſtauravit, ac illuſtravit diſciplinis, nihil tamen auferens de Apoctolicis inſtitutionibus, aut de ſtatu eſſentialiter Clericali; quum, & ipſe Clericalis, & Canonicus ſtatus cum ipſo nomine ſemper perſeveraverit. Hoc enim nomen Canonicus præſupponit de ſui natura Clericatum eſſentialiter, & neceſſariò in eſſe, ut probatur in cap.2. de inſtit. & in cap. *Per exemptionem*. de privileg.in 6. & glo. & doct. in cap. *Statutum*. de reſcrip. in 6. in verſ. *Canonicis*, par Innocen. & alios in cap. *Sedes de reſcrip*. Abbas in cap. *Benè*. il primo, in primo notabili, de poſtu prælat. & iu rubr. de vita, & honeſtate Clericor. & in cap. *Quum tibi*. de verbor. ſignific. Canonia quippe ſecundum Doct. eſt jus ſpirituale, quod non cadit niſi in Clericos, ut per gloſſ. in capitulo ſecundo, de inſtitutione, & non tantùm cadit in Clericos Seculares, ſed & in Clericos Regulares, & Canonicos regulariter viventes, patet 1.qu. 1.cap. *Eos qui*. ubi dicitur, in Canoniis Regulariter vivant. Eſt enim ſecundùm Jo. And. Canonia ſpiritualis fraternitas, in choro, in ſtallo, & loco, de quo in cap.2. *De renunc*. & in cap. *Relatum*. de præben.& gloſſ.in Clemen. diſpendioſam in verſ. *Beneficiis* de judic.in 6. dicit, quòd nomine Canonicatus venit etiam Canonicatus Regularis, & idem ibi dicit Card.Zabarell.Non ideò ab re dixit Hugutio, quem refert Gloſſ. in cap. *Deus qui*, de vita, & honeſt. cleric. in

verb.pro-

verb.profeſſi, quòd Canonicus Regularis poteſt fieri Canonicus in Eccleſia ſæculari quum ſint pariformiter Canonici, quantùm ad clericalem ſtatum æquè in eis exiſtentem, quòd non poteſt verificari de Monacis, & aliis Religioſis, qui poſſunt in ſuo ordine eſſe non Clerici, quod non poteſt eſſe in Ordine Canonicorum; quum Canonicus de ſe dicat, & præſupponat Clericum, ut probatum eſt. Monaci enim differunt à Clericis etiam Regularibus, ſicut nigrum ab albo, ut patet 16. q.1. cap. alia, & cap. legi. & 18. q. 2. cap. *Quidam Monachorum*, circa medium; ubi Monaci nominantur cum laicis; Regulares vero Canonici nominantur cum Clericis, ibi: *Qui pauperum diſpoſitione vel Monaſteriorum, vel Martyriorum præſunt*. Tanta quippe eſt differentia de per ſe inter Canonicam, & Monacalem profeſſionem, quanta eſt inter ſtatum Clericalem, & Laicalem, ut patet in cap. *Nullus Abbas*. in cap.*Mandamus*, & in cap.*Statuimus* 19. q. 3. quibus prohibebatur antiquitus tranſitus de ſtatu Canonicorum Regularium, ad ſtatum Monachorum, tanquàm de perfectiori ad imperfectiorem; quum Clericatus eſſentialiter annexus Regulari vitæ, ſit majoris perfectionis, quàm Regularis vita ſine Clericatu; ut conſtat in cap. *Legi* 16. q. 1. ubi dicitur, quòd: *Vix bonus Monachus facit bonum Clericum*, ſcilicet Regularem, ut conſtat ex illo Canone, qui eſt Auguſtini loquentis de ſuis Clericis, qui erant Regulares. Vide optimè de hoc B.Thom. 2. 2.qu. 189. art. 8. Nam licèt ſtatus Monaſticus ſit Sanctiſſimus, & arctioris vitæ quàm ſtatus Canonicus, ut in cap. *Quod Dei timorem*. de ſtatu Monach. non tamen eſt majoris perfectionis; quia ille ſtatus eſt majoris perfectionis, ubi digniora majoraque charitatis officia exercentur, cujuſmodi eſt docere, inſtituere, & illuminare, et juxta præfatum S.Thom. ubi ſupra, in tranſitu unius Religionis ad aliam, non debet attendi major arctitudo vitæ, ſed ſtatus perfectior ex meliori diſpoſitione ad debitum finem. Ea ratione, licet ſtatus Monachalis habeat majorem arctitudinem vitæ; pura in jejuniis, abſtinentia, clauſura, & abdicatione proprii, quàm ſtatus Epiſcopalis; non tamen licet de ſtatu Epiſcopali, qui eſt majoris perfectionis, tranſire ad ſtatum Monachalem, qui eſt majoris arctitudinis, ut patet in cap. *Niſi cum pridem*. de renunc. quæ quidem ratio pro corroboratione B.Thom. ubi ſupra militat contra opinionem Jo: Andr. in cap. *Sanè*.de regul. qui dicebat attendi ſolam arctitudinem vitæ. Nam ut ait Apoſtolus 1. ad Timot.4. corporalis exercitatio ad modicum utilis eſt; pietas autem ad omnia utilis eſt. Ideò antequàm Monachi ad Sacros Ordines promoverentur ex privilegio Pontificum, licebat ex ſtatu Monaſtico, ad ſtatum Regularium Canonicorum tamquàm ad perfectiorem tranſire, ut expreſsè dicit S.Thomas ubi ſupra, et apertè patet in cap.*Si Clericatus*, in cap.*Sic vive*. 16. qui ſunt Textus Hieronymi ex epiſtola ad Ruſticum Monachum. Et loquitur ibi Hieronymus de Clericatu Regulari, non Seculari, ut luculenter apparet in cap.*Clericus*, et in cap. *Duo ſunt* 12. quæſt. 1., et quamquàm Monaci hodiè ex privilegio promoveantur ad ordines Clericales; non tamen ſunt eſſentialiter, & de per ſe Clerici, ſed per accidens. Canonici autem Regulares ſunt Clerici ipſa natura, & eſſentialiter, ut dictum eſt. Undè S. Thomas ubi ſupra ponit iſtam differentiam inter Canonicos Regulares, & Monachos, quòd Canonicis Regularibus per ſe competat, ut ſint Clerici, Monacis verò non. Status enim Canonicorum Regularium in ſe, eſt ſtatus, cui competit adminiſtratio Sacramentorum, & doctrinæ, ut in dicto cap.*Alia* 16.quæſt.1. ubi dicitur, quòd alia eſt cauſa Monaci, alia Clerici. Clerici paſcunt, Monachus paſcitur. De doctrina habes in cap. *Si Clericatus*, & in cap.*Sic vive*. præalleg.ead,cauſ.& quæſt. Eam ob rem Joannes de Deo, antiquus, & celebratus Doctor in libro de diſpenſatione, in quæſt. quæ incipit, *Quùm totum Regnum* &c. expreſsè dicit Canonicos Regulares non poſſe eſſe, neque dici niſi Clericos, quoniam habuerunt ortum à Levitis, figurativè, & Nazaræis, quibus committebantur Sancta Sanctorum, & ſicut quùm dicimus hominem, dicimus animal, ita quum dicimus Canonicum Regularem, dicimus Clericum. Status verò Monacorum eſt ſtatus pœnitentiæ, ut declaratum fuit in Sancta Synodo Nicæna tranſumprivè

in

cap.*Placuit*, in cap. *Nemo*, & in cap. *Monachus* 16. quæſt. 1. Propterea Hugo de Sancto Victore Doctor clariſſimus in lib.2. de Sacramen. part.3. cap.3. ſub Rubrica *Quomodò Ordines Sacri ſunt in Monaco*, dicit, quòd Monaci deferunt coronam in ſignum pœnitentiæ, non Clericalis Ordinis, quibus Clericales Ordines ex Indulgentia conceduntur. Non enim Populo præeſſe, nec ſpiritualis dignitatis in Eccleſia gradum ſuſcipere poſſunt, donec ſumantur ad Clerum &c.

Hac ratione plures Doctores in cap. *Quod Dei timorem*, de ſtatu Monach. aſſeverant, Canonicum Regularem abſque alia diſpenſatione poſſe præfici Eccleſiæ Parochiali ſeculari, nec opus eſt diſpenſatione, vel ſaltèm in ſimili materia faciliùs diſpenſatur cum Canonico Regulari, tamquàm eſſentialiter Clerico, quàm cum Monaco, & alio Religioſo, cap.*In Parochia*, & cap. *Quàm pro vtilitate* 16. qu.1.cap.1.c.de *Monach.*de ſtatu Monach.& gloſ.in cap.*Præterea* de præben.dicit, quòd Canonicus Regularis poteſt eſſe Archidiaconus in Eccleſia Cathedrali; nam per Profeſſionem Regularem ipſi Regulares Canonici non cadunt ab eo Clericali honore, vel ſtatu, qui ſunt in Canonicis Secularibus, quià ſequeretur unum abſurdiſſimum, quòd ſcilicet propter majorem virtutem, quæ eſt in Canonico communiter, & regulariter vivente, ille amitteret ſtatus ſui præeminentiam, quòd eſt falſiſſimum, qùm propter actum virtuoſum, nemo ſibi minuat dignitatem. Alioquin ſequeretur, quòd Epiſcopi, & Cardinales Reverendiſſimi, qui præſtant Juramentum fidelitatis Summo Pontifici, ſuæ derogarent dignitati, qùm Votum, & Juramentum pari paſſu ambulent, cap.*Magnæ* de Vot. & quòd Clerici, qui interdum nova Vota emittunt de conſenſu ſuorum Prælatorum, ut in cap.fin.eodem tit. & qui omninò aliqualem emittunt Profeſſionem per SacrorumOrdinum ſuſceptionem, ut per Doct.in cap.*Generalis* 54.diſt., & qui etiam Religioſi dicuntur, ut in cap.*Si quilibet*, ead.diſtinct. caderent à dignitate Clericali, quòd nullatenùs eſt concedendum, niſi in totum alterarent, vel mutarent ſtatum Clericalem, qui eſt eſſentialis in omnibus Clericis, vel Canonicis tàm Regularibus, quàm Secularibus, in alium ſtatum, cui Clericatus non inſit eſſentialiter, ſed accidentaliter; puta ſi Clericus, vel Regularis, vel Secularis efficeretur Monachus, vel Religioſus alterius Religionis, vel Mendicantis, vel non; tunc quamquàm zelo arctioris, vel ſtrictioris vitæ, aut majoris humilitatis id faceret, quòd eſt in ſe opus virtuoſum, quia tamen mutat ſtatum, & omninò alterat, in ſtatum inferiorem cadit à prima dignitate, vel præeminentia clericali, ſicut & Epiſcopus, qùm efficitur Monachus, vel quomodolibet Religioſus, aut Regularis per profeſſionem &c. amittit ſtatum Epiſcopalem, & exteriorem pontificiam excellentiam, quamquàm character in conſecratione impreſſus nuſquàm deleaturi, quod non procedit quandò quis per opus virtuoſum non mutat ſtatum, ſicut in Clericis, vel Canonicis Regularibus, qui etſi imitando Apoſtolos, & Clericos primitivæ Eccleſiæ, ſe in ſuo ſtatu Clericali aſtringunt ad vitam communem, & Regularem, non tamen mutant ſtatum Clericalem, qui utrobique in eis eſt eſſentialis, ut ſupra probatum eſt,quoniàm invicem optimè ſe compatiuntur Clericatus, & vita communis ex ipſa inſtitutione Adoſtolica, & propria Ethimologia vocabuli, ut cap. *Duo ſunt genera*, cap.*Clericus*, cap.*Cui portio* 12. quæſt.1., quòd non procedit in Monacatu qùm Monacus, ut Monacus non ſit Clericus, ut dicit Abbas etiam in cap. *Nullus*, de foro comp.& ait ibidem Abbas, quòd antiquitùs Monaci erant ſimplices Eremitæ, & ſubiiciebantur Imperatori. Undè in cap.*A Subdiacono*, qui Textus eo tempore conditus eſt in Synodo Silveſtri Papæ 93. diſtinct. Abbas, & Monacus ſubiiciuntur in ordine poſt Oſtiarium, qui eſt ultimus, & infimus Ordo in Clericis, & dicit gloſ.quod eo tempore Monaci non erant Clerici, & quòd quilibet Clericus, ideſt tàm Regularis, quàm Secularis, dignior eſt quolibet Monacho. Ideò Imperator Leo Auguſtus in leg.*Generaliter* 16. qu.1.dicit expreſsè, Monacos non eſſe Clericos. Qùm igitur Clerici primitivæ Eccleſiæ omnes eſſent Regulares, & communiter viventes, ut Clerici, ut in cap.*Scimus*, & cap.*Videntes*, 12.quæſt.1. & ab eis tamquàm omnis a fonte proceſſerint, & orti ſint Clerici, & Canonici Seculares,

Gg abſur-

abſurdiſſimum eſſet dicere, quòd fons eſſet deterioris conditionis, & inferioris dignitatis, ſtatus, ac præeminentiæ, quàm rivus; quùm ſecundùm Philoſophum 2.Methaph.*Quicquid eſt cauſa aliorum, ut ſint talia, illud ſit maximè tale*, ut puta ignis calidiſſimus eſt,quia propter eum alia ſunt calida. Actus enim attribuuntur principio, cap.*Litteris* de Reſcript.cap.*Moyſes* 7.diſtinct.

Stat ergò indubitata concluſio, quòd Regularis profeſſio in Clericis, vel Canonicis non mutat, neque minuit, neque alterat Clericalem ſtatum, nec quoad eſſentiam, nec quoad accidens in his, quæ ſunt dignitatis, aut præeminentiæ officii, aut Regiminis. Et corroborantur prædicta, quia Canonici Regulares habent id, quod Seculares in Regimine Eccleſiarum Cathedralium, quòd communiter non eſt in aliis Religioſis. Nam ipſi habent in plurimis locis regimen Eccleſiarum Metropolitanarum, & Cathedralium ab earum inſtitutione, quod non convenit niſi Clericis eſſentialiter Clericis, ſicut eſt quaſi per totam Angliam; quùm etiam Gregorius I. id Auguſtino Angelorum Epiſcopo mandaverit,ut 12.qu.1.cap.*Quià tua fraternitas*, & Benedictus XII. in Conſtitutionibus ſuis pro conſervatione Canonicis ſtatus in Eccleſiis, in quibus eſt inſtitutus, adducit Honorium III. qui facit mentionem de Eccleſiis Cathedralibus, & Metropolitanis Canonicorum Regularium, & multæ exprimuntur in corpore Juris, ſicut aliquas ſubiicere dignum duxi.

In primis Sancta Eccleſia, vel Baſilica Lateranen. quæ eſt Papalis.

Eccleſia Patriarchalis Hieroſolymitana,ut dictum eſt, Eccleſia Bethlemitica, & Nazarethen. Metropolitanæ, ac Sepulchrum Domini,ut ſcribit Jacobus de Vitriaco, ſunt inſtitutæ ſub Canonicis Regularibus.

De Eccleſia Hieroſolymitana probatum eſt ſupra per cap. *Dilectiſſimis* 12. quæſt. 1.

De Eccleſia Nazarethen. patet in cap. *Sicut nobis* de regula. De Eccleſia Bethlemitica, patet in cap.*Quùm ſuper elect.* de cauſ.poſſ. & propr. Item Patriarchalis Eccleſia Alexandrina, ut ſupra probatum eſt per hiſtorias, & per cap.*Quùm Beatiſſimus* 24. qu.1.

Item Eccleſia Nemancen. ut in cap. *Ad noſtram* de confirm. util. vel inutil. Item Eccleſia Tholoſana in Gallia, Metropolitana, ut in cap.*Prætereà* de præb. & in cap.*In cauſis* de elect.

Item Eccleſia Grationopolitana in Gallia, ut in cap.*Per tuas* de voto. Item Eccleſia Anicien., quæ utitur pallio in Gallia, de qua aſſumptus eſt Clemens Papa IV. Item Eccleſia Avenionen. Metropolitana, licèt à triginta annis ſit reducta in Canonicos ſeculares. Aliqui tamen adhuc Canonici Regulares ſuperſunt, & in Choro, & ſtallo ſimul manent cum Canonicis ſecularibus, & eos præcedunt. Item eſt in Eccleſia Tholoſana, & in dicto cap.*Prætereà* de præb.fit mentio de Archidiacono Tholoſanæ Eccleſiæ regulariter profeſſo. Item Eccleſia Arelaten.Metropolitana in Provincia Provinciæ. Item Eccleſia Zanzatonen., Eccleſia Oranien. Eccleſia Sancti Flori, Eccleſia Magulon in lingua Hauſitana. Item Eccleſia Cæſarauguſtana Metropolitana, & Eccleſia Oxomen. in Hiſpania, ex qua fuit S. Dominicus Inſtitutor Fratrum Prædicatorum. Item Eccleſia Salsburgen. Metropolitana, & Eccleſia Brandeburgen. Metropolitana in Germania. Item Eccleſia Taraconen.Metropolitana,& Eccleſia Pamplonen.in Regno Navarræ. Item Eccleſia Geronden, & Eccleſia S. Andreæ Metropolitana in Regno Scotiæ. Item in Italia erant quoque multæ Eccleſiæ Cathedrales Canonicorum Regularium, quorum magna pars redacta eſt in Canonicos Seculares, ſicut Eccleſia Peruſina, Eccleſia Eugubina, & aliæ plurimæ in diverſis Mundi partibus, quæ adhuc ſuperſunt, & reguntur per Canonicos Regulares. Eſt iſti, qui veniunt ex India dicunt, quòd major pars Eccleſiarum Cathedralium Indiæ; immò quaſi omnes gubernantur per Canonicos Regulares, quoniàm ibi adhuc viget in Eccleſia ille cultus Regularium Clericorum, qui fuit in primitiva Eccleſia, & dicunt, quòd omnes illi Canonici profitentur inſtituta Clericorum ſecundùm Regulam Beati Auguſtini, quæ

omnia

Digitized by Google

omnia arguunt, & expreſsè denotant Clericalem ſtatum in eis eſſentialiter vigere, quùm cæteris Religioſis, non legatur Cathedrales Eccleſias aliquandò ad regimen ab earum inſtitutione commiſſas fuiſſe ab Eccleſia, ſicut Canonicis Regularibus.

Habent ergò Canonici Regulares Eccleſias Cathedrales, & Metropolitanas, habent Eccleſias Collegiatas cum dignitate Abbatiali ab ipſarum Eccleſiarum inſtitutione, ſicut patet in cap. *Intelleximus* de ætate, & qualit. in cap. *Ex parte* de poſtul. in cap. *Quùm I.& A.* de ſent. & re judic. in cap. *Significaſti* il 2. de Homil. & etiam de jure antiquo, ut patet in cap. *Statuimus* 19. quæſt. 1. ubi fit mentio de Abbate, & Abbatia S.Rufi; Iſte quippe Rufus, ut tradunt Hiſtoriæ, fuit Diſcipulus Apoſtolorum, & Clericus Regularis, primuſque Archiepiſcopus Avenionen. undè & dictam Eccleſiam Avenionen. Metropolitanam per Canonicos Regulares gubernandam inſtituit. Inſtituit & Canonicam in Delphinatu ſub Abbate extra muros Valentiæ, in qua & corpus ejus nunc requieſcit, appellaturque Abbatia Sancti Rufi, & eſt digniſſima, habens ſub ſe innumeras penè Abbatias, Præpoſituras, Archipresbyteratus, & Eccleſias Collegiatas, & Parochiales in tota Gallia, per quod adhuc manifeſtiùs conſtat, inſtitutionem Canonicorum Regularium, ut dictum eſt, fuiſſe tempore Apoſtolorum, quam poſteà Divus Eccleſiæ Doct. Auguſtinus, aliquantulùm ſuo tempore collapſam inſtauravit, ut ſupra tactum eſt. Et quamvis tunc non appellarentur Canonici Regulares, ſed Clerici, & Sacerdotes, poſteà tamen pro priori vocabulo dicti ſunt Canonici, ſicut à ſimili contigit de nomine Chriſtianorum. Primò enim Fideles quique dicti ſunt Diſcipuli, vel Fratres, ſed poſtquàm Apoſtoli Antiochenum Concilium celebrarunt, dicti ſunt Chriſtiani.

Poterat ſanè Eccleſia hujuſmodi Regulares Clericos appellare, vel Monacos, vel Fratres, ſicut omnes alios Religioſos appellat, ſi idem genus eſſet cum aliis Religioſis, ſed quoniam longè differunt ab aliis, ſeu Monacis, ſeu Fratribus, & præſertim in Clericatu, qui eis eſſentialiter ineſt, ideò alio, & diverſo vocabulo Clericis tantummodò congruenti, eos Eccleſia appellavit, videlicèt Canonicos, quòd quidem vocabulum, ut ſupra probatum eſt, non niſi naturalibus Clericis ex ſua eſſentia convenit. Ideircò Ædes Canonicorum Regularium non appellantur propriè Monaſteria, ſicut & Ædes Monacorum, ſed impropriè ex vulgari vocabulo ab unitate ſumpto, vel ex eo, quòd in plurimis locis titulos Abbatiales habent, quoniam ex conſuetudine Rom. Curiæ, talia loca Monaſteria ſolent appellari. Ædes itaque Canonicorum Regularium propriè appellantur Canoniæ, ut in cap. *Sicut nobis* de regul. vel appellantur Eccleſiæ, ut ex diffinitione Concilii Heduen., cui præfuit Gregorius VII. & habetur 19. quæſt. 3. in cap. *Nullus*. Immò etiam ejuſdem Concilii decreto ſtatutum erat, uè Canonici Regulares ad Monaſterium tranſirent, ſed in ſuis Eccleſiis permanerent, ut dicta 19. quæſt. 6. in Summa, per quod manifeſtiſſimè conſtat, quantùm differat ſtatus Canonicus à ſtatu Monaſtico, quòd conſtare adhuc poteſt ex cap. *Quod Dei timorem*, & Scribentes de ſtatu Monac. ubi declaratur a Summo Pontifice, quòd ſi quidpiam caveatur de Monacis in reſtrictivis, & odioſis, non intelligitur propterea caveri de Canonicis Regularibus, qui ab eis longè differunt.

Patet etiam in præſenti alma Urbe, non dico de Eccleſia S. Mariæ de Pace, quæ dudùm collata fuit ipſorum Congregationi, ſed ubi Papalis titulus: ſcilicèt Eccleſia Lateranen., & principales Eccleſiæ titulorum Cardinalatium ab antiquo ſuæ inſtitutionis tempore colebantur, & regebantur per Canonicos Regulares. De Sacroſancta Baſilica Lateranenſi, conſtat per Apoſtolicas litteras plurimorum Pontificum, & noviſſimè Innocentii Papæ II. quæ Canonicos Regulares in dicta Eccleſia à ſui fundatione viguiſſe teſtantur. Patet etiam per litteras Apoſtolicas Eugenii Papæ IV. qui idem teſtatur. Ait enim de eiſdem Canonicis. *Decebat, ut bi prima in terris Eccleſiæ matris Sanctorum, Apoſtolica providentia curam gererent, qui primorum Chriſtianæ Religionis Clericorum normam, traditiones, &*

inſtituta ſectantur; In ea quippe hec ſancta, & Deo placens inſtitutio antiquitùs, & ab ipſis ferè primordiis obſervata extitit, & eam Sanctam Baſilicam per dicti Ordinis Clericos per longa tempora ſanctè, & ſalubriter gubernatam fuiſſe, certiſſima ſcientia & veritate comperimus, & hoc evidentiſſimè teſtantur innumerabilia documenta. Hæc Eugenius in litteris ſuis, quæ incipiunt, *Chriſtiana Religio &c.* De Eccleſiis verò principalibus Cardinalium titulorum, certiſſimum eſt, quòd nulla fuit inſtituta à ſui exordio ſub Monacis, ſeù aliis Religioſis, ſed benè ſub Canonicis Regularibus. *Sicut Eccleſia* S. Crucis in Hieruſalem, quæ à ſui primordio fuit Canonicorum Regularium, ut patet per litteras Apoſtolicas Alexandri III, directas Ubaldo Presbytero Card. S. Crucis in Hieruſalem, & ejus Canonicis ibidem Regularem vitam profeſſis, & incipiunt: *Quoties illud à nobis petitur &c.* quibus decernit, ne quiſquam eligatur in eod. tit. S. Crucis Cardinalis, niſi de gremio dictorum Canonicorum Regularium S. Crucis. Deficientibus autem ibidem Canonicis Regularibus illa Eccleſia redacta eſt à paucis temporibus ſub Fratribus Carthuſienſibus.

Irem Eccleſia S.Mar iæ Novæ, quæ eſt titulus Cardinalis, quam modo eadem ratione incolunt Monaci albi Ordinis Montis Oliveti: fuit à ſui inſtitutione Canonicorum Regularium, ut patet per litteras Apoſtolicas ejuſdem Alexandri directas Priori, & Canonicis S. Frigdiani, & incipiunt: *Ad hoc univerſalis Eccleſia cura &c.* Item Eccleſia Sanctorum Apoſtolorum, quæ eſt titulus Cardinalaris, quam nunc tenent Fratres Minores.

Item Eccleſia S. Cæciliæ, quam nunc Humiliatorum Fratres retinent.

Item Eccleſia S. Sabinæ, quam habent Fratres Prædicatores.

Item Eccleſia S. Praxedis, quam tenent nunc Fratres Ordinis Vallisumbroſę.

Item Eccleſia S.Stephani in Celio Moute, quam tenent nunc Fratres S.Pauli primi Eremitæ.

Item Eccleſia Sanctorum Joannis, & Pauli, quam tenent nunc Fratres Jeſuati.

Item Eccleſia S.Petri ad Vincula, & S. Potentianæ, & multæ aliæ Eccleſiæ Romæ continentes titulos Cardinalares, fuerunt à prima inſtitutione Canonicorum Regularium, ſicut patet in antiquis privilegiis dictarum Eccleſiarum. Deficiente autem fervore Religionis, illi Clerici Regulares, ſive Canonici, redacti fuerunt in Clericos ſeculares, & deinde ſubcreſcentibus variis ordinibus in Eccleſia Dei, iſtæ Eccleſiæ ſupradictæ datæ ſunt variis Religioſis incolendæ. Nulla tamen Eccleſia, quæ ſit titulus Cardinalaris, à ſui inſtitutione, fuit ordinata ſub Monacis, ſeu quibusvis aliis Religioſis, ſed bene ſub Canonicis Regularibus, ad denotandum expreſsè, quòd quum Reverendiſſimi Cardinales à ſua inſtitutione eſſentialiter ſint Clerici, quum ipſi propriè ſint Clerici S. R. E., ut *96.* diſtinct. cap. *Conſtantinus*. ibi, Reverendiſſimis Clericis S. R. E. ſub eorum quoque titulis, ex eorum inſtitutione, nonniſi Clerici de ſua eſſentia ponerentur. Per quæ conſtat evidentiſſimè Canonicos Regulares tàm ratione Eccleſiarum Metropolitanarum, & Cathedralium, quàm ratione titulorum Cardinalarium, ab ipſarum inſtitutione per eoſdem Canonicos gubernatarum eſſe, & fore, ut ſæpè probatum eſt, eſſentiales Clericos, quod Monacis, & aliis Religioſis, minimè ex ſua inſtitutione competere, ſuperiùs etiam apertiſſimè monſtratum eſt. Ædes enim Monacorum Romæ, & aliorum Religioſorum, ſunt Monaſteria ſine titulis Cardinalium à ſua inſtitutione, ſicut Monaſterium S. Pauli; Monaſteria S. Laurentii extra muros, S. Sabbæ, S. Andreæ, ſive Gregorii; S. Anaſtaſij, vel trium fontium, & S. Sebaſtiani &c. Ad quod etiam accedit, quòd Canonici Regulares, & eorum Eccleſiæ, ac Capitula, fræquentius reducuntur in Canonicos Seculares, & ipſimet Canonici Regulares quotquot ſunt in una Eccleſia, vel Capitulo, ex Apoſtolica diſpenſatione efficiuntur Canonici Seculares, ſicut in facto patet in Tholoſana, & Avinionenſi Eccleſiis Metropolitanis, quæ noſtris diebus redactæ ſunt in Canonicos Seculares, & omnes illi Canonici Regulares quotquot voluerunt effecti ſunt Canonici, & Clerici Seculares, & quotidiè fit, & practicatur in pluribus Ec-

clcſiis

cleſiis Cathedralibus, & Collegiatis Canonicorum Regularium, ſicut etiam de Eccleſia Peruſina. Papa enim non maximam in hoc ſolet facere difficultatem, ex eo quòd omninò ipſi Canonici Regulares, non alterant ſtatum ſuum Clericalem, quum ſint eſſentialiter Clerici, quod nunquam practicatur in Monacis, ſeu aliis Religioſis, quoniam eſſet alteratio de extremo ad extremum, ſine debito medio; quum ipſi non ſint eſſentialiter Clerici ipſa natura, ſicut ſunt Canonici Regulares &c.

TERTIA PROBATIO.

Ex Regula.

TErtiò probatur, Canonicos Regulares eſſe eſentialitèr Clericos ex Regula etiam B. Auguſtini, ſub qua profitentur. Nam ipſa Regula intitulatur *Speculum Clericorum*, & quotiès dicta Regula allegatur in jure, allegatur Auguſtinus de communi vita Clericorum, ſicut expreſsè patet in cap. *Quando neceſſitas* 76. diſtinct. in cap. *Non dicatis*, & in cap. *Nolo* 12. qu. 1. & in cap. *Si quis iraſcitur* 13. qu. 2. & in cap. *Quicunque vult* 17. quæſt. ult. in quibus locis allegatur Regula Auguſtini de communi vita Clericorum. Et gloſſ. in dicto cap. *Nolo*. dicit, quòd Auguſtinus de conſenſu ſuorum Clericorum fecit Regulam, quòd non poſſent habere proprium, & in dicta Regula vocat ſe, & ſuos ſimpliciter Clericos, vel Conclericos communiter viventes. Et quanquàm varii Religioſorum ordines, qui à paucis temporibus ſupervenerunt, profiteantur ſub Regula Auguſtini, ſicut ordo Præmonſtratenſium: ordo Cruciferorum: ordo S. Hieronymi; ordo Prædicatorum: ordo Eremitarum: ordo S. Brigidæ: ordo Servorum: Militum Teuthonicorum: ordo militum Chriſti: ordo militum S. Jacobi in Hiſpania: ordo militum Rhodiorum; ordo S. Spiritus de Urbe: ordo S. Antonii de Vienna, & alii plures ordines, qui inter Regulas approbatas elegerunt Regulam Auguſtini, juxtà determinationem capituli, *Pernicioſam* 18. qu. 6., tamen non dicuntur ordines S. Auguſtini ſimpliciter, niſi Canonicis Regulares, tanquàm naturales, & originarii filii Auguſtini, ſicut patet in literis Apoſtolicis ſuper proviſione Eccleſiarum, Monaſteriorum, Prioratuum, & aliorum beneficiorum Canonicorum Regularium, ubi Papa dicit ſimpliciter Eccleſiam, Monaſterium, Prioratuum &c. Ordinis S. Auguſtini, abſque alia mentione de Canonicis Regularibus. Et quoties Papa dicit ſimpliciter Ordinis S. Auguſtini, non præmittendo aliud ſignum, ſemper intelligitur de ordine tantum Canonicorum Regularium, & non de ordinibus aliis, licet profiteantur accidentaliter Regulam Auguſtini. Quod etiam patet in libro taxarum per Sedem Apoſtolicam ordinato: ubi ponitur Eccleſia, Monaſterium, Prioratus &c. ordinis S. Auguſtini ſimpliciter, & intelligitur ſemper de Canonicis Regularibus tantùm. Quanquàm enim ſecundum Apoſtolum ad Rom. 19. non ſit diſtinctio Judæi, & Greci; nam idem Dominus omnium, & non ſit perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente qui timet Deum, & operatur juſtitiam, acceptus eſt illi, ut ſcribitur Act. 10. Regula tamen Auguſtini non fuit edita propriè pro iſtis ordinibus de quibus ſupra, quum nondum eſſent in rerum natura, ſed pro Clericis propriè tantùm ſeu Canonicis, ut per totam Regulæ ſeriem evidenter patet. Undè tanquàm proprii, & naturales filii Auguſtini, & eſſentiales Clerici, ſoli deferunt aſſiduè habitum Clericalem, ideſt togam lineam ſeu Rocchettum, ad inſtar Epiſcoporum, & in Eccleſia omnes communiter utuntur ſuperpelliceis lineis, ad inſtar Clericorum ſecularium, cum Almutiis de panno, & alio etiam cultu, ſolis Clericis etiam ſæcularibus permiſſo, ut infra dicetur. Quarè quum Auguſtinus Clericus, & Epiſcopus uteretur toga linea, ſicut ipſe teſtatur in ſermone de communi ultra Clericorum, qui incipit: *Charitati veſtræ &c.* dicens *Togam lineam &c.* concedens quoque erat, ut filii ejus proprii, & naturales, tanquàm eſſentiales Clerici paterno habitu, ideſt toga

linea

linea uterentur, quum filius ſequi debeat conditionem patris, cap. *Judęi*, 28. qu. 1. l. *Exemplo* C. *De decur.* & l. *Eos*, & l. *Nullus*, & l. 1. ff. *Ad munim.*

QUARTA PROBATIO.

A decretis Pontificum, & generalium Conciliorum.

QUartò inſuper probo, Canonicos Regulares eſſe eſſentialiter Clericos, & quantùm ad præminentiam, & eundem ſtatum Clericalem nihil differre à Clericis ſecularibus, Summorum Pontificum, & generalium Conciliorum decretis, conſtitutionibus, & declarationibus.

Quùm Monaci, cæterique Religioſi in toto corpore juris, nuſquàm appelentur nudo vocabulo Clerici, ſed vel Monaci, vel Fratres, ſi probavero Canonicos Regulares in locis penè innumerabilibus in jure, & extrà, appellari, & deſignari per Summos Pontifices, generalia Concilia, & approbatiſſimos Doctores, hoc nudo vocabulo *Clericos*; conſequens erit, quòd, & ſint verè, & eſſentialiter Clerici, & eandem habitus, & præeminentiæ Clericalis rationem habeant, quàm, & Clerici ſeculares, tantumque differant in ſtatu ſuo Clericali a Monacis, & aliis Religioſis, quantùm differunt civis naturalis & privilegiatus.

Patet hoc primò. 16. queſt. 1. in cap. *Decimus*, ubi prohibentur exigi decimæ à Clericis communiter viventibus, & a Monacis, dicuntque ibi Doctores, Clericos communiter viventes, eſſe Canonicos Regulares.

Item 15. quæſt. 2. cap. *Obſervandum*. prohibetur nequis Sacerdotum, vel Clericorum debeat advocare. Ubi Gratianus dicit hoc intelligi de Clericis, qui vitam communem, vel Regularem profeſſi ſunt, & tamen appellantur ſimpliciter Clerici, & iſte Canon editus eſt in Concilio Taraconen. & Taraconenſis Eccleſia, quæ eſt Metropolitana, eſt Canonicorom Regularium, ut notorium eſt.

Item in cauſa 19. in Summa, ubi dicitur. *Duo Clerici*, quærit Gratianus in 3. quæſito. Quid ſi iſti Clerci eſſent Canonici Regulares? & Auguſtinus in cap. *Legi*. 16. quæſt. 1. vocat ſe ſimpliciter Clericum.

Item 32. diſtinct. in cap. *Præter*. dicitur: ſicut oportet, Religioſi Clerici, ſimul manducent, & dormiant, ubi Doctores de Canonicis Regularibus id exponunt.

Item de con. diſtinct. 5. in cap. *In omnibus*. dicitur, Decernimus, ut Canonici Clerlci canonicè vivant, ſimul in uno Epiſcopatu manducent, & dormiant, audiant lect.onem &c. Gloſſ. dicit, quòd per iſtos Clericos intelliguntur Canonici Regulares. Patet etiam, quòd in titulo de vita, & honeſt. Cler. includuntur Canonici Regulares tanquàm Clerici, non autem Monaci, ut in cap. *Quoniam*. juncta gloſ. eod. tit. & quia, ut ibi conſtat, ille titulus includit tàm Clericos Regulares, quàm Seculares, non autem Monacos.

Et dicunt Doctores ſignanter Abbas, in cap. *Licet*. de off. ord. unum quod eſt notabile, ſcilicet quòd Clericatus magis propriè iueſt Clericis Regularibus, quàm Secularibus. Ex etymologia enim vocabuli Cleros græcè, ſors latinè interpretatur, & ipſi Regulares Clerici in communi viventes magis ſunt ſors Domini, quia verius dicunt: *Pars mea Dominus*. 12. queſt. 1. *Duo ſunt, &c. Cui portio Deus*. & cap. *Clericus*. ubi dicitur. Qui proprium habuerit, puta aurum, argentum, ſeu poſſeſſiones, aut variam ſuppellectilem, neque eſt ſors Domini, neque Dominus pars ejus eſt &c. ſunt verba Hjeronymi nomina profecto debenr eſſe conſona rebus, Inſtit. de don. §. eſt, & aliud cap. *Si cupis*. 16. quæſt. 1.

Ideo ipſe Abbas in cap. *Bene*. de poſtul. præla. dicit quòd, Canonicus nil aliud eſt, quàm fraternus Clericus vel Clericus in fraternitate conſtitutus, quòd maximè congruit Canonicis Regularibus, Probatur etiam in cap. *Cum cauſam*. de elect. ubi fit mentio de Clericis ſimpliciter ſub Regula Auguſtini, & in cap. *Dilecti* de jud. & in cap. 1. de eo qui mit. in poſ. cau. re. ſer.

Item

Item in cap.1.de appell. in cap. *Quoniam.* de vit. & honeſt.cler. & in cap.*Pleriqúe* de pact.

Ultimo pro expeditione totius hujus materiæ, ad omnem ambiguitatem tollendam adduco axpreſſas declarationes ſummorum Pont. Et primo Paſchalis Papæ II,& Benedicti XII.in ſuis conſtitutionibus de reformatione Canonici ſtatus circa principium, ubi dicunt expreſsè, Regulares Canonicos illos eſſe veros Clericos, quos in principio naſcentis Eccleſiæ Apoſtolicus ordo inſtituit.

Item Eugenius Papa IIII. in ſuis litteris Apoſtolicis, de Canonico Ordine in Baſilica Lateranen. ut antiquitus erat inſtaurando inter cætera ait. *Pia & Sancta inſpiratione ducti, & domus Dei zelo ſoliciti, Sacratiſſimi Pontifices prædeceſſores noſtri, bonorum privilegiis ſublimarunt, & decorarunt titulis dignitatum, Divinam in teris familiam Clericorum, qui Religioſam vitam ducerent, & ad exemplum naſcentis Eccleſiæ Sanctam inſtitutionem ſervarent, quos Regulares Canonicos appellamus.* Et idem quoque Eugenius in eiſdem lireris ait. *Horum profecto Regularium Clericorum, ſeù hujus Sacri Ordinis, & ſancti propoſiti poſt Sanctos Apoſtolos primùm in Alexandrina Eccleſia Marcus Petri Diſcipulus fuit inſtitutor, & conditor, & ſan.me.Urbanus inſignis Martyr, & Sanctiſſimus Pontifex, generalis decreti Ordine reformavit, ac glorioſus Doctor Auguſtinus Epiſcopus, divinis Regulis, & doctrina decoravit, ac Beatiſſimus Gregorius Pontifex, Auguſtino Anglorum Epiſcopo velut plantationem ſacram in commiſſo ſibi populo præcepit inſtitui, & in occidentis finibus ampliavit. Hi ſunt profectò, qui Sanctorum Patrum vitam probabilem, ut veri Clerici imitantur, & Apoſtolorum inſtituta inſtinctu Spiritus Sancti renovant.* Hæc Eugenius Papa.

Idem de eadem materia aſtruit Nicolaus V. in ſuis litteris Apoſtolicis, quæ incipiunt, *Quùm à nobis*, & Sixtus IV. in ſuis litteris Apoſtolicis, quæ incipiunt *Regimini &c.*

Item Summi Pontifices quùm Clerum nominant, & Monacos, ac alios Religioſos,ſemper connectunt Canonicos Regulares cum Canonicis Secularibus, Monacos verò de per ſe, vel cum aliis Religioſis, ſicut patet in Bullis Alexandri III. quæ diriguntur Archipresbytero, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & incipiunt *Iurgia litium &c.* in quibus dicitur Canonici tàm Regulares, quàm Seculares, deindè Monaci &c.

Idem Nicolaus Papa V. in Bullis, quæ incipiunt, *Quanto Baſilica Apoſtolorum &c.*

Idem Joannes de Deo ubi ſupra.

Idem S.Thomas in pluribus locis, de quibus ſupra.

Idem Vincentius in ſuo Speculo Hiſtoriali lib.18.& 19.cap.34. & lib.26. ubi dicit Canonicos Regulares Clericos ab Apoſtolis inſtitutos, & ab Auguſtino illuſtratos florere in Eccleſia Belvacen.

Idem Joannes Andreas in cap. *Sanè* de reg. ubi etiam addit, quòd Canonici Regulares ſunt ita eſſentialiter Clerici, quòd non poſſunt eſſe niſi tales, quod non eſt in aliis Religioſis.

Idem Abbas in cap.*Epiſcopus* de præb.Immò ait ibi dictus Abbas, quòd in primitiva Eccleſia non erant præbendæ, quia omnes Clerici vivebant in communi ſine proprio.

Idem Archidiaconus in cap.*Mandamus* 19.quæſt.3.

Idem Archiepiſcopus Florent. ubi ſupra, qui dicit, Canonicos Regulares repræſentare illam unitatem, quæ in primitiva Eccleſia erat in Clericis, Monacos vero Laicalem unitatem. Status enim Monacorum, & aliorum Religioſorum eſt ſtatus merè pœnitentium, nec eſt ſtatus, cui competat docere, vel adminiſtrare Sacramenta, ſicut Clericis,& Canonicis Regularibus, ut ait Hugo in lib. de Sacramentis, & Thomas in Opuſculis contra impugnantes Religionem ubi ſupra.

Ideo quùm ad Epiſcopalem ſtatum aſſumuntur, tàm Monaci, quàm alii Religioſi non Canonici, deferunt adhuc habitum Monacalem, vel proprii Ordinis, ut

ut in cap. *Clerici officia*. de vit. & honeſtat. Cler. Canonici autem Regulares, juxta ea quæ inferius demonſtrabuntur, tanquàm Clerici utuntur hbbitu cæteris Prælatis Clericis conſueto, per quæ evidentiſſimè conſtat eorum Ordinem, quo ad Clericalem ſtatum eſſentialem, nihil differe à Canonicis, & Clericis ſecularibus.

CONſtituto itaque, & probatu per prædictas quattuor demoſtrationes, Canonicos Regulares eſſe eſſentialiter Clericos, cujuſmodi non ſunt Monaci, & alii Religioſi, & non tantùm eſſe Clericos, ſed & Canonicos, quod non convenit niſi eſſentialiter Clericis, ut ſupra dictum eſt, & quòd præſupponit Clericatum ineſſe, & aliquid plus neceſſario, ſcilicèt perſonatum, ut probatur in cap. 2. de inſtit. & in cap. *Per exemptionem* de privil. in 6. & doct. in cap. 2. *Statutum* in verſic. *Canonicis* de Reſcript. in 6. Omnis enim Canonicus eſt Clericus, & non è converſo, ut dicit Innocen. & alii in cap. *Sedes* de Reſcript. & præſertim Abb. in cap. *Bona* il 1. in primo notabili de poſt. præl. & in Rubr. de vita, & honeſt. Clet. & in cap. *Quum tibi* de verb. ſig., quod cadit etiam in Canonicis Regularibus, ut ſupra probatum eſt, conſequens eſt, & demonſtrativè ſequitur, quòd quùm habitus debeat congruere ſtatui, & ſtatus uniuſcujusque debeat ejus habitum ordinare, quià finis neceſſitat ea, quæ ſunt ad finem [ut inquit Philoſophus] quòd ſtatui Canonicorum Regularium tamquàm ſtatui eſſentialitèr Clericali, non debeat competere niſi habitus Clericalis; data tamen aliqua differentia, dum procedunt in publicum, in linea toga, ſivè Rochetto, qui eſt eſſentialis habitus Clericalis in Canonicis Regularibus, ut patet per dicta ipſius Auguſtini in Sermone ſupra allegato, & per gloſ. & doct. in Clem. 1. de elect. in verſ. *Vel habitus*, per quam differentiam diſcernatur Clericalis profeſſio, & perſonatus, quem ex ipſo nomine indicant.

In reliquis, ſcilicèt in forma, & colore aliorum veſtimentorum, non eſt taxatá aliqua norma determinata Canonicis Regularibus, neque ab Apoſtolis, neque ab Auguſtino, neque à Jure communi, niſi ea, quæ Clericis ſecularibus convenit. Immò Auguſtinus videtur prohibuiſſe aliam formam, quæ ſingularitatem aliquam præferret ab aliis Clericis, excepta toga linea dumtaxat, dum dicit in Regula, *Non ſit notabilis habitus veſter*, ubi Hugo dicit, quòd Auguſtinus voluit maximè, ut Clerici ſui omne genus ſingularitatis in veſtibus evitarent, per quod in alicujus hypocriſis ſpecimen, vel ſuſpicionem venire poſſent, ne in veſtimentis Ovium poſſent aliquandò dici Lupi rapaces. Undè ipſe Auguſtinus in Sermone ad Clericos ſuos ſuper illis verbis Salvatoris, *Tu autem quàm jejunas unge caput tuum, & faciem tuam lava*, Matth. 6. cap. inquit, quod non in ſolo veſtimentorum nitore, atque pompa, ſed etiam in ipſa utilitate eſſe poſſe jactantiam, & eo perículoſiorem, quo ſub nomine ſervitutis Dei decipit, & fallit doloſè imagine ſanctitatis, intentosque in ſe hominem oculos facit inuſitato veſtimentorum cultu, quum id voluntate quiſque faciat, non neceſſitate patiatur. Hæc Auguſt.

Ex ſupradictis autem omnibus verificantur, probantur, & demonſtrantur ſeptem ſuprapoſitæ concluſiones, & ſingula ipſarum. Ad quarum etiam majorem corroborationem, & evidentiam, adducitur univerſalis quaſi, & antiquiſſima conſuetudo. Nam de forma, & colore aliorum veſtimentorum Canonicorum Regularium prȩter lineam togam, quæ eſt communis omnibus, conſuetudo eſt quaſi ubique terrarum, quòd dicti Canonici incedant more Clericorum ſecularium, ſcilicèt cum parva corona, cum mantello, ſeu veſte talari, & almutiis de panno ſuper humerum, licet hæc Congregatio in Italia à paucis citrà annis ſpecialem apud ſe vivendi modum, & ſpecialem ſibi aſſumpſerit habitus formam, namque deferunt veſtes interiores de panno albo, & togam lineam cum manicis longis, & deſuper habent capas nigras cum parvo caputio, ſeu mantellos oblungos quandò exeunt ad Populum, nam intrà domeſticos parietes deferunt Almutias humiles, humiles tamen, quòd & ſervant in itineribus, & omnes incedunt uniformiter, quæ tamen conſuetudo, & forma non eſt generalis in toto Ordine Canonico, ſed eſt particularis, & ſpecifica illi Congregationi, quæ reſpectu totius Ordinis Canonici, eſſe

quid

quid exiguum, nec mores unius Congregationis accidentales derogat propter hoc toti Ordini, quoniàm ſpecies eſt ſub genere contenta, non genus ſub ſpecie, nec conſuetudo, & lex municipalis unius Civitatis ligat eos, qui eidem Collegio non ſubiiciuntur, ſicut ſuperfluum eſſet de hoc adducere Canones, & leges, quæ ſunt penè innumerabiles. Quòd Canonici Regulares, qui non ſubiiciuntur præfatis Congregationibus, incedant more Clericorum ſecularium excepta toga linea, vel Rochetto quùm in publicum procedunt, patet in omnibus Nationibus Chriſtianorum. Et primò in Italia, Papiæ in Abbatia Sancti Petri in Cœlo Aureo Ordinis præfati S. Auguſtini, in qua & Corpus glorioſum ipſius Auguſtini requieſcit, ubi Canonici Regulares incedunt more ſecularium Clericorum excepta toga linea, vel Rochetto cum manicis ſtrictis, & longis adinſtàr manicæ inferioris veſtis ſicut in Romana Curia.

Item in Civitate Lucana in Canonia digniſſima Sancti Frigdiani incedunt eodem modo.

Item apud Tridentinum in S. Michaele.

Item apud Montem S. Bernardi in Sabaudia, ubi eſt clariſſima Canonia dicti Ordinis.

Item in Italia in omnibus illis Canonis, ubi Canonici dictæ Congregationis degunt.

Item in Germania, quùm in plurimis locis, in Eccleſia etiam Salſerben. & in Eccleſia Brandeburgen. incedunt more Clericorum ſecularium ut ſupra.

In Gallia univerſaliter per totam Galliam tàm in Prioralibus, & Præpoſituralibus, quàm in Archipresbyteralibus, & Collegiatis Eccleſiis, in Collegiis, & Cathedralibus Eccleſiis, & Monaſteriis dicti Ordinis, omnes Canonici Regulares tamquàm eſſentiales Clerici, incedunt more Clericorum, & Canonicorum ſecularium.

Idem in Britania.

Idem in Anglia, ſicut Reverendiſs. Dominus Card. Angliæ, & alii plures tàm Prælati, quàm aliæ egregiæ perſonæ de Anglia, qui perſonaliter non degunt Romæ, & præſertim Dominus Orator Angliæ teſtificari poſſunt. Immò omnes iſti dicunt, quòd in Anglia Canonici Regulares indifferenter utuntur *colore violaceo, ſicut Clerici ſeculares*, & toga linea, ſicut Rochetto quùm procedunt in publicum cum manicis ſtrictis, vel clauſis more Romanæ Curię, & quòd Prælati ex dicto Ordine utuntur colore roſaceo, & nullam habent differentiam in habitu à Prælatis ſecularibus, & quòd conſuetudo eſt antiquiſſima, & approbata ab antiquiſſimo tempore, quòd eſt maximè attendendum, quoniàm Beatus Gregorius Papa ipſos Canonicos, ſivè Clericos Regulares, qui ſunt in Anglia, juſſit in omnibus penè Eccleſiis Anglicanis inſtitui per Auguſtinum Anglorum Epiſcopum, ut ſupra dictum eſt, & patet in cap. *Quià tua fraternitas*, & Anglia quodam peculiari Jure eſt ſubjecta Romanæ Eccleſiæ.

Idem fit in Scotia in Eccleſia potiſſimùm Sancti Andreę, quæ eſt Metropolitana.

Idem in Hybernia, quùm in pluribus locis, in Eccleſia potiſſimùm S. Patricii, ubi dicitur eſſe Puteus S. Patricii.

Idem in Regno Navarræ in Eccleſia Pampalunen.

Idem in Hyſpania in Regno Caſtellæ, in Eccleſia præſertim Cæſarauguſtana, & in Eccleſia Exomen.

Idem in Regno Portugalliæ in Civitate potiſſimùm Ulixbonen. ubi ſunt variæ Canoniæ Canonicorum Regularium, ex quibus floruit Sanctus Antonius de Padua Canonicus Regularis, deindè Frater Minor, & hoc ſufficiat quantum ad formam indumentorum Canonicis Regularibus competentem. Sequitur de colore eiſdem Canonicis permiſſo.

Digitized by Google

DE COLORE PERMISSO

Canonicis Regularibus.

Sic etiam vides ad Div. Laurentii Mediol. in Sacello Divi Aquilini opere vermiculato, ſive muſivo Salvatorem, atque Apoſtolos Rochetis amictos albiſq; ſuppariis.

DE colore vero dictorum veſtimentorum, non eſt dubium, quòd toga linea, quæ aliàs Camiſia Romana dicitur, debet eſſe alba, quoniam denotat perfectionem Apoſtolicam, ſivè in vita communi, & abdicatione proprii, & adminiſtratione Sacramentorum, ut in dictis Canonicis Regularibus eſſentialiter Clericis, ſivè in regimine Eccleſiarum, & in officio prædicationis, ſicut in Epiſcopis. Habitus iſte candidus, quo utuntur Epiſcopi, & dicti Canonici Regulares in toga linea, ſeu Rochetto eſt verus habitus Apoſtolorum, ut referunt plurimi Doctores, inter cæteros Nicolaus de Lira Apocal. 4. ſuper illis verbis, Et vidi, & ecce Equus albus &c. & ſubdit ibi Nicolaus, quòd ea cauſa Maumetus in ſuo Alcorano appellat Apoſtolos, Viros dealbatos, & in omnibus Picturis antiquis, ut patet Romæ pinguntur in habitu albo Apoſtoli. Sic etiam fuerunt præfigurati in veteri lege per Hierem. Tren.4. ubi dicitur, Candidiores Nazaræi ejus nive, nitidiores lacte, quòd præcipuè refertur ad munditiam interiorem, quæ deſignatur per ipſam exteriorem candiditatem lineam, undè Eccleſ.9. Omni tempore veſtimenta tua ſint candida. Decet profectò, ut Clerici (Regulares præſertim), qui in ſortem Domini aſſumpti, Angelicam non humanam ſectantur converſationem. Decet, ut Epiſcopi in quorum vitæ integritate tanquàm in ſpeculo mundo, univerſi Fideles ſpeculari debent, & qui per ſtatum perfectionis, & ſupercæleſtium contemplationis, ſapere debent, quæ ſurſùm ſunt, non quæ ſuper terram, & dicunt cum Apoſtolo ad Philipp. 3. Converſatio noſtra in Cælis eſt, habitu etiam Cæleſtium Civium utantur, qui in ſacris eloquiis candido ſemper habitu apparuiſſe perhibentur, ſicut Matth. ult. Angelus Domini deſcendit de Cælo, cujus veſtimenta erant ſicut nix. Ex Marc. 16. Mulieres introeuntes monumentum viderunt juvenem ſedentem in dexteris coopertum Stola candida, & Joann.20. Vidit Maria Magdalena duos Angelos in albis ſedentes, & Act.1. Ecce duo Viri aſtiterunt juxtà illos in veſtibus albis &c.

De ſuperindumentis lineis, quòd ſint proprius habitus Clericorum, & Levitarum patet, Exod.28. ubi dicitur, Facies filiis Aaron tunicas lineas, & debent eſſe ſtricta hæc indumenta linea, quibus Pontifices, & veri Levitæ in ſortem Domini aſſumpti Regulares Clerici utuntur, ut ſint infrà ſeipſos ad interiora collecti, non ad exteriora effuſi, vagi, & diſſoluti, fluenteſque ad omnem inanis gloriæ ventum hùc, & illùc, in concupiſcentiam Mundi hujus, & carnalia deſideria, quæ militant adversùs Animam, undè dictum fuit ad Moyſen. Exod.28. de Indumentis ſacerdotalibus - Facies tunicam lineam ſtrictam, Ezech. etiam 9. Qui apparuit cum atramento, ut ſignaret in frontibus Electorum, erat indutus lineis. Linum quippe quod multo cum labore ad candorem perducitur, deſignat tolerantiam in adverſis, humilitatem in proſperis, ut igne tribulationum probati Sacerdotes, & Apoſtolicam vitam profitentes Clerici, dicant illud Pſalm.65. Tranſivimus per ignem, & aquam, & deduxiſti nos in refrigerium, provectivè ad Epiſcopalem celſitudinem canant illud Davidicum, Domine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei, neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus ſuper me. Tradunt quoque naturales, ut Plin.lib.20.Nat.Hiſt. cap.22. quòd lini ſuccus inter alias proprietates duas habet. Prima eſt, quòd aciem oculorum acutam facit; Secunda eſt, quòd cerebri melancholiam mitigat, quorum alterum intellectum ſcientia illuminatum, aliud providentiam debitam in Prælato, & adminiſtrandis Sacramentis deputato ſignificant. Non ſatis enim eſt, Prælatum fore ſcientificum, niſi etiam ſit prudens diſpenſator miniſtroriorum Dei, ut inter diſpenſatores fidelis inveniatur, ut 1.Corinth.4. Dicunt etiam aliqui Doctores, quòd Salvatoris noſtri tunica inconſutilis erat linea, deſuper contexta per totum. Et ipſe prævisus fuit

in

in ſpiritu à Daniele Propheta iudutus lineis, Danielis 9. Ecce vir unus veſtitus lineis &c. & quòd color veſtimentorum ejus erat candidus. Daniel.7. Veſtimentum cjus quaſi nix candidum: Vndè in transfiguratione ſua, qua deſignat Prælatorum transformationem in virum alterum, de imperfectione ad perfectionem vitæ, quùm ad prælationem promoventur veſtimenta ejus facta ſunt alba ſicut Nix, Matth.28. 2.Corinth.3. Nos verò revelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eamdem imaginem transformamur &c. Ea ratione Summus Pontifex, qui Chriſtum Dominum repræſentat in Terris, induitur Tnnica Alba, tamquàm verus Apoſtolicus. De Jacobo Apoſtolo Hieroſolymitano Epiſcopo, qui utebatur veſte linea, dictum eſt ſupra.

DE ALIIS VESTIMENTIS

Præter togam lineam.

ALia autem veſtimenta Canonicorum Regularium præter lineam togam, ſeu Rochetum, quùm nihil incontrarium caveatur, neque ab eorum Regula, neque a jure communi, neque ab vniverſali uſu, & quòd non eſt prohibitum cenſeatur permiſſum. 27. queſt. 2. *Lex Divina.* & 27. queſt. 3. cap. *Illud cum alijs concord.* poſſunt eſſe cujuſcunque coloris Clericis ſecularibus non interdicti. Unde dicti Canonici Regulares etiam in eadem Eccleſia, & Capitulo, uti poſſunt diverſo colore, ſicut, & ipſi Clerici Seculares, quia vnus utitur colorore rubeo, alius cęleſtino, alius leonaceo, ſic videbis, quaſi in omnibus Ordinis ipſius ſupra memoratis Congregationibus. Et Sagrum Colegium Papienſis univerſitatis, in conſilio, quòd incipit. *In nomine Sanctæ &c. Nos juris utriuſque Doctores, &c.* dicit quòd in Canonicis Regularibus non eſt curandum de colore veſtimentorum, dummodo deferant lineam togam, juxta dictum Jo. And. in Cle. 1. de rel. domi. in verſi. vel habitus.

Immò Benedictus XII. Papa qui dictum Ordinem Canonicum plurimis conſtitutionibus, & privilegiis decoravit, & reformavit, in eiſdem conſtitutionibus in cap. de forma, & honeſtate habirus, & veſtimentorum, ſtatuit, ut ipſi Canonici Regulares, pro vero, & proprio habitu, nihil aliud deferant; niſi ſuperindumenta linea, quæ etiam enunciat eſſe ad formam Rochetorum, & Camiſiarum Romanarum, ut ibi patet.

Adde etiam, quòd in Abbatia S. Petri ad Aram, quæ eſt Canonicorum Regularium, dum hæc Congregatio Lateranen. illuc introduceretur, erant Canonici Regulares utentes Rocheto, & ſupra Rochetum veſtibus cæleſtini, & *violacei coloris*: & adhuc ſunt antiquiſſimæ picturæ, in teſtimonium.

In Burgundia utuntur indifferenter quocunque colore non prohibito Clericis Secularibus, ſicut patet in nobiliſſima Canonia S. Petri de Matiſcone, & apud Divioncm in pluribus Canoniis, & Eccleſiis Canonicorum Regularium.

In Gallia penè ubique utuntur colore ad libitum, dummodo non ſit prohibitus Clericis Secularibus.

Idem in Anglia, & utuntur communiter ibidem *colore violaceo*. Et ſi ſunt Epiſcopi colore roſaceo, ut Reverendiſſimus dominus Cardinalis de Anglia, qui nunc eſt Romæ, & dominus Orator Angliæ cum tota penè familia atteſtari poſſunt.

Idem in Flandria, & Brabantia, quòd eſt evidentiſſimum argumentum ex tàm *univerſali conſuedudine, quòd poſſunt uti colore ad libitum*, ut dictum eſt: exceptis tamen illis Congregationibus, & Eccleſiis, quæ accidentaliter ſe arctarunt ad determinatum colorem. Regularis quippe profeſſio ſub Regula Auguſtini non impedit, quin quocunque honeſto colore utantur profeſſores ejus, ſicut patet in Fratribus Ordinis Cruciferorum, qui utuntur colore cœleſtino, vel violaceo obſcuro, ſicut manifeſtiùs apparet in Fratribus Hieroſolymitanis vel Rhodien. Militiæ Jeſu Chriſti, vel S. Jacobi. qui omnes ſunt Regulares, & profitentur expreſsè, Regu-

 lam

lam Auguſtini, & tamen utuntur quocunque colore ad libitum: quia Regularis profeſſio hoc non impedit. Et ſi dicatur, quòd quanquàm dicti Fratres ſint Regulares, ex eo tamen quòd ſunt milites, & ad militaria in ordinati uti poſſunt omni habitu militibus etiam Secularibus non prohibito; dummodo deferant ſignum quo, à Secularibus diſtinguantur, ſcilicet Crucem, ut conſueverunt, dicendum eſt ſimiliter, & pariformiter, quòd Canonici, quamvis ſint Regulares, ex eo tamen quòd ſunt eſſentialiter Clerici, & ad Clericatum, non aliter ordinati (ut ſupra probatum eſt) uti quoque poſſint habitu Clericis Secularibus non prohibito; dummodo deferant itidem ſignum aliquod, quo à Clericis Secularibus diſtinguantur, ſcilicet togam lineam, vel Rochetum, quia Regularis profeſſio non impedit quin dicti milites utantur colore, & habitu, aliis etiam Secularibus permiſſo, nec ſimiliter prohibet aut impedit, quin Canonici, qui ſunt eſſentialiter Clerici, non utantur habitu, & colore Clericis etiam Secularibus conceſſo; dummodo ſicut dicti Fratres ſeu milites deferunt pro eſſentiali habitu Crucis ſignum, quo à mlitibus Secularibus diſcernuntur, ita, & Canonici Regulares deferant pro habitu eſſentiali togam lineam ſive Rochetum; juxta librum Cerimoniatum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, quùm Rocheto à Clericis Secularibus diſtinguantur. Ubi enim eſt eadem ratio eſt idem jus, ut habetur in leg. *Illud*. ad leg. aquil. & in leg. ult. C. ad legem falc. & in leg *In exercendis* C. de fid. inſtru. extra de conſtit. cap. *Nam concupiſcentiam*, de traslat. cap. *Inter corporalia*. cap. *Pervenit*. de teſt. cog. & in leg. ulti. C. de conſt. & cap. *Quùm Dilecta*. de confir. util. vel inutil. Corroborantur prædicta ex dictis conſtitutionibus Benedicti Papæ XII. in cap. de penſionibus ſtudentium, ubi Canonicis Regularibus Doctoribus Canonum concedit *delationem coloris rubei*.

Et his remanet expedita materia habitus Canonicorum Regularium extra Divina, vel extra Eccleſiam, dum ſingulariter procedunt in publicum. Nunc reſtat videre quo habitu uti videbeant, & utantur in Eccleſia cum Divininis interſunt, & extra Eccleſiam, quùm Capitulariter, vel Collegialiter procedunt in publicnm.

DE HABITU CANONICORUM REGULARIUM

Quando Divinis interſunt.

Canonici Regulares, dùm Divinis in Eccleſia interſunt, vel extrà Eccleſiam collegialiter procedunt in publicum, in ſignum, quòd ſunt eſſentialiter Clerici, utuntur ſuperpelliceis lineis, & Almutiis de panno ſuper humerum, more Clericorum ſecularium, juxtà Ordinationes Clementis Papæ IV, de Reformatione Regularium Canonicorum. Et hoc obſervatur generaliter per univerſum Orbem. Undè Doctores, & qui in Cathedralibus, aut Collegiatis Eccleſijs perſonatum, vel dignitatem habent, utuntur ſuperpelliceis, & Almutiis de pellibus albis, vel variis, juxtà morem Canonicorum ſecularium, ſicut in infinitis locis diverſarum Provinciarum fieri conſtat apertiſſimè, nec eſt opus tantam Eccleſiarum adducere numeroſitatem. Et inſuper certis temporibus, ſcilicet à feſto omnium Sanctorum, uſque ad Paſcha, utuntur in Eccleſiis Cappis violaceis cum pellibus albis circa caputium, ſi ſunt Prælati, vel Doctores, vel dignitatem, aut perſonatum habeant ſicut Abbates, Decani, Præpoſiti, Archipresbyteri, Archidiaconi &c. Et hoc eſt generale, præſertim in Anglia, ſicut Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. Cardinalis de Anglia, & etiam Orator Regis Angliæ, & omnes quaſi ſui familiares poſſunt teſtificari. Hoc idem fit Tholoſæ in Univerſitate, ubi ſunt plurimi Canonici graduati, & Doctores; et quandò utuntur cappis, utuntur etiam Rochetto inferiùs cum manicis ſtrictis, & clauſis more Romanæ Curiæ. In pluribus Eccleſiis etiam eſt conſuetudo, quòd quocumque tempore Canonici Regulares ingrediuntur collegialiter, vel ſingulariter

Congregatio Victorina in Gallia utitur pellibus hiberno tempore, verno Almutiis Robertus Richardinus in Auguſtini ſpeculum

riter Chorum Canonicorum ſecularium, deferant cappas, & habitum eorumdem, ſcilicet in Hiſpania in Eccleſia Ulixbonen. in Regno Portugalliæ ad denotandum, quòd non obſtante Regulari Profeſſione, eſt inter ipſos eſſentialiter Clericalis conformitas utriusque communis.

Idem fit in Eccleſia Andegavenſi in Gallia, ubi Abbas Canonicorum Regularium Eccleſiæ omnium Sanctorum, habet primam dignitatem poſt Epiſcopum in Choro dictæ Eccleſiæ inter Canonicos ſeculares, & defert Inſignia illorum Canonicorum ſecularium. Propterea Speculator in Rationali Divinorum Officiorum, in parte ſexta: in Rubrica de hebdomada in Albis, dicit, quòd inter Canonicos Regulares, & alios Clericos, qui uſurpato vocabulo ſeculares dicuntur, nulla debet eſſe differentia in Eccleſia quùm Divina celebrant, præcipuè autem in ſuperindumentis lineis, quoniam utriq; ſunt Sacerdotes, & Levitæ, undè Ezech. 44 dicitur, Sacerdotes autem, & Levitæ filii Sadoch, quùm ingrediuntur portas Atrii interioris, veſtibus lineis induentur &c. quibus omnibus optimè adſtipulatur præfatus Benedictus Papa in ſuis Conſtitutionibus in cap. de forma, & honeſtate habitus, & veſtimentorum. Et hoc ſufficiat quantùm ad cultum Regularium Canonicorum, dum in Eccleſia Divinis interſunt, vel collegialiter procedunt in publicis. Sequitur de habitu Prælatorum ex Canonicis Regularibus aſſumptorum.

DE HABITU PRÆLATORUM

Ex Ordine Canonicorum Regularium aſſumptorum.

QUantum verò ad Prælatos Canonicorum Regularium, quùm ſuperiùs probatum fuerit Canonicos Regulares non Prælatos uti poſſe forma indumentorum, & colore, quo utuntur Clerici ſeculares, data differentia lineæ togæ, ſeu Rocheti, quis dubitet, quòd Prælati a fortiori, dato decenti coltu prælationis, poterunt uti & forma, & colore, quo alii Prælati: nam ſi habentes perſonatum, & Doctores ex dicto ordine, utuntur cappis violaceis, ac rubeis, & etiam pellibus albis in caputio, quantò magis uti poterunt eiſdem cappis alii, qui ſunt Prælati? Utentur ergò amplis Almutiis de panno utrumque humerum capientibus, uti videmus in Priore Sancti Spiritus in Saxia, qui quùm ſit Regularis, & profiteatur Regulam S. Auguſtini, & ſit inferior quocumque Abbate, nec ſit Canonicus eſſentialiter [præſupponit tam in Regulari, quàm in Seculari Clerico ut ſupra probatum eſt) utitur tamen Almutiis de panno utrumque humerum capientibus, more aliorum Prælatorum, & colore, & forma habitus ad inſtàr Clericorum ſecularium, data differentia in Cruce, qua diſcernantur ab aliis Clericis, quoniam approximant, & ſunt vicini Canonicis Regularibus.

Quià tamen non ſunt Canonici, neque eſſentialitèr Clerici non poſſunt uti toga linea, ſivè Rochetto. Prælatis ergò ex Canonicis Regularibus aſſumptis, non interdicitur color, atque forma aliis Clericis ſecularibus non interdictus. Quarè uti poterunt colore violaceo, & cæleſtino, & leonaceo, & nigro, & purpureo ſi ſint Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ut Reverendiſſimus Cardinalis de Anglia præfatus, & Orator, & ſui Prælati, & alii de Anglia affirmare poſſunt, Prælati ex Canonicis Regularibus aſſumpti, utuntur colore roſaceo, & incedunt more Prælatorum ſecularium, quod expreſſiùs patet per litteras Apoſtolicas Innocentij Papæ IV. directas Abbati, & Conventui Sanctæ Ruffi Ordinis Canonicorum Regularium. Ubi inter cætera.

DE

Digitized by Google

DE *R*OCHETTO.

QVantùm ad *R*ochettum non eſt dubium, quòd ſi Canonici *R*egulares Prælatis inferiores, utuntur *R*occhetto, quòd & Prælati ex eis aſſumpti tantò magis utentur. Quoniàm ſi id, de quo minùs videtur ineſſe, & id, de quo magis, ut ſunt Jura vulgatiſſima in cap. *Si in Laicis* 38. diſtinct. & 3. quæſt. 3. de Judic. & 59. diſtinct. ſi Officia, & 34. quæſt. 2. cum per Bellicam, & 11. quæſt. 2. non æſtimamus.

COnſtat etiam ex cap. *Clerici officia* de vita, & honeſt. Clericorum, ubi dicitur, quòd Prælati, dum procedunt in publicum, debeant uti ſuperindumentis lineis, niſi Monaci fuerint, quos oportet ferre habitum Monacalem. Ecce quòd Canonici *R*egulares non exceptuantur, ſed ſolùm Monaci, & à ſimili cæteri Religioſi, qui non cenſentur Clerici eſſentiales. Propterea S.Thomas contra Impugnantes *R*eligionem art. 20. dicit, quòd quamquàm Monacis prohibeatur uſus hujuſmodi ſuperindumentorum lineorum, non ſequitur, quòd Canonicis *R*egularibus prohibeatur, quùm ipſi non ſint Monaci, ſed Clerici, & ſic ſecundùm Doctores, præſertim Abbatem Siculum, in odioſis nuſquàm Canonici *R*egulares veniunt appellatione Monacorum, ſed benè in favorabilibus. Liber quoque cæremoniarum Sanctæ *R*omanæ Eccleſiæ hoc expreſsè determinat in cap. *De habitibus* in Capella Apoſtolica.

Dicit enim, quòd Prælati ex Ordinibus Mendicantium aſſumpti utuntur in Capella Apoſtolica habitu Ordinis ſui, ſed ampliori, & pretioſioris lanæ. Aſſumpti autem ex Ordinibus non Mendicantibus, utuntur capa ampla, ſed nigra, cum pellibus nigris, ſed griſeis. Aſſumpti àutem ex Canonicis *R*egularibus, qui in ſuo Ordine utuntur *R*ochetto, utuntur etiam in capella *R*omana. Ita ait dictus Benedictus Papa ubi ſupra, lib. cæremoniarum Sanctæ *R*omanæ Eccleſiæ, etſi quis vellet interprætari aliter, quàm eſt conſuetudo Romanæ Curiæ, errat, quia qui ordinavit librum præfatum, ſciviſſet, & hoc interpretari, ſicut & alia interpretatur, nec velint gloſare Textum perperam, quod ſcilicet *R*ochetti debent eſſe breviores, & ampliores, quia liber hoc non dicit, etſi hoc voluiſſet, ſciviſſet aliter declarare, ſicut declarat de amplitudine, & pretioſiore in Ordinibus Mendicantibus, & de pellibus nigris, & griſeis in Monacis. Et Benedictus Papa intendit de *R*ochetto *R*omano, & non aliter ubi ſupra. Denominatur enim particulariter Canonicorum Regularium in dicto libro *R*ochettus, & dicitur, quòd Prælati Canonici *R*egulares utuntur *R*ochetto, ſcilicet more *R*omanæ curiæ, undè hoc nomen accepit, quia unicus eſt *R*ochettus, & unica forma ejus, non plures. Nomina enim rei debent eſſe convenientia, & denominatio rei facit optimum argumentum, ut in cap. *Oratorium*, & in cap. *De Oratorio* 42. diſtinct. De cappa autem Canonicorum *R*egularium in capella, non loquitur expreſsè de Canonicis dictus liber, quia dum tantummodo de Monacis dicit, quòd utantur cappa nigra, & pellibus nigris, vel griſeis ex eo, quòd ſtatus eorum eſt ſtatus pœnitentiæ, ut ſupra dictum, & probatum eſt, non intendit, hoc ordinare de Canonicis *R*egularibus, quorum ſtatus eſt eſſentialiter Clericalis, & adminiſtrationis Sacramentorum, & Doctrinę: Nam etſi quicquam prohibeatur Monacis; non ſequitur propter hoc, quòd prohibeatur Canonicis *R*egularibus ſicut dicit notabilis Textus in cap. *Quòd Dei timorem* de ſtatu Monach. & Beatus Thomas in ſimili in lib. contra Impugnantes *R*eligionem, dicit expreſsè, quod licèt prohibeatur Monacis docere, non tamen ſequitur ex hoc, quòd prohibeatur Canonicis *R*egularibus, ad quos tamquàm ad eſſentiales Clericos pertinet docere 19. quæſt. 1. cap. *Si Clericatus*, & idem, ut ſupra, ſi Monacis prohibeatur uti ſuper indumentis lineis, non tamen cenſetur prohibitum Canonicis *R*egularibus, & iſtud opuſculum S. Thomæ fuit approbatum per Clementem Papam IV. vndè a ſimili quamquàm prohibeatur Prælatis Mona-

cis

cis uti cappa violacea cum pellibus albis in capella, non tamen propter hoc prohibetur Canonicis Regularibus. Argumentum enim à ſimili eſt validum, ut Doct. in cap. *Jus naturale* 1, diſtinct. Et illa, quæ in Jure ponuntur ex. gr. non reſtringunt regulam Juris ad expreſſa tantùm, ſed etiam ad alia ſimilia, ut in Clem. 1. ne Clem. vel mo. §. *Hactenùs* Inſtir. de grad.

DE LIBRO CÆREMONIARUM.

NAm quum liber Cærimoniarum præfatus dicat, quòd Prælati ex Canonicis Regularibus aſſumpti, utantur Rocheto in Capella: acceſſoriè, & conſequenter oſtendit, quòd debeant quoque uti cappa congruenti; ſcilicet violacea cum pellibus albis, ſicut utuntur Prælati deferentes Rochetum. Alias enim eſſet indecorum, & novum, ſive ridiculum, & maximæ admirationis in capella, ſi Prælatus uteretur Rocheto, & cappa nigra cum pellibus nigris &c.

Quum ergò cum cappa violacea cum pellibus albis, ſit quid acceſſorium ad Rochetum, tanquàm ad principale, conſequens eſt: ut qui utitur Rocheto, utatur, & cappa violacea ſibi convenienti. Acceſſorium enim ſequitur naturam principalis cap. *Si Laicus* 31. diſt. cap. *Qui ſacrum* 50. diſt.

Nam ſi aliqua ſibi cohærent, vel aliquid ſequatur ex alio, conceſſo primo conceditur, & aliud ſequens, vel dependens aut acceſſorium, cap. *Si quis viduam* diſt. cap. *Deinde* 26. diſt. cap. *Hoc quippe* 2. qu. 6. Et præſertim quum, nunquam reperiatur aliquod in contrarium: nulla expreſſa prohibitio: nullus uſus, ſive conſuetudo, ſive etiam ratio contraria, ſive ſaltem exemplum contrarium.

Immo ratio favet Canonicis Regularibus, per ea quæ ſuperius dicta ſunt de ſtatu eſſentialiter Clericalis ad differentiam aliorum Religioſorum Regularium, & de Rocheto juxta dictum librum cæremoniarum S.R.E.

Et Benedictus Papa præfatus in ſuis Conſtitutionibus, & ante eum Innocentius IV. Abbati, & Canonicis S. Ruffi ſcribens, & ante eum etiam Alexand. III. quem idem Innocentius adducit. Eſt enim fortiſſimum argumentum ab identitate rationis, ut in cap. *Si Romanorum* 19. diſt. cap. *Conſuetudo* 2. diſt. cap. *Si Laicis* 31. diſt. cap. *De hymnis* de con. diſt. 1. lit. *Illud* ff. ad l. *Aquil.*

Ubicunque enim lex non eſt clara, & expreſſa, debet vel ampliari, vel reſtringi ad limites rationis regulariter, ut in leg. *Scire oportet* §. illud autem ff. de execut. tut.

Ratio quippe dat eſſe legi, & eſt ejus principale, & præcipuum fundamentum cap. *Erit autem lex* 4. diſt. & leg. 2. ff. de legit.

Item exempla generalia favent Canonicis præfatis in dicta forma habitus, in Rocheto, & cappa violacea, & albis pellibus, ut ſupra declaratum eſt. Et argumentum ab exemplis innitentibus rationi, ut hic in caſu noſtro eſt optimum argumentum, ut in cap. *Sana* 9. diſt. cap. *Turbat.* 37. diſt., & ſecundum eadem exempla judicandum eſt, cap. *In cauſis* de ſent. & re jud. Et ſi dicatur, quòd iſta ſunt exempla aliarum provinciarum, & non Romanæ Curiæ: reſpondetur, quòd in Romana Curia quantum ad Canonicos Regulares non apparent, neque adduci poſſunt exempla contraria; immò practicatum eſt in Romana Curia iuxta rationes, & leges, & exempla adducta in variis Prælatis, & Officialibus S. R. E. etiam diebus noſtris, qui erant Canonici Regulares, & utebantur Rocheto, & cappa congruenti ut ſupra, & pileo viridi inferius, ſicut facile probari poteſt per eos, qui noverunt, & viderunt, & probabitur ſi opus fuerit.

Immò ad inſinuandum quanta differentia ſit à ſtatu Canonicorum Regularium, ut ſunt eſſentialiter Clerici, à ſtatu Monachorum, & aliorum Religioſorum, patet etiam maximè in hoc, quòd Sedes Apoſtolica concedit officia Clericalia S. R. E. Canonicis Regularibus, quæ non concedit Monacis, & aliis Religioſis, ſicut Protonotariatum, Subdiaconatum S. Sedis Apoſtolicæ. Fiunt enim quotidie Protonotarii Canonici Regulares, & de hoc patet per Conſtitutiones

præ-

præfati Benedicti Papæ in cap. *De mutuis*, & in cap. *De Canonicis* venatotibus,ubi facit mentionem de Prothonotariis Canonicis Regularibus, & fuerunt aliqui Subdiaconi S.Sedis Apoſtolicæ, ut facillimum, & impromptu eſt probare, quod non fit de Monacis, & aliis Religioſis. Et ratio eſt, quoniam dicti Canonici, ut eſſentialiter Clerici, non prohibentur ab officiis Clericalibus, propter quæ præcipuè non mutant habitum, ſcilicet togam lineam, vel Rochetum, ut in præallegatis officiis patet. Etſi dicatur, quòd raro apparent Prælati ex Canonicis Regularibus in curia Romana, & quod ideò non perpendatur de hujuſmodi exemplis in curia, reſpondetur, quòd multi apparent,& ex hac ipſa Congregatione jam plures aſſumpti, & aliqui exiſtunt, ſed quia non differunt in habitu, & cultu ab aliis Prælatis ſecularibus, ideò non cognoſcuntur aut diſcernuntur ab aliis.

De pileo autem non eſt dubium, quum expreſsè de illo mentionem faciat lib. Cerimoniarum S. R. E. in ſupradicto capitulo de habitibus in Cappella Apoſtolica.

Et quanquàm in dicto libro dicatur, quòd Canonici Regulares Epiſcopi utuntur pileo nigro &c. conſueto tamen eſt in contrarium, & quidem præſcripta, tempore de quo non extat memoria, & rationabilis, quæ quidem tollit legem contrariam, poſito, & non conceſſo, quòd dictus Liber habeat vim legis, patet per. Gloſſ. & Doctor. in cap. 1. de treg. & pace. Et arbitrandum dictum librum in illo paſſu eſſe mendoſum in ſcriptura, quia ubi dicit, ſed utuntur, debebat dicere, nec utuntur, ea ratione potiſſimum, quòd conſuetudo antiqua in contrarium interpretatur legem, ſtatuta',' ut in l. *Si de interpretatione* ff. de legit., & in capit. *Dilectus* de conſuet. & per ea, quæ notat Jo.Andr.in cap. *Dilectio* de conſang. & affin. & præcipuà quum videretur monſtrum in natura, videre Epiſcopum utentem Rocheto, & pileo nigro: qui à Protonotariis Apoſtolicis, non poſſet diſcerni, quod omninò eſt contra omnem æquitatis rationem.

Et poſito, quòd ex eo, quòd de cappa nihil in dicto libro determinetur, in dubio quis etiam id velit accipere, & adductis rationibus non acquieſcere, facile ſaltèm convincetur, ex ea regula juris; quod odioſa reſtringuntnr, favorabilia ampliantur, reg. *Odia* de reg. jur. in 6. Odia enim reſtringi, & favores convenit ampliari, ubi nihil in contrarium expreſsè apparet determinatum. Odioſum enim eſt, quod prohibetur Prælatis Monacis, & Mendicantibus, ut non utantur Rocheto,& cappa violacea, & pellibus albis,ut in dicto libro; ideo non eſt extendendum hæc, aut ampliandum ad Canonicos Regulares, quibus non prohibetur; ſed reſtringendum eſt ad Monachos, & Mendicantes tantùm, de quibus in ipſa prohibitione fit tantùm mentio, & tanto magis ubi expreſse ratio potiſſima Clericalis ſtatus eſſentialiter in Canonicis prefatis, eos diſtinguens ab ipſis Monacis, & aliis Religioſis clariſſimè militat, & contrarium perſuadet, juncta exemplis aliis pluribuſque rationibus, & legibus ſupra adductis.

Hoc vero, quod in dicto libro caveatur expreſsè, quòd dicti Canonici Prælati utantur Rocheto eſt favorabile, ideò ampliandum ad omnia, præſertim conſequentia, ſcilicèt, quòd utantur Rocheto more Romanæ Curiæ, & aliorum Prælatorum, & cappa violacea, & pellibus albis, & pileo viridi conſuetis deferri ab his, qui Rocheto in dicta Capella utuntur, & purpureis, ſi ſint S.R.E. Cardinales, quum præcipuè quicquàm expreſſe in contrarium non caveatur, & nulli præjudicium generetur. Et clarum eſt, quòd Rochetus plus eſt quàm cappa, quià etiam inferiores Prælati utuntur cappa violaceo, & pellibus albis, ut Doctores ſeculares, & tamen non poſſunt uti Rocheto, & multi utuntur pileo ſicut & pelle. Si ergo Rochetus eſt, quid majus, conceſſo majori, conceditur, & quòd minus eſt; forma ſcilicèt Rocheti juxta morem Curiæ, cappa violacea cum pellibus albis, & pileus viridis Epiſcopalis. Argumentum optimum eſt in cap. 1. t 9, qu. cap. *Præcipimus* 21. qu. 1. & in cap. *Ex parte* de decim. *Pellis autem alba.*

Stat ergo concluſio omnes ſeptem ſuprapoſitas concluſiones connectens, quòd ſcilicet Canonici Regulares noſtri de quibus agitur,tanquam eſſentiales Clerici,

rici, diſtincti à Monacis, & aliis Regularibus, uti poſſint Almutiis, pellibus, capis, habitu, forma, & colore Clericis Secularibus, non prohibitis; data tamen differentia ſigni in toga linea, quæ eſt eorum eſſentialis habitus, qua ab Secularibus Clericis diſtinguantur. Et quòd Prælati ex Canonicis Regularibus, uti poſſint Rocheto more Romanæ Curiæ; Almutiis de panno ſuper utrumque humerum, & cappa violacea, cum pellibus albis, & pileo viridi ſi ſunt Epiſcopi, vel rubro ſi Cardinales more aliorum Prælatorum Secularium. Quæ tamen omnia Pater Beatiſſime tuæ maximæ ſapientiæ, & authoritati S.R.E. ac cujuslibet Sapientis judicio ſubmitto ad laudem Dei Omnipotentis, & Immaculatæ Dei Genitricis Mariæ, Beatorumque Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac totius Triumphantis, & Militantis Eccleſiæ Dei.

Determinatio per Sanctiſſimum Patrem facta, in cauſa Habitus Prælatorum ex Congregatione Salvatoris Lateranen. electorum.

Venerabili Fratri Zachariæ Epiſcopo Sebaſtenſi Prælato noſtro domeſtico.

L E O P A P A X.

VEnerabilis Frater ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Dudum cùm ad Eccleſiam Sebaſten. à nobis de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio promotus eſſes in Paſtorem, dubitatum fuit à nonnullis, an tu qui Ordinem Canonicorum Regularium Sancti Auguſtini expreſsè profeſſus eras, in habitu, & coloribus Prælatis Sæcularibus de jure, vel conſuetudine permiſſis incedere poſſes, prout incedebas, & cum quæſtio hujuſmodi ad nos prolata fuiſſet. Nos cauſam ipſam maturè terminare deſiderantes, Venerabili Fratri noſtro Nicolao Epiſcopo Albanen. tunc tit. Sanctæ Priſcæ presbytero Cardinali, de Fliſco nuncupato vivæ vocis oraculo commiſimus, ut ſuper his ſe diligenter informaret, & demùm nobis refferret. Cùm autem præfatus Nicolaus Epiſcopus nobis retulerit, de antiqua conſuetudine in pluribus locis, etiam in Romania Curia vbi Pontifex reſidet receptum fuiſſe, ut Canonici Regulares hujuſmodi in Epiſcopos promoti, tam in Capella noſtra, quàm extra utantur habitibus, & coloribus, quibus utuntur alii Clerici Seculares in Epiſcopos promoti. Nos præterea, juxta relationem nobis factam, ut præfertur, Fraternitati tuæ vivæ vocis oraculo conceſſimus, ut habitus, & colores quos dicti Clerici Seculares in Epiſcopos promoti, tam in Capella noſtra, quàm extra geſtant, geſtare poſſes, & ita etiam tenore præſentium auctoritate Apoſtolica de novo concedimus. In contrarium non obſtantibus quibuſcunque.

Eſt Alexandria Inſubrum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die 1. Septembris. 1519. Pontificatus noſtri Anno VII. Evangeliſta.

Privilegium Leonis X., quo eximitur Congregatio Salvatoris Lateranen. à moderatione privilegiorum facta per eundem LeonemX. in Concilio Lateranenſi, de anno 1516.

L E O P A P A X.

DIlectis Filijs Rectori Univerſali ac Viſitatoribus, cæteriſque Canonicis Regularibus Sancti Auguſtini Congregationis Lateranen. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Decet Romanum Pontificem geſta per eum ſuper quibus dubia oriuntur, ſuę declarationis arbitrio ita plana reddere, ut nullum va-

Digitized by Google

ſeat exinde dubitationis involucrum exoriri. Cùm itaque ſicut nobis nuper exponi feciſtis, inter alia privilegia immunitatis, exemptionis, conceſſionis, & gratiarum, indulta Congregationi veſtræ, ac illius locis, & perſonis pro tempore exiſtentibus, ab Apoſtolica Sede conceſſa, & confirmata, fœlicis record. Sixtus Papa IV. Motu proprio Congregationem ipſam Canonicorum Regularium Lateranenſium Ordinis Sancti Auguſtini, illiuſque Monaſteria, membra, Eccleſias, loca, perſonas, & eorum Capellanos, qui pro tempore forent in Eccleſiis, & Parochiis ejuſdem Congregationis curam animarum habentes, à quorumcunque Legatorum, Delegatorum, Subdelegatorum, necnon Nunciorum dictæ Sedis, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum quorumcumque Judicum Ordinariorum, & extraordinariorum, aliarumve quarumcumque perſonarum, quantacumque ampla præfulgeant dignitate, ſeu præeminentia, juriſdictione, auctoritate, poteſtate, dominio, viſitatione, jure cathedratici, & caritarivi ſubſidii ſubventione, & exactione quarumcumque præſtatione, necnon ſynodalibus, & alterius cujuscumque Congregationis, ſeu Proceſſionum evocatione. Ita quod in Congregatione Canonicorum, perſonas, Monaſteria, Eccleſias, membra, & loca præfata, utpotè prorsùs exempta, nullam excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti ſententiam, ſeu alias ceuſuras, ſeu pœnas ſpecialiter, & generalirer, eorum auctoritate ordinaria promulgare, nec ullam aliam in Monaſteria, Eccleſias, perſonas, & loca hujuſmodi præeminentiam, ſuperioritatem, & juriſdictionem quomodolibet exercere poſſent, etiam ratione contractus, vel delicti, ſeu rei, de qua ageretur ubicumque iniretur contractus, committeretur delictum, & res ipſa conſiſteret, etiam cum decreto irritante, per quaſdam litteras prorsùs exemerit, & totaliter liberavit, Congregationemque, & omnia præfata in Jus, & proprietatem Beati Petri, & Sedis ejuſdem, & ſub eorum ſpeciali protectione, atque ſua receperit: Ac per eaſdem ſuas litteras motu ſimili ſtatuerit, & ordinaverit, quòd quęcumque litteræ Apoſtolicæ, etiam proprio motu confectæ, aut in futurum conficiendæ, etiamſi in eiſdem clauſula *privilegiis, & indultis dictæ Congregationi conceſſis, non obſtantibus*, & de quibus expreſsè mentio fieri deberet, expreſsè non teneretur, quæ obviaret, & contraveniret hujuſmodi privilegio, aut quibuslibet ejus particulis ut ſupra, niſi evidentiſſimè, & apertiſſimè appareret, quod Summus Pontifex, qui pro tempore eſſet, hujuſmodi indulto, vel alicui ejus parti, vellet per Apoſtolicas litteras derogare, faciendo ſpecialem de verbo ad verbum ex certa ſcientia de hujuſmodi privilegio, & ipſa Congregatione diverſis nominibus eam nominando per hæc præciſa vocabula *Congregationem unitatem de Obſervantia, aliàs de Friſonaria nunç Lateranen. appellatam*, cauſaſque legitimas allegaret, quę his obviare intenderet, decretum nullius eſſet roboris, & momenti, aliaque quamplura conceſſerit, decreverit, ſtatuerit, atque mandaverit, prout in prędicti Sixti indultis, privilegiis, ac litteris latiùs dicitur contineri.

Quia verò ipſo nos ſacro approbante Concilio, conceſſiones Fratribus mendicantibus per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & Sedem præfatam factas ſub certis modo, & forma tunc expreſſis, per certas noſtras litteras moderavimus, ac hujuſmodi moderationem ad Religioſos Ordinum quorumcumque extendi, & per eos etiam ſervari debere volumus, & decrevimus (ut per illas aſſeritur) privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, conceſſionibus, gratiis, & indultis hujuſmodi, dictæ Congregationi conceſſis præjudicatum fuiſſe, & Congregationem, & alias perſonas hujuſmodi, illis juxtà moderationem hujuſmodi dumtaxàt uti, & gaudere debere. Quamobrem nos, ad quos ex commiſſi nobis officii debito pertinet omnem ex Apoſtolicis Conſtitutionibus dubietatis ſcrupulum ammovere, nè propter veritatis ſuppreſſionem quis Jure ſuo fruſtretur, volentes ſuper hoc dictæ Congregationis ſtatui, & indemnitati providere.

Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine decernimus, & declaramus per moderationem, & litteras noſtras prædictas nullum privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, conceſſionibus, gratiis, & indul-

tis

tis Congregationi præfatæ, & in illins favorem, ut præfertur per tot Romanos Pontifices conceſſis, & iteratis vicibus confirmatis, præjudicium inferri, quemadmodùm neque ea ſub hujuſmodi moderatione compræhenſa fuiſſe, vel eſſe, aut continet, & potuiſſe compræhendi, vel poſſe, ſed quo ad hujuſmodi moderationem illos permanſiſſe, & permanere, Congregationemque, & illius pro tempore exiſtentem *R*ectorem generalem, Viſitatores, Abbates, Præpoſitos, Priores, Canonicos, perſonas, Capellanos, & omnes præfatos, illis abſque hujuſmodi moderatione liberè, juxtà eorum tenorem uti poſſe, & debere in omnibus, & per omnia, perindè, ac ſi a moderatione hujuſmodi, & deſuper confectis litteris vos expreſsè excepti fuiſſetis. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios etiam cauſarum Sacri Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter interpraetandi facultate, judicari, & ſententiari debere, irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ in dictis noſtris litteris voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quòd tranſumptis, manu Notarii publici confectis, & alicujus Prelati ſigillo munitis, eadem fides adhibeatur in Judicio, & extra, quę pręſentibus adhiberetur ſi illæ eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum *R*omæ apud S.Petrum ſub Annulo Piſcatoris die .Septembris 1519 Pontificatus noſtri Anno VII.

Sanctiſs. Domini noſtri Clementis Papæ VII. præceptum de non ſubintrandis Monaſteriis Monialium, exceptis caſibus expreſſis.

Dilecto filio Alberto Rectori generali Canonicorum Regularium.

CLEMENS PAPA VII.

Dilecte Filj ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Accepimus fide digna relatione, quòd licet ſeculares perſonæ &c. *& infrà* Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra tenore præſentium, omnes, & ſingulos utriusque ſexus, qui deinceps aliquod Monaſterium Monialium dicti Ordinis, etiam prætextu confeſſionalium, vel quarumcumque facultatum per eos etiam à Sede Apoſtolica quomodolibet obtentarum ingredi auſi fuerint, & ad auxilium, vel favorem præſtiterint; illis dumtaxàt exceptis, qui ad curandum Moniales infirmas, ab infirmitatibus ſuis, aut ad fabricandum Monaſteria, vel earum ædificia reparanda, aut de expreſſa licentia tui, ſivè *R*ectoris generalis dicti Ordinis pro tempore exiſtentis Monaſteria ipſa intraverit, excommunicationis ſententia, a qua, non niſi a te, aut pro tempore exiſtente Rectore generali huiuſmodi, præterquam in articulo mortis conſtituti, abſolvi nequeant, innodamus, diſtrictè percipientes, & mandantes univerſis, & ſingulis Abbatiſſis, Prioriſſis, vel earum auctoritate fungentibus, & Monialibus Monaſteriorum dicti Ordinis virtute Sanctæ Obedientię, quatenùs omnem curam, & diligentiam quantùm in eis eſt, ſuper præmiſſis exequendis adhibeant. Necnon ullam Puellam nutriendam, vel inſtruendam in illis Monaſteriis recipiant, nullamq; ante quartum decimum annum completum per eam ſuæ ętatis in Monialem recipiant, ſeu habitum dicti Ordinis induant, non obſtantibus &c.

Datum Romæ apud S.Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 2.Aprilis 1524.

Digitized by Google

Litteræ Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis Papæ VII. Quibus revocantur facultates confeſſionales, aliàs Canonicis, & Canoniſſis Salvatoris Lateranenſibus in Regularis Diſciplinæ præjudicium quomodolibet indultæ.

CLEMENS Epiſcopus ſervus ſervorum &c. Dilecti filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum ſicut exponi nobis nuper feciſtis, nonnulli Canonici, & Canoniſſæ veſtræ Congregationis Lateranen. Ordinis S. Auguſtini, prætextu confeſſionalium, & aliorum Indultorum eis à Pœnitentiaria noſtra, & aliàs à nobis, & Sede Apoſtolica, etiam forsàn in favorem Fidei Apoſtolicæ, & Sanctæ Cruciatæ conceſſorum, Confeſſorem ſibi eligen. & alia facien. contra Regularia Ordinis, & Congregationis hujuſmodi inſtituta præſumant in grave Congregationis, & Ordinum prædictorum præjudicium, & laxioris Canonicorum, & Canoniſſarum prædictorum habenæ. His pro noſtro Paſtorali officio ſalubriter occurrere volentes, confeſſionalia quæcumque præterquàm manu noſtra ſignata, ſingularibus Canonicis, & Canoniſſis Congregationis, & Ordinis prædictorum, à pœnitentia noſtra, & Sede Apoſtolica quomodolibet conceſſa in eo, quod Congregationis, & Ordinis prædictorum Regularibus Inſtitutis obſtant, illorum omnium tenores, & formas, etiamſi de illis ſpecialis, & expreſſa mentio haben. foret præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, revocamus, caſſamus, & annullamus, ac Juribus omnibus evacuamus, ac pro caſſis, & revocatis haberi volumus, & mandamus, & quòd nullus Canonicus, vel Canoniſſa Congregationis, & Ordinis prædictorum, confeſſionalibus hujuſmodi uti aliquatenùs poſſit decernimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & confeſſionalibus præfatis, etiamſi Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & cum quibuſcumque irritativis, annullativis, caſſativis, revocativis, præſervativis, exceptivis, reſtitutivis, declarativis, mentis atteſtativis, ac derogatoriarum derogationis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, ac in favorem Fidei Catholicæ, & S. Cruciatæ emanaverint, cæteriſque contrarius quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 3. Aprilis 1531. Pontificatus noſtri Anno VIII.

Breve Sanctiſſimi Domini noſtri Pauli Papæ III. contra Apoſtatas à Congregatione Salvatoris Lateranenſi.

Dilecto filio Rectori, & Procuratori generali Congregationis Lateranenſis Ordinis Sancti Auguſtini Canonicorum Regularium.

PAULUS PAPA III.

DIlecti Filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem, aliàs felicis record. Innocentio Papæ VIII. prædeceſſori noſtro, pro parte tunc Procuratoris generalis veſtræ Congregationis expoſito, quod quamplures Canonici, & fratres ejuſdem Congregationis ſub diverſis fucatis coloribus, & prætextibus, ut licentiose vivere poſſent; ex ipſa Congregatione, & illius locis, ad alia loca latioris Ordinis ſe tranſtulerant, & in dies transferebant, & aliqui habitu per Canonicos ejuſdem Congregationis geſtari ſolito dimiſſo, per ſeculum in habitu ſeculari vagabantur. Idem prædeceſſor huic abuſioni, & corruptelæ opportunum remedium adhibere volens, eidem Procuratori,

tori, & ejus in officio Procuratoris hujuſmodi ſucceſſori, per ejus in forma Brevis litteras commiſit, & mandavit, ut Canonicos, & Fratres, non tamen ad arctiorem, vel parem regulam, ut præfertur translatas, & per ſeculum vagantes, ad Congregationem ipſam per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac per traditionem in carceribus, & brachii ſecularis invocationem revocarent, & ad hoc cogerent, & compellerent, prout in dictis litteris, quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis haberi volumus plenius continetur.

Cum autem ſicut nobis nuper exponi feciſtis cupiatis litteras prædictas pro majori auctoritate per nos approbari, & confirmari, ac etiam ad hoc, ut translati, & vagantes prædicti aliis pænis, & coertionibus debitis puniri, & caſtigari poſſint, extendi, & propterea nobis humiliter ſupplicari feceritis, ut Votis veſtris annuere, ac aliàs in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur; Nos, qui Votis his, per quæ Religioſorum tranquillo ſtatui, & directioni conſulitur, & ſcandalis obviatur, benignè annuere conſuevimus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, litteras prædictas auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac præſentis ſcripti robore communimus, eaſque ad hoc, ut translati, & vagantes, ut præfertur, per ejuſdem Congregationis Superiores, etiam aliis pænis, & cohertionibus juſtis, & honeſtis puniri, & caſtigari poſſint extendimus, & ampliamus, non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ præfatus prædeceſſor in dictis litteris voluit, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datnm Romæ apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatoris die 16. Januarii 1538. Pontificatus noſtri Anno V.

Bloſius.

Litteræ Sanctiſs. Domini noſtri Pauli Papæ III. confirmantes Privilegia Sixti IV. pro Canonicis Salvatoris Lateranen.

Dilectis Filiis Rectori, ac Viſitatoribus Canonicorum Regularium S. Auguſtini Congregationis Lateranen. Paulus Papa III. Salutem.

Cùm aliàs fel.rec. Sixtus Papa IV. prædeceſſor noſter, nonnulla ad regimen, ac directionem, & felicem ſucceſſum veſtræ Congregationis concernentia, per ſuas ſub plumbo litteras inter alia ſtatuerit decreverit, & ordinaverit, ac nonnullas poteſtates, & auctoritates Rectori, & Diffinitoribus dictæ Congregationis conceſſerit, prout in dictis litteris, quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum agerentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus plenius continetur. Cum autem ſicut exponi nobis nuper feciſtis, cupiatis ſtatuta, decreta, ordinata, & conceſſa per dictum prædeceſſorem, quæ in uſu eſſe aſſeritis, auctoritate noſtra roborari, ut per auctoritatem ipſam per amplius in conſideratione habeantur cum ea, quæ recentiora ſunt, magis attendantur, ea propter nobis humiliter ſupplicare feciſtis, ut votis veſtris annuere, ac aliàs in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos Chriſtifidelium, præſertim Religioſorum votis, per quę eorum quies, & tranquillitas ſtabilitur facilè annuentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ſtatuta, decreta ordinata, & conceſſa per præfatum prædeceſſorem noſtrum hujuſmodi, auctoritate Apoſtolica per præſentes approbamus, & confirmamus, ac præſentis ſcripti pattocinio communimus, eaque inviolabiliter obſervari, & attendi debere mandamus.

Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quacumque auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate judicari, & deffiniri debere: irritum quoque, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari, decerni-

cernimus, mandantes dilectis filiis Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, & noſtro, ac Sedis Apoſtolicæ in dominio Venetorum Nuncio, ac Primicerio Eccleſiæ Mediolanen. quatenùs ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, ſtatuta ordinata, decreta, & conceſſa per dictum prædeceſſorem hujuſmodi, inviolabiliter obſervari mandent, & faciant, non permittentes aliquid per quoſcumq; in contrarium attemprari, contradictores quoslibet & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ipſasque cenſuras iteratis vicibus aggravando, & interdictum ab Eccleſia apponendo, invocato etiam, ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis.

Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis à quibusvis prædeceſſoribus noſtris, forſan à nobis etiam motu proprio, & cum quibusvis caveri dicitur, quòd Rector, & Viſitatores prædicti poteſtates, & auctoritates quaſdam, non niſi in capitulo generali exercere poſſint, quibus illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxàt, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, contrariis quibuscumque &c.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Anulo Piſcatoris die 16. Auguſti 1539. Pontificatus noſtri Anno V.

Bloſius.

Litteræ Sanctiſſimi Domini noſtri Pauli Papæ III. Quibus declarat confirmationem ad privilegia Sixti per ſe factam extendi etiam deberet, prout extendit ad præcedentia in favorem Canonicorum Salvatoris Lateranenſium.

Dilectis filii Rectori generali, ac Diffinitoribus Capituli Canonicorum Regularium S. Auguſtini Congregationis Lateranenſis.

PAULUS PAPA III.

Dilecti Filii ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Dudùm nos litteras fel.recor.Sixti Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, per quas nonnulla Regimen, & felicem ſucceſſum veſtræ Congregationis concernentia ſtatuerat, & ordinaverat, ac nonnullas poteſtates, & auctoritates Rectori, & Diffinitoribus dictæ Congregationis conceſſerat per litteras in forma Brevis noſtras approbavimus, & confirmavimus, prout in illis pleniùs continetur. Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, nonnulli nimium ſcrupuloſi, in dubium revocent; an per dictas litteras, privilegia, facultates, auctoritates, conceſſiones, gratiæ, & indulta per alios dicti Sixti, & noſtros prædeceſſores Rom. Pontif. eidem Congregationi per eorum litteras conceſſa, de quibus præfatus Sixtus prædeceſſor in dictis ejus litteris ea approbando, vel de novo concedendo mentionem fecit, confirmata, & approbata ſint: nobis humiliter ſupplicari feciſtis, ut in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, quorum intentionis fuit, prout etiam in dictis noſtris litteris apparet, etiam privilegia, facultates, auctoritates, conceſſiones, gratias, & indulta aliorum prędeceſſorum hujuſmodi, per dictas noſtras litteras approbare, & confirmare dubitationem prædictam, nè ex ea aliqua confuſio, vel animorum veſtrorum perturbatio oriatur, claram facere, veſtrarumque conſcientiarum ſerenitati proſpicere volentes; hujuſmodi ſupplicationis inclinati, intentionis noſtræ fuiſſe per dictas noſtras litteras, etiam privilegia, facultates, auctoritates, conceſſiones gratias, & indulta aliorum prædeceſſorum hujuſmodi, quæ præfatus Sixtus prædeceſſor in dictis ejus litteris, ut præfertur confirmavit, approbare, & confirmare fidem

fidem facimus, & atteſtamur per præſentes, et nihilominùs pro majori cautela, privilegia, facultates, auctoritates, conceſſiones, gratias, et indulta hujuſmodi, quorum tenores hìc pro ſufficienter expreſſis heberi volumus, prout per dicti Sixti litteras approbata ſunt; approbamus, et confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Quo circa dilectis Filiis legato Bononien., & apud dominium Venetorum Nuntio noſtris, ac Primicerio Eccleſiæ Mediolanen. per præſentes committimus, & mandamus quatenus ipſi, aut duo, vel vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, vobis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant vos, & alios quos præſentes concernunt, privilegiis, facultatibus, auctoritatibus, conceſſionibus, gratiis, & indultis prædictis pacificè frui, & gaudere, non permittentes vos, vel illos contra ipſorum tenorem indebitè moleſtari; contradictores quoslibet, & rebelles, per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia opportuna juris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo: cenſuraſque ipſam etiam iteraris vicibus agravando: interdictum quoque Eccleſiaſticum opponendo; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis.

Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, privilegiis, quoque indultis, & Litteris Apoſtolicis quibuſvis, etiam per Nos conceſſis, quibus illorum tenorem, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de eis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa; ac de verbo ad verbum mentio foret habenda pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, hac vice dumtaxàt illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter, & expreſsè derogamus: cæteriſque contrarijs quibuſcunque, decernentes præſentium tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Prælati, aut perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem fidem adhiberi, quæ originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo piſcatoris die 23. Aprilis. 1541. Pontificatus noſtri Anno VII.

Blo. el Fulgen.

Litteræ Sanctiſſimi Domini Noſtri Pauli Papæ III. ad Rectorem generalem Canonicorum Salvatoris Lateranenſium, pro compeſcenda petulantia quarundam ejus regiminis Canonicorum ſeu Monialium.

PAULUS PAPA III.

Dilecte Fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem, Cum ſicut accepimus, &c. *defuit nobis enaratio.* ſed infra.

Nos attendentes, quòd ſublato obedientiæ freno, Religio naufragatur, volentes præmiſſis occurrere, vobis, & veſtrum ſingulis, Abbatiſſas, & Moniales Monaſteriorum hujuſmodi ad obſervantiam ſtatutorum, & ordinationum prædictorum, & ſententiis, & cenſuris, & frenis Eccleſiaſticis, ac etiam privationis prælaturarum, & officiorum per ipſam Abbatiſſas, & Moniales pro tempore obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & quoſcunque actus legitimos per eas faciendos, etiam auctoritate noſtra cogendi, & compellendi, cæteraquæ in præmiſſis neceſſaria, & opportuna faciendi, & exequendi, plenam, ac liberam Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium concedimus facultatem, & poteſtatem.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatoris die 6. Aprilis. 1567. Pontficatus noſtri Anno XIII.

Blo. el. Fulgen.

Litte-

Litteræ SS. D. N. Pauli Papæ III., ad favorem Canonicorum S. Salvatoris de Bononia confirmantes prædeceſſorum privilegia.

PAULUS Papa III. ad perpetuam rei memoriam. Paſtoralis officii cura nobis, meritis licèt imparibus, ex alto commiſſa, Nos excitat, & inducit, ut circa ſtatum perſonarum Eccleſiaſticarum quarumlibet, præſertim ſub ſuavi Religionis jugo ſtudio piæ vitæ vacantium ſalubriter dirigendum, operoſis ſtudiis jugiter intendamus, ac ijs, quæ propterea proceſſiſſe dicuntur, ut fitmiora perſiſtant, cùm à nobis petitur, Apoſtolici muniminis præſidium impartiamur, aliaque deſuper diſponamus, prout locorum, ac temporum qualitate penſata, in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Sauè dilectus filius noſter Marcellus tit. S.Marcelli Presbyter Card.de Creſcentiis nuncupatus, nobis nuper expoſuit, quod licèt fæl. record. Gregorius XII.Martinus V. Eugenius IV. Caliſtus III. Pius II. Paulus etiam II. Sixtus etiam II. Innocen. VIII. Alexander VI. & Julius ſimiliter II. ac diverſi alii Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, diverſa privilegia, gratias, facultates, immunitates, & indulta tam ſpiritualia, quàm temporalia Congregationis S.Salvatoris Ordinis S.Auguſtini Canonicorum Regularium, eorumque Monaſteriis, & aliis Regularibus locis, ac perſonis per diverſas eorum literas conceſſerint, ac præfati prædeceſſores, ſeu eorum aliqui Conſtitutiones Congregationis hujuſmodi, etiam eas, quibus cavetur expreſsè, quòd generalia ſtatuta, vel diutiùs per eoſdem Congregationem obſervatæ, & communiter approbatæ conſuetudines, etiam per eorum Priorem Generalem, aut Viſitatores aliquo modo immutari, ſeu alia de novo edi, vel inſtitui nequeant, nec de novo edita, aùt inſtituta vim conſtitutionis habeant, niſi priùs à duabus ex tribus electorum partibus, in tribus Capitulis Generalibus continuè, & immediatè celebratis fuerint approbata, & confirmata, confirmarint. Nihilominus à paucis annis citra, nonnullæ tam ipſorum Congregationis Religioſæ,quam aliæ ſeculares perſonæ, diverſas Conſtitutiones, ſeu reformationes per eandem Congregationem obſervandas, non ſolum citra duarum partium electorum hujuſmodi, & illis id ignorantibus, contra antiquarum Conſtitutionum hujuſmodi tenores edere, & publicare, & ex prætenſa illarum obſervantia, eandem Congregationem perturbare, & diſseuſiones adducere præſumpſerunt.Verum cùm ex reformationibus hujuſmodi nonnullæ poſtmodum, quæ ad Religionis augumentum, ac Canonicorum, aliarumque perſonarum Congregationis hujuſmodi pacem, & tranquillitatem facere videbantur, utpotè, de officio Eccleſiæ, de Jejuniis, & abſtinentia, de profeſſione Canonicorum, de rebus Monaſteriorum, & aliorum Regularium locorum non alienandis, de electione, & authoritate, ac viſitatione Prioris generalis, & Viſitatorum, ac eorum Subſtituti per diverſa, & poſtremo per ultimum in Monaſterio S. Michaelis de Candiano Ordinis, & Congregationis prædictorum Paduan. Diœceſis ſub die 29. menſis Aprilis prox. præt. celebratum, Capitula generalia receptæ, & ritè, ac juxta Conſtitutiones prædictas approbatæ, aliæ verò reprobatæ, & rejectæ fuerint, prout in diverſis documentis, ac demum uno per dilectum filium Joannem Ranzatum de Plebeſacci Notarium publicum Inſtrumento rogato deſuper confectis dicitur plenius contineri, idem Marcellus Cardinalis, qui etiam eorundem Congregationis apud Nos protector exiſtit, nobis humiliter ſupplicavit, ut pro ſalubri eorundem Congregationis directione, ſupradictis, ac omnibus, & ſingulis aliis privilegiis, gratiis, facultatibus, immunitatibus, & indultis eiſdem Congregationi, ac eorum Monaſteriis, & aliis Regularibus locis, necnon bonis, & perſonis tàm Apoſtolica, quàm ordinaria authoritate conceſſis, uſu receptis, & conſuetudine legitimè præſcripta acquiſitis. Necnon eorundem Congregationis Conſtitutionibus tàm per Sixtum, & Julium prædeceſſores præfatos confirmatis, quàm etiam poſtmodum editis, & per tria eorundem Congregationis Capitula Generalia ſucceſſivè celebrata; juxta ritus, & mores

Con-

Congregationis hujuſmodi approbatis, & in poſterum edendis, & (ut præfertur) approbandis, necnon (ut præmittitur) factis receptioni, & approbationi reformationum hujuſmodi, ut uberiorem roboris firmitatem obtineant, noſtrarum approbationis, & confirmationis robur adjicere. Ac quæ ex eiſdem reformationibus reprobatæ, & rejectæ fuerint, reprobare, & rejicere, aliaſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui Religioſarum perſonarum quarumlibet ſalubrem directionem ſinceris deſideramus affectibus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ſupradicta, ac omnia, & ſingula alia privilegia, gratias, facultates, immunitates, & indulta eiſdem Congregationi, ac eorum Monaſteriis, & aliis Regularibus locis, necnon bonis, & perſonis tàm Apoſtolica, quàm ordinaria authoritate conceſſa, uſu recepta, & conſuetudine legitimè præſcripta acquiſita. Necnon eorundem Congregationis Conſtitutiones tàm per Sixtum, & Julium prædeceſſores præfatos confirmatas, quàm etiam poſtmodum editas, & per tria eorundem Congregationis Capitula generalia ſucceſſivè celebrata, juxtà ritus, & mores Congregationis hujuſmodi approbatas, ac in poſterum edendas, & (uti præfertur) approbandas, necnon (ut præmittitur) factas, receptionem, & approbationem reformationum hujuſmodi, quorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, inſerti forent, ac nomina, & cognomina, necnon gradus, & dignitates eorum, qui reformationes prædictas ediderunt, etiamſi Cardinalatus honore præfulgerent, & protectionis ipſorum Congregationis munere fungerentur, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium, ex certa ſcientia approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuæ firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos juris, & facti defectus [ſi qui forſan in Conſtitutionibus, ac receptione, & approbatione reformationum hujuſmodi intervenerint] ſupplentes, eaque omnia inviolabiliter obſervari, & præfatis Congregationi ſuffragari. Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunque Ordinarios, ac alios Judices, & Commiſmiſſarios, quavis authoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores in qualibet cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & definiri debere: necnon quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Ac quæ ex eiſdem reformationibus (ut præfertur) reprobatæ, & rejectæ fuerint, authoritate, & tenore prædictis reprobamus, & rejicimus. Non obſtantibus præmiſſis, & quibusvis Apoſtolicis, necnon provincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis ſpecialibus, & generalibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon Ordinis, & Congregationis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis quomodolibet, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, & dicta authoritate decernimus, quòd præſentium tranſumptis, etiam impreſſis alicujus Notarii publici manu ſubſcriptis, & alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo munitis, ea prorſus fi-

de s in judicio, & extra adhibeatur, quæ originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Anulo Piſcatoris die 18. Julii 1548. Pontificatus noſtri Anno XIV. Blo. el. Fulgin.

Litteræ SS. D. N. Iulii Papæ III. Quibus confirmat Canonicis S. Salvatoris Lateranenſibus, omnia privilegia cum Sixti IV. ac prædeceſſorum tum & principum ſecularium, & plenariam Indulgentiam Generali Capitulo conceſſam.

JULIUS PAPA III.

DIlecti Filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exponi Nobis feciſtis, quòd cum alias fœlic. record. Sixtus IV. & diverſi Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, necnon Reges, Duces, Barones, Principes, & Comites, ac alii domini temporales vobis, ac diverſis veſtris Monaſteriis, Prioratibus, & Præpoſituris, ac aliis Regularibus locis, diverſa privilegia, indulta, facultates, gratias, exemptiones, immunitates, & prærogativas conceſſerint.

Ac vobis Indulgentia, & Plenaria peccatorum veſtrorum remiſſio, per vos ſemel in Anno, die videlicet Paſchatis Reſurectionis Dominicæ, aut tempore celebrationis Capituli veſtri generalis ſub certis tunc expreſſis modo, & forma conſequenda, Apoſtolica auctoritate conceſſa fuerit, vos pro ſalubri veſtra, & ſingulorum Monaſteriorum directione, ac decore, nec non veſtrum in omnibus conformitate, cupitis privilegiis, indultis facultatibus, gratiis, exemptionibus, immunitatibus, & prærogativis prædictis, pro eorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adijci: necnon Indulgentiam, & remiſſionem peccatorum hujuſmodi, vobis in tempus celebrationis ipſius Capituli Generalis differri. Quare nobis humiliter ſupplicari feciſtis: ut vobis in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui etiam dum in minoribus eſſemus conſtituti, vos ſemper ob fructus uberes, quos in Eccleſia Dei affere non ceſſaſtis ſpecialis amoris prærogativa proſequuti fuimus, cupientes ſaluti veſtræ, & Monaſteriorum prædictorum directioni conſulere, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula privilegia, indulta, facultates, gratias, exemptiones, immunitates, & prærogativas, vobis, & ſingulis veſtris Monaſteriis, Prioratibus, & Præpoſituris, ac Regularibus locis per Sixtus, & alios Romanos Pontifices necnon ritè, & in augumentum ſtatus, & honoris, ac libertatis Eccleſiaſticæ per Reges, Duces, Barones, Principes, & Comites, ac alios dominos temporales tàm in genere, quàm in ſpecie conceſſa, ac etiam iteratis vicibus approbata, & inovata. In quorum ut aſſeritis, pacifica poſſeſſione, vel quaſi exiſtitis. Quorum omnium tenores ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, dicta auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ex certa ſcientia approbamus, & confirmamus; ac illis plenum, & perpetuum firmitatis robur adijcimus, ſupplendo omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, eaque omnia ſuos Plenarios effectus ſortiri; ac vobis in omnibus, & per omnia ſuffragari debere decernimus.

Necnon Indulgentiam, & remiſſionem poccatorum hujuſmodi vobis ut præfertur, conceſſam, in tempus celebrationis ejuſdem Capituli generalis, ad hoc ut omnes eodem tempore illius participes fieri, et illam tàm in loco ejuſdem Capituli, quàm in ſingulis Monaſterijs, et aliis Regularibus locis, in quibus pro tempore reſidebitis, juxta conceſſionem vobis factam hujuſmodi, conſequi poſſitis auctoritate Apoſtolica, et tenore prædictis defferimus.

Non

Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolicis; necnon veſtris, et Ordinis S. Auguſtini juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, et conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et litteris Apoſtolicis, ſub quibuſcunque tenoribus, et formis, ac cum quibuſvis clauſulis, et decretis quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, et inno vatis, quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi; illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, et expreſsè derogamus; cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatoris die 2. Maji 1550. Pontificatus noſtri Anno I.

Litteræ Sanctiſſimi Domini Noſtri Julij Papæ III. Ad favorem Canonicorum Regularium Sancti Salvatoris Bononienſis. Confirmantes prædeceſſorum privilegia.

JULIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis Filijs modernis, et pro tempore exiſtentibus Priori Generali, Viſitatori, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Congregationis Sancti Salvatoris Ordinis Sancti Auguſtini, Canonicorum Regularium, Salutem, et Apoſtolicam benedictionem.

Cùm à nobis petitur, quod juſtum eſt, et honeſtum tàm rigor ęquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Sanè exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitionis ſeries continebat, quòd aliàs fel. record. Innocentius VIII. et Alexander VI. Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, ut S. Salvatoris, et S. Antonii Venetiarum, Monaſteriorum per Priores gubernari ſolitorum, Congregationis S. Salvatoris Ordinis S. Auguſtini Priores, tunc et pro tempore exiſtentes, in quibuſcumque Eccleſiis prędictorum, et aliorum Monaſteriorum, Prioratuum, et locorum ejuſdem Congregationis tàm in Civitate, et Diœceſi Venetiarum, quàm aliàs ubilibet, quotiès eos inibi Miſſas, et alia Officia Divina celebrare contigerit, Mitra, Anulo, et aliis Pontificalibus Inſigniis uti, Benedictionemque ſolemnem poſt Miſſarum, Veſperarum, et Matutinarum ſolemnia divinis intereſſentibus officiis hujuſmodi, dummodò aliquis Antiſtes, vel Sedis Apoſtolicę Legatus pręſens non foret elargiri, ac omnes Novitios in Ordine ipſo expreſsè profeſſos, ad primam Clericalem Tonſuram, et ad minores Ordines promovere, Campanas quoque, et paramenta, ac quaſcumque veſtes Divino Cultui deputatas, vel deputandas, iu quibuſvis Monaſteriis, Prioratibus, et aliis dictę Congregationis locis benedicere liberè, et licitè poſſint, pię mem. Alexandri Papę IV. prędeceſſoris noſtri, quæ incipit *Abbates*, et aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, et Ordinationibus in contrarium facientibus, derogando reſpectivè indulſerunt, et deindè recol. mem. Iulius Papa II. ſimiliter prædeceſſor noſter, cujusvis particularis Monaſterii, ſeu loci tàm uniti, quàm uniendi tàm præſentis, quàm futuri dictæ Congregationis privilegia, conceſſiones, quocumque nomine nuncupatas, immunitates, et gratias tàm per Romanos Pontifices, quàm alios quoſcumque conceſſas in omnibus, et per omnia ipſi toti Congregationi, et aliis ejus particularibus Monaſteriis eſſe communia, et ad illa extendi, pręfatamque Congregationem, ac omnes, et ſingulos illius Canonicos gaudere omnibus, et ſingulis privilegiis, immunitatibus, favoribus, indultis, et gratiis per eum, vel quoſcumque prædeceſſores ſuos Romanos Pontifices, vel alias quomodolibet; ſeu Sedem Apoſtolicam Congregationi de Friſionaria aliàs Lateranen. Ordinibusque Eremitarum, Minorum, Prædicatorum, Carmelitarum, ac Servorum Beatę Marię, et aliis, et earumdem Congregationum, et Ordinum membris, et illorum perſonis, Monaſteriis, et locis in genere conceſſis, quàm etiam Congre-

gationi Monachorum S. Juſtinę, ſeu Sancti Benedicti Caſinenſis, et eis Monaſteriis, locis, membris, et perſonis eatenùs conceſſis, ac illorum Ordinibus, et Congregationibus, quibus per eamdem Sedem conceſſum eſt D. Congregationis privilegiis poſſe gaudere, in omnibus, et per omnia, abſque ulla prorsùs differentia, perindè, ac ſi ea ipſi Congregationi Canonicorum Regularium S. Salvatoris ſpecialiter, et nominatim conceſſa fuiſſent, habens illorum tenores pro ſufficienter expreſſis, et non ſecùs, ac ſi litteris ſuis deſuper confectis de verbo ad verbum inſerta forent; Atque ad ipſam Congregationem S. Salvatoris, et ejus Moniales, ſivè Sorores, ac perſonas Oblatas, ſivè commiſſas utriuſque ſexus, quę ſub illius Congregationis cura ſunt in illis, videlicet, quę ipſis coaptari poſſunt extendi, ac illa eam cum prędictis comprehendere inter alia voluit, et decrevit, prout in eorumdem Innocentii, et Alexandri, ac Julii prędeceſſorum litteris deſuper confectis pleniùs continetur. Quę omnia à nobis Apoſtolico petiiſtis munimine roborari. Nos igitur, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, pręmiſſa omnia, et ſingula, ſicut per Innocentium, et Alexandrum, ac Julium prædeceſſores pręfatos indulta, et decreta fuerunt, et in uſu exiſtunt rata, et grata habentes illa, necnon omnes libertates, et immunitates ab eiſdem Innocentio, et Alexandro, ac Julio, necnon Paulo III. et aliis Romanis Pontificibus etiam prędeceſſoribus noſtris, ſivè per privilegia, et alia Indulta vobis communiter conceſſa, omneſque Immunitates, et exemptiones ſecularium exactionum ab Imperatoribus, Regibus, Ducibus, Principibus, ac aliis Chriſtianis Fidelibus vobis rationabiliter indultas, ſicut ea omnia, et ſingula juſtè, et pacificè poſſidetis, vobis auctoritate Apoſtolica confirmamus, et pręſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtram confirmationis, et communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1551. x. Kal. Novembris, Pontificatus noſtri Anno II.

Litterę Sanctiſs. Domini Noſtri Julii Papæ III. confirmantes Conſtitutionem factam per Congregationem Salvatoris Lateranenſem adverſùs hæreticam pravitatem.

JULIUS PAPA III.

Dilecti Filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi Nobis feciſtis, quòd vos ad conſervandum quantùm in vobis eſt puritatem Religionis Chriſtianę in veſtro Capitulo Generali noviſſimè celebrato, inter alia ſtatuiſtis, et ordinaſtis, quòd quicumque veſtræ Congregationis Canonicos, hęreticas, et maximè Lutheranas aſſertiones pertinaciter aſſereret carceri, vel [ſi ad id conſenſus Sedis Apoſtolicæ adeſſet] triremi perpetuò deputaretur: Si verò eas non pertinaciter, ſed alio quovis modo, aut prætextu aſſereret, juxtà quamdam in alio Capitulo generali editam ordinationem veſtram incipientem *Siquis nutu, vel verbo*, puniretur, & quicumque vobis ſubditus talem aſſertionem audiret, nec id Superioribus ſuis revelaret, tamquàm criminis particeps, carceri ad annum manciparetur, & quòd ad probationem præmiſſorum duo, aut tres fidedigni Teſtes ſufficerent, quodque pleniſſima ſuper præmiſſis judicandi poteſtas eſſet; penès pro tempore exiſtentem Rectorem generalem, & unum ex Viſitatoribus ex Congregatione hujuſmodi, aut duos ſine eodem Rectore Viſitatores, vel in eorum abſentia duos probos Viros.

Et ulteriùs eligerentur quatuor Judices à dicta Sede confirmantes, qui plenam ſuper præmiſſis juxtà canonicas ſanctiones inquirendi, & culpabiles repertos

ad

Digitized by Google

ad eorum cuſtodiam tantùm, incarcerandi haberent. Sententia tamen diffinitiva, & illius executio penès Rectorem generalem, vel Viſitatores præfatos cum uno, vel duobus ex Judicibus dictis remaneret, tenerenturque idem Rector, & Viſitatores juxtà Canonicas ſanctiones dumtaxàt judicare.

Quodque verbi Dei ex Congregatione veſtra Concionatores, qui in ſui totius Quadrageſimæ prædicationibus aſſertiones Catholicas, & Eccleſiaſticas, videlicèt ſuffragiorum Mortuorum, & Purgatorii, ac Indulgentiarum, & poteſtatis Summi Pontificis, necnon Euchariſtiæ, & Confeſſionis, & venerationis Sanctorum, necnon neceſſitatis operum, contra id [quod ab Hæreticis tenetur] non infererent, tamquàm de Hæreſi ſuſpecti punirentur, prout in Inſtrumento, ſeu alio documento publico deſuper confecto dicitur pleniùs contineri: Quarè nobis humiliter ſupplicari feciſtis, ut ſtatutis, & ordinationibus veſtris prædictis pro illorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, aliaſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui Religionem eamdem conſervare, & augere totis viribus procuramus, ſupplicationibus hujuſmodi inclinati; ſtatuta, & ordinationes veſtras prædicta, prout illa concernunt omnia, & ſingula in Inſtrumento, ſeu documento hujuſmodi contenta, eorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, ex certa ſcientia approbamus, & confirmamus, ac illis plenum, & perpetuum firmitatis robur adijcimus, ſupplentes omnes, & ſingulos juris, & facti defectus; ſi qui forſan intervenerint in eiſdem; ea omnia, & ſingula ſuos plenarios effectus ſortiri, & ab omnibus inviolabiliter obſervari debere decernimus.

Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis, & Congregationis prædictorum etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate aliàs roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus, ac formis, & etiam cum quibusvis derogationum derogatoriis aliis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibuſq; omnibus eorum tenorem, ac formam præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice ſpecialiter, et expreſsè derogamus contrariis quibuſcumque.

Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatotis die 3. Januarii 1552. Pontificatus noſtri Anno III.

Litteræ Sanctiſs. D. Noſtri Marcelli Papæ II. Ad Rectorem generalem Congregationis Salvatoris Lateranenſis ſuper Monialibus, & Puellis apud eas educandis.

MARCELLUS PAPA II.

Dilecte Fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dudùm per fel. record. Clementem Papæ VII. prædeceſſorem noſtrum &c. *Recenſetq; ſuper fol.* 481. *mox ſubinfert.*

Nos quorum eſt mentem prædeceſſorum noſtrorum interpretari, & ut diſpoſita per eos inviolabiliter obſerventur, providere volentes ſuper hoc omnem contendendi, & hæſitandi materiam amputare, motu ſimili, & ex certa ſcientia noſtra, te, & pro tempore exiſtentem Rectorem præfatum, prætextu earumdem litterarum, licentiam recipiendi in dictis Monaſteriis aliquas Puellas in eiſdem Monaſteriis nutriendas, vel inſtruendas, aut ante quartum decimum annum completum prædictum, in Moniales ipſorum Monaſteriorum admittendi, ſeu habitum prædicti Ordinis induendi, alicui quantumvis qualificato concedere non poſſe decernimus, & declaramus, non obſtantibus &c.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatoris die 12. Aprilis 1555. Pontificatus noſtri Anno I.

Litte-

Litteræ Sanctiſſimi D. *Noſtri Pauli Papę IV. approbantes Conſtitutionem Canonicorum Salvatoris Lateranenſium adversùs Hæreſes inſuper confirmans Judices ab eis electos, ac deputatos.*

Dilectis Filiis Congregationi Canonicorum Regularium Lateranenſium Ordinis Sancti Auguſtini.

PAULUS PAPA IV.

Dilectis Filiis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dudùm fel.rec. Julio Papæ III. prædeceſſori noſtro pro parte veſtra expoſito, quòd vos ad conſervandum quantùm in vobis erat, puritatem Religionis Chriſtianæ in veſtro Capitulo generali tunc noviſſimè celebrato; inter aliàs ſtatueritis, & ordinaveritis, quòd quicumque veſtræ Congregationis Canonicus Hæreticas, & maximè Lutheranas aſſertiones pertinaciter aſſereret carceri, vel ſi ad id couſenſus Sedis Apoſtolicæ adeſſet, triremi perpetuo deputaretur, ſi verò eas non pertinaciter, ſed alio quovis modo, aut prætextu aſſereret, ſolùm juxtà quamdam veſtram in alio veſtro Capitulo generali editam ordinationem incipientem *Si quis nutu, vel verbo &c.* puniretur, & quicumque vobis ſubditus talem aſſertionem audiret, nec Superioribus ſuis revelaret; tanquàm criminis particeps, carceribus ad annum manciparetur; & quòd ad probationem præmiſſorum duo, aut tres fidedigni Teſtes ſufficerent.

Quodque pleniſſima ſuper præmiſſis judicandi poteſtas, eſſet penès pro tempore exiſtentem Rectorem generalem, & unum ex Viſitatoribus Congregationis hujuſmodi, aut duos ſine eodem Rectore Viſitatores, vel cum eorum abſentia duos probos Viros.

Et ulteriùs eligerent quatuor Judices à dicta Sede confirmandos, qui plenam ſuper præmiſſis,juxtà canonicas ſanctiones inquirendi, & culpabiles (repertos ad eorum cuſtodiam tantùm) incarcerandi haberent; ſententia tamen diffinitiva, & illius executio penès Rectorem generalem, vel Viſitatores prædictos cum uno, vel duobus ex dictis Judicibus remaneret, tenerenturque ijdem Rector, & Viſitatores, ac Judices, juxtà canonicas ſanctiones dumtaxàt judicare, prout in Inſtrumento, ſeu alio documento publico deſuper confecto dicebatur pleniùs contineri: Præfatus prædeceſſor veſtris in ea parte ſupplicationibus inclinatus, ſtatuta, & ordinationes veſtras prædictas, ac pront illa decernebant omnia, & ſingula in Inſtrumento, ſeu documento hujuſmodi contenta, per ſuas in forma Brevis litteras approbavit, & confirmavit, prout in eiſdem litteris pleniùs continetur. Cùm autem ſicut nobis nuper exponi feciſtis, vos ſingulis annis in veſtro generali Capitulo de more celebrato Judices juxtà dictarum litterarum tenorem deputetis. Vobiſque diſpendioſum, & in commodum ſit ſingulis annis hujusmodi confirmationem petere; Sicque delinquentium correctio, aliquandò longiori tempore differatur in eorum animæ periculum.

Nos, ut facilius animabus dictorum delinquentium conſuli poſſit, & delinquentes ipſi pœnis debitis mediante juſtitia, in exemplum aliorum afficiantur, & proſpero ſtatui, & fælici ſucceſſui prædictæ Congregationis conſulatur. Quantum in nobis eſt providere volentes, necnon ſtatuta, & ordinationes, ac deſuper confectas litteras hujuſmodi, quorum veriores tenores præſentibus haberi volumus per expreſſis, harum ſeriè approbantes, & confirmantes; veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, ac ordinamus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus, Judices per Rectorem generalem, Viſitatores, & Diffinitores Congregationis hujuſmodi, in vim dictarum litterarum pro tempore deputati, eorum deputatio hujuſmodi eo ipſo dicta auctoritate approbata ſit, & eſſe cenſeatur.

Ipſique

Ipſique Judices abſque alia confirmatione à ſede prædicta in poſterum obtinenda, & impetranda, ſine mora, & temporis intervallo, ad dictarum litterarum omnimodam, & totalem executionem, juxta illarum tenorem procedere valeant, in omnibus, & per omnia, ac ſi ſingulis annis eorum deputatio ab eadem ſede petita, & ab illa approbata, & confirmata eſſet; ſuper quibus ſervata forma ſtatutorum, & ordinationum, ac litterarum hujuſmodi, plenam, & liberam licentiam, & facultatem concedimus per præſentes: decernentes, quicquid per dictos Judices tam præſentium, quàm præteritarum litterarum vigore actum, & geſtum fuerit, validum, & efficax eſſe.

Et ità per quoſcumque Judices quavis auctoritate fungentes, ſublata eis,& eorum cuilibet, quavis aliter judicaudi, & interprætandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere. Irritum quoque, & innane, ſi ſecus ſuper his à quoq; quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus Conſtitionibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ in dictis litteris conceſſa ſunt non obſtare: cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum &c.

Litteræ SS.D. Noſtri Pii Papæ IV. de Congregationis Salvatoris Lateranenſis Monialibus obedientiam refugientibus. Deque earundem regimine Annuali, ac triennali.

Dilecto filio moderno, & pro tempore exiſtenti Rectori Generali Canonicorum Regularium Ordinis Sancti Auguſtini Congregationis Lateranenſis.

PIUS PAPA IV.

Dilecti fili ſalutem &c. Ut ea quæ ad Religionis cultum perſonarumque tibi ſubjectarum bonum, ac ſalubre regimen, & tranquillam quietem tendere dignoſcuntur,meliùs ac facilius ad Dei Omnipotentis laudem, Divini nominis incrementum gerere, & exercere valeas, tuis etiam in hac parte Nobis humiliter porrectis ſupplicationibus inclinati. Tibi, vt de cætero perpetuis futuris temporibus quotieſcunque aliquæ Moniales, cujuſvis Monaſterii tibi, & eidem tuæ Congregationi ſubjectæ, ordinationibus, ſtatutis, ac mandatis per te, pro illarum fælici gubernio, & vitæ Regularis obſervantia hactenus editis, & in poſterum edendis, parere, & obedire recuſaverint, ſeù contempſerint. Tu, diffinitorum tamen Capituli generalis ejuſdem Congregationis, tempore ipſius Capituli expreſſo ad id accedente conſenſu, gubernio, & adminiſtratione, curaque audiendi confeſſiones dictarum Monialium, vobis ut præfertur obedire recuſantium, vos liberare atque exonerare, ac illarum gubernium, adminiſtrationem, & curam hujuſmodi locorum Ordinariis totaliter admittere, & relaxare liberè, & licitè poſſitis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium licentiam concedimus, & facultatem. Et inſuper, quòd quælibet dictorum Monaſteriorum vobis ſubjectorum Abbatiſſa, ſeù Prioriſſa pro tempore exiſtens, officium ipſum Abbatiſſatus, ſeù Prioriſſatus, niſi per unum annum exercere valeat: quo finito, in manibus earum conventus officium hujuſmodi renunciare, & cedere teneatur, ita quòd liceat eidem Conventui, aliam Abbatiſſam, ſeù Prioriſſam eligere, vel eandemmet ſic renunciantem, & cedentem, de novo ad alium annum reeligere, & ſimiliter ſic reelecta ſecundo anno finito, dicti Abbatiſſatus, ſeù Prioriſſatus officium, in ſui Conventus hujuſmodi manibus, ut præmittitur renunciare, & cedere omninò debeat, & idem Conventus ad alterius Abbatiſſæ, ſeù Prioriſſæ electionem, aut ejuſdem renunciantis; & cedentis reelectionem, pro tertio pariter anno procedere poſſit, necnon triennio hujuſmodi abſoluto, eadem Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa, quæ ſic per triennium continuum, nullo intervallo intercedente, in ipſo officio perſeveraverit, ulterius in Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam,niſi

non

anno integro elapſo, à die finiti ſui triennalis officii computando, juxta tenorem, et formam ſuarum Conſtitutionum, rursùs eligi nullo modo poſſit. Et ſic per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpraetandi facultate, judicari, et diffiniri debere, irritum quoque, et inane, ſi ſecùs ſuper his à quoque, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate, et tenore præmiſſis ſtatuimus, atque decernimus.

Non obſtantibus, ac in quibuſvis Apoſtolicis Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon Ordinis, & Congregationis hujuſmodi, etiam juramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Congregationi, illiuſque ſuperioribus ſub quibuſvis verborum formis, & expreſſionibus quomodolibet conceſſis confirmatis, & ſæpius innovatis. Quibus omnibus etiam ſi de eis eorumque totis tenoribus ſpecialis, & ſpecifica mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, illorum tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatoris die 5. Novembris 1561. Pontificatus noſtri Anno II.

Sanctiſſimi Domini Noſtri Pij Papæ IV. facultas conceſſa Rectori generali Canonicorum Regularium Salvatoris Lateranenſis, ſuper corrigendis exceſſibus ſocietatis ſuæ.

Dilecto filio Rectori Generali Canonicorum Regularium.

PIUS PAPA IV.

Dilecte Fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cùm ſicut nos non ſine animi noſtri diſplicentia accepimus, nonnullos Canonicos, & alias perſonas Regulares Ordinis S. Auguſtini Congregationis Lateranen. aliquandò à rectitudinis tramite deviare contigiſſe, ſeu contingere, diverſoſque exceſſus, & errores, aut crimina, vel alia id genus facinora perpetraſſe, & comiſiſſe in animarum ſuarum periculum, & Divinæ Majeſtatis offenſam, ac Religionis obſervantiæ opprobrium, ſcandalumqne, & perturbationem plurimorum.

Nos ad quos talibus nè deteriora parturiant, debitam adhibere diligentiam pertinet, ſuper his providendum eſſe cenſentes, diſcretioni tuæ, de cujus, & infraſcriptorum Diffinitorum fiducia in Domino plurimùm confidimus, & pro tempore exiſtenti Rectori generali dicti Ordinis, ut quoſcumque dicti Ordinis Canonicos, & perſonas errantes, vel delinquentes, ac Irregularitatem contrahentes tempore Capituli per vos celebrari ſoliti, una cum octo Diffinitoribus ejuſdem Ordinis per te, & ipſius Ordinis Cananicos ipſo tempore deputatis ad te evocendi, ac eos juxtà illorum exceſſus, errores, & crimina per te, & eoſdem Diffinitores nemine eorum diſcrepante corrigendi, puniendi, & mulctandi, necuon in Rebelles, & Inobedientes Excommunicationis, & Irregularitatis, ac alias ſententias, cenſuras, & pœnas promulgandi, facta illorum, qui ſi in ſeculo eſſent ultimo ſupplicio damnarentur priùs degradatione, ſi ſupraſcripto Rectori Ordinis, & octo Diffinitoribus incorrigibiles niſi fuerint, aut ſine gravi ſcandalo diutiùs ſuſtineri in Religione non poſſe dijudicaverint illos perpetuò, vel ad tempus ad Triremes mittendi, & condemnandi, eoſque in manus executorum ſecularium conſignandi, ac contra non parentes, ſeu inobedientes declarationem incurſus cenſurarum, ac pœnarum hujuſmodi, illarumque aggravationem, ac aliàs, prout neceſſarium fuerit, donec

pa-

paruerint procedendi, omniaque, & ſingula alia in præmiſſis, & circà ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna faciendi, & exequendi, quacumque appellatione remota, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium liberam licentiam, & facultatem concedimus, tibique pariter indulgemus.

Non obſtantibus quibusvis Apoſtolicis, ac Provincialibus, & Synodalibus Conciliis, editis generalibus, & ſpecialibus, aliisque conſuetudinibus, ac ordinationibus, ac dicti Ordinis Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis, quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Ordini, illiusque Fratribus, Domibus, Conventibus, Superioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis, etiam Motu proprio, vel aliàs quomodolibet conceſſis, approbatis, etiam innovatis: Quibus omnibus illorum veriores tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxàt harum ſeriem ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ ſub Anulo Piſcatoris die 28.Junii 1561. Pontificatus noſtri Anno II.

Commiſſio Cauſæ præcedentiæ inter Reverendos Clericos Canonicos Regul. Ordinis S. Auguſtini, Congregat. S. Salvatoris Lateranenſis, & Rever. Monachos, Ordinis S.Benedicti, Congregationis Caſinenſis, aliàs S.Iuſtinæ de Padua, præſentata Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Ioanni Michaeli Sarraceno, tit. S.Anaſtaſiæ, Io. Bapt. Cicadæ tit. S.Clementis, & Bernardino Scotto, tit. S.Matthæi, S.R.E. Presbyteris Cardinalibus &c.

PIUS PAPA IV.

MOtu proprio &c. Regimini univerſalis Eccleſiæ, Divina diſpoſitione præſidentes ad ea libenter intendimus, per quæ inter Chriſtifideles quoslibet, præſertim ſub uno, & eodem Sacerdotii vexillo, nobiſcum Deo militantes, Pax, & Charitas inducantur, & inductæ confoveantur, ac quæ his contraria ſunt, falce vigilantiæ paſtoralis ad radicem poſita ſubmoveantur, prout rerum, & temporum circumſtantiæ, id non immeritò expoſcere dignoſcuntur.

Cum itaque, ut non ſine gravi animi noſtri moleſtia accepimus retroactis temporibus nonnullæ altercationes, rixæ, lites, & differentiæ inter dilectos filios Clericos Canonicos Regulares Ordinis S. Auguſtini Congregationis Lateranen. ex una, & Monachos Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſſinen. aliàs S. Juſtinæ de Padua, partibus ex altera, Canonici videlicèt, eorum Regulam per centum annos ante Regulam S. Benedicti inſtitutam fuiſſe, & ſic tanquàm Clericos eoſdem Monachos ubique locorum præcedere debuiſſe, & debere, ac illos in proceſſionibus, & aliis actibus publicis, et ſolemnibus in hac Alma Urbe, noſtroque, et prædeceſſorum noſtrorum conſpectu hactenùs præceſſiſſe, et præcedere, omnibus notum eſt, Monachi verò præfati contrarium aſſerentes, de, et ſuper præcedentia hujuſmodi, ac Ordine præcedendi tàm in proceſſionibus, et actibus publicis, quàm generalibus, et ſynodalibus Conciliis exortæ fuiſſent. Et crederemus illas jamdiù ſopitas, et in totum terminatas eſſe, nihilominùs Principis tenebrarum aſtutia id efficiente, illæ adhuc ſopitæ, et extinctæ non ſint in eorumdem Canonicorum, et Monachorum, qui pro illorum Regulari profeſſione, mutua charitate ſe diligere, et alter alterius onera portare deberent, animarum periculum, et populi ſcandalum non modicum vertuntur; Nos igitur attendentes, quòd Sancta Romana Eccleſia ab ejus fundatione primæva, in ordine Sacerdotali inſtituta, per Vi-

ros providos, et Sacerdotes ſtudioſos, præſertim Religioſos adaucta, et longiſſimis temporibus feliciter conſervata extitit, et animadvertentes illam hiſce temporibus, creſcente hominum malitia,talibus perſonis, qui eam ab hoſtium impetu tueantur, illamque ab impiis eorum conatibus, qui eam obruere nituntur intrepidè defendant, valdè indigere, et niſi per earum, et aliorum Chriſtifidelium unionem, his peſtiferis temporibus, tantis auſibus obſiſtere, ac illos reprimere minimè poſſe, et propterea cupientes inter eos pacis, et tranquilitatis dulcedinem imponere, et ſuper his ea, qua decet maturitate providere omnes, & ſingulas altercationes, lites, controverſias, & cauſas tàm in Romana Curia, quàm extra eam, etiam coram quibuſcumque Judicibus tàm ordinariis, quàm delegatis, & ubicumque, ac in quibusvis inſtantiis motas, & pendentes, ac quam, & quas præfati Clerici Canonici Regulares habent, & movent, habereque,& movere volunt, & intendunt tàm contra dictos Monachos, quàm omnes alios ſua communiter, vel diviſim intereſſe putantes tàm de,& ſuper præcedentia pręf.& aliis præmiſſis,quàm rebus aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latiùs deducendis, & illorum occaſione, illarum omnium ſtatum, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & Collitigantium, ac aliorum hic de neceſſitate exprimendorum, veriores tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, harum ſerie ad nos advocamus, ac eiſdem Judicibus in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub noſtræ indignationis pæna, ne de cætero in illis ſe intromittere quoquo modo audeant, ſeu præſumant, diſtrictiùs inhibemus, illasque, et earum ſingulas in eiſdem ſtatu, et terminis, in quibus cauſæ ipſæ jam motæ reperiuntur cum omnibus, et ſingulis incidentibus, emergentibus, annexis, et connexis dilectis filiis Jo. Michaeli Saraceno Tituli Sanctæ Anaſtaſiæ, Joanni Baptiſtæ Cicadæ Tituli S. Clementis, et Bernardino Scotto Tituli Sancti Matthæi Sanctæ Romanæ Eecleſiæ Presbyteris Cardinalibus, per eos tàm coniunctim, quàm diviſim, ſummariè, ſimpliciter, et de plano, et ſine ſtrepitu, et figura Judicii, ſed ſola veritate inſpecta, et abſque aliqua tela judiciaria, et terminorum ſubſtantialium,etiam illorum quatuor in ſimilibus ſervari ſolitorum obſervatione, nulla mora interpoſita, ac antè aperturam Sacri Oecumenici Concilii nuper in Civitate Tridentina indicti, ſi fieri poteſt, audiendas,cognoſcendas, et priùs per amicabilem compoſitionem ſi fieri poterit, tranſigendas; ſin minùs ex bono, & æquo, & manu regia decidendas, omni etiam appellatione remota, & ad finem debitum perducen. committimus, & mandamus cum poteſtate in dicta Curia, & extrà eam tàm dictos Monachos, & eorum Præſidentem, Abbates, & Priores, & Procuratorem generalem, ac omnes alios ſua communiter, vel diviſim intereſſe putantes tàm in decreto, quàm in executione citationis præſentium vigore decernendæ nominandos citandi, ac eiſdem, & omnibus aliis, quibus, & quoties opus fuerit ſub pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis, ac etiam pecuniariis eorum arbitrio imponendis, moderandis, & applicandis, ac ipſo facto incurrendis, & in eventum non paritionis, pœnas, & cenſuras ipſas incurriſſe, & incidiſſe declarandi, aggravandi, ac reaggravandi, ac interdicendi, necnon brachii ſecularis auxilium invocandi, ac omnia alia, & ſingula faciendi, & exequendi,quæ in præmiſſis,& circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna, præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtylo Palatii, cæterisque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque.

De mandato Domini noſtri Papæ audiant præfati Reverendiſs. Domini Cardinales,citent, inhibeant, etiam ſub cenſuris, & pœnis procedant, ut petitur,

Placet. I

Altera

Altera commiſſio cauſæ, in qua mandatur prædictis Iudicibus, ut poſtquàm cognoverint, ad Suam Sanctitatem referant decidendam.

PATER BEATISSIME, licèt credatur, quòd ex deductis, & probationibus tàm apud acta factis, & allegationibus partium hinc indè tàm juris, quàm facti datis, ſatis conſter, & appareat de bono jure devotorum Sanctitati Veſtræ Oratorum Rectoris generalis, & Clericorum Canonicorum, & Prælatorum Congregationis Lateranen. ita quòd potuiſſet, & poſſet ad expeditionem cauſæ, & cauſarum, de quibus in præinſerta fit mentio, per ſupradictos Reverendiſſimos Cardinales, & Judices, quibus Sanctitas Veſtra vigore præinſertæ, cauſam, & cauſas ſupradictas commiſit deveniri; tamen propter diffugia, & impedimenta, quæ (per partes fugientes expeditionem) præſtari ſolent, expeditio earumdem cauſarum retardata extitit, & retardatur. Cùm autem Pater Sancte, præfati Oratores deſiderent hoc pro pace, & quiete mentis ipſorum, & [ut poſſint Divinis obſequiis quieto animo inſervire, & famulari, ut eiſdem controverſiis] & cauſis, quantò citiùs fieri poteſt, debitus finis imponatur, & pro tanto firmiter credunt, quòd ſi Sanctitas Veſtra meritorum cauſæ, & cauſarum hujuſmodi relatio per ſupradictos Reverendiſſimos Dominos Judices fieret, multò citiùs deveniretur; Propterea præfati Oratores eidem Sanctitati Veſtræ humiliter ſupplicant, ut eiſdem Reverendiſsimis Dominis Cardinalibus, & judicibus, quibus præinſertæ directæ, & directæ, & præſentatæ fuerunt, committere, & mandare dignetur, ut cauſam, & cauſas præfat. S. V. referendas, & per eandem S. V. audita eorum relatione, & per ſuam ſententiam pro majori partium ſatisfactione, & conſolatione decidendas, & fine debito terminandas audiant, & cognoſcant, & eidem S. V. referant, cum poteſtate citandi, & inhibendi, ac cauſam, & cauſas prædictas, & earum merita S. V. referenda, aliiſque facultatibus neceſſariis, & opportunis, præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtylo palatii, cæteriſque in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque, ſtatum, & merita cauſæ, & cauſarum hujuſmodi præmiſſorumque, & aliorum hic forſan de neceſſitate exprimendorum tenores, & compendia, pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes.

De mandato Domini Noſtri Papæ præfati Reverendiſſimi Domini Cardinalis procedant, & referant, ut petitur.

Placet. I.

In cauſa præcedentiæ inter RR. Clericos Canonicos Regulares Congregationis Salvatoris Lateranenſis, ac RR. Monachos S. Benedicti, Congregationis Caſinenſis, vel S. Iuſtinæ.

Relatio Illuſtriſs., ac Reverendiſs. S. R. E. Card. Jo. Baptiſta Cicadæ titul. S. Clementis. Coram Sanctiſs. D. Noſtro Pio Papa IV.

SANCTISSIME PATER.

IN Cauſa præcedentiæ inter Canonicos Regulares, & Monachos S. Benedicti, in primis fuit dubitatum: An dicti Canonici cenſeantur eſſe de illis, quos B. Auguſtinus inſtituit, & concluſum fuit pro parte affirmativa, præſupponendo in primis, quòd tempore primitivæ Eccleſiæ, Apoſtoli inſtituerunt Clericos, & Presbyteros, ut habetur in cap. 1. in fin. 12. diſt., & tradit latè Aug. de Ancona in tract. de poteſt. Eccleſ. q. 104. arg. 1. ver. *Reſpondeo*, & poſt Apoſtolos B. Marcus illos primus inſtituit in Civitate Alexandrina, ut refert Caſſia in lib. de inſt. Monachorum. Poſtea ſuccedente tempore cùm B. Auguſt. videret diſciplinam Clericalem jam relaxari, ut re-

 tine-

tineretur ſymbolum vitæ Apoſtolicæ, & Clericorum antiquorum, inſtituit Collegium Clericorum Regularium; prout de hoc ſunt multa jura in decreto, 12. qu. 1., & refert B. Thoma 2. 2. qu.189.art.8. Ex iſtis Clericis Regularibus propagatus eſt ordo Canonicorum Regularium, prout tenet S.Thom. in loco ſupra allegato. Vinc. in Speculo doctrinali, lib.18. cap. 17. Ubi inquit: *Ordo Canonicorum Regularium primò ab Apoſtolis, poſtea à B. Auguſtino regulariter fuit inſtitutus*, & in Speculo hiſtoriali, lib.16. cap.fin. inquit: *Auguſtinus factus Sacerdos Monaſterium Clericorum inſtituit, & cæpit vivere ſecundum Regulam ſub S. Apoſtolis conſtitutam*. Beatus Antoninus in 2. parte ſuæ Cronicæ, tit.15. cap.16. §.7. Volat. lib.21.Com.ibi: *Ordo Canonicus non tam ab Auguſtino inſtitutus, quàm renovatus; ab Apoſtolis enim ſumpſit exordium*. Faſciculus temporum in 6. ætate ubi inquit: *Ordo Canonicus cæpit reflorere in Eccleſ. Beluacenſi tempore Ivonis, & Ruffi*.

Item fatentur Pontifices Benedictus XII. in ſua extravag. quæ reperitur inter Conſtitutiones Canonicorum Regularium. Idem Eugenius IV. in Bulla producta, quæ judicio meo fidem optimam facit. Nam cum materia poſſet dici dubia, ſtandum eſt in dubiis determinationi Papæ, cap. *In literis*, de reſt. ſpol. Jo. Andr. in cap. *Dilecto*, de præb. Et dicit S. Thom. 2.2. artic.12. quæſt. 21. quòd in deciſionibus cauſarum magis eſt ſtandum authoritati Papæ, quàm cujusvis alterius etiam S. Doctoris.

Nec obſtat, quòd verba Bullæ videantur enunciativa, quià judicio meo, ſunt diſpoſitiva, & per modum cauſæ. Nam Papa aſſerit velle reſtituere templum Lateranenſe iſtis Canonicis, à quibus olim regebatur, & quod fuerunt amoti à Bonifacio, & ideò reſtituit iis, ut in eò retineatur ſymbolum vitæ Clericorum, quæ vigebat tempore Apoſtolorum, & quam Auguſtinus Divinis Regulis decoravit, affirmando, quod ab illis Canonici in Eccleſia Lateranenſi, per eum introducti proceſſerunt, & ſic propter iſtam cauſam diſponit. Quo caſu aſſertio hujuſmodi probat, & fidem facit, Bar. in leg. *Emptor* §. *Ancilla* de rei vindicat. Alex.conſ.46.colum.2. vol.1. Jaſ. in l. *Ex his* num.1. C.de mil.teſt. Deciſ.in leg.Si quis in conſcribendo num.4. C. de pactis.

Secundò facit, quià Bulla emanavit motu proprio, & ex certa ſcientia, quo caſu fidem facit. Alex.conſil.112. *Volu*.7. Soc.conſil.87. volum.3. cum ſim.

Tertiò, quià in omnem eventum, transfert onus probandi in adverſarios, etiam quando agitur de facto tertii, ut eſt gloſſ. in Clem.literis de probat.Sed per adverſarios nihil eſt probatum ſaltèm concludenter, ergò, & præſertim quia declarationem Eugenii ſequuntur Nicolaus V. & Sixtus IV. Item quia ſumus in antiquis annorum centum, & ultra. Quo caſu narrativa Papæ fidem facit, latè per Rim. de anc.temp.par.1.

Ulterius, quod iſti Canonici deſcendant ab illis, probatur ſufficienti partium enumeratione. Et primo, quià conveniunt in nomine. Nam ſicut illi vocantur Clerici, ita & iſti, & licèt quandoque vocentur Canonici tamen idem ſunt, & promiſcuè jura utrumque nomen illis attribuunt, ut habetur in C. *Certè*, & in cap. *Nolo* 12. qu. 1. in cap. *Obſervandum* 15. queſt.2. ubi prohibetur, Clericos munera ſuſcipere, & Grat. declarat, intelligi de Canonicis Regularibus, & in cap. *In omnibus*, juncta gloſſ. in verb. *Ut Canonici*, de conſecr. diſt. 5. ubi Text. loquitur de Canonicis, & Clericis in communi viventibus, & gloſſ. intelligit de Canonicis Regularibus, facit Text. in cap. *Cum cauſam* de elect. ubi ſimpliciter nominat Clericos, & tamen loquitur de viventibus ſub Regula S. Auguſtini, & in cap. *Dilecto* de judiciis, ubi ſemèl dicit Prior & Clerici, & poſtea dicit Prior, & Canonici ad idem cap. *Quoniam* de vit. et honeſt. Cleric. juncta gl. in verb. *Clericos*, et patet, quia Regula ipſa Canonicorum Regularium inſcribitur: *De communi vita Clericorum*, et quòd illi antiqui Clerici vocarentur etiam Canonici, eſt Text. cum gloſſ. in cap. *In omnibus* de conſecr. diſt.5. cum ſimil.

Secundò probatur identitas ex habitu lineo ab ipſo Deo inſtituto, ut habetur Exod. cap.28. et 39. et quòd Apoſtoli uſi fuerint habitu lineo, habetur in Hiſtoria

S. Sil-

S. Silveſtri de S.Eufroſino,qui Romam venit indutus collobio candido, quod fertur fuiſſe S. Jacobi Apoſtoli, et in Apocal. legitur de Sanctis, qui ambulabant in albis lineis, et ibi notat Nicol. de Lira, et ità inſtituit Auguſt. Clericos ſuos deferre debere, et patet in Sermone ſuo, qui incipit, *Charitati veſtræ*, ubi dicit, *byrrum, & tunicam lineam nemo accipiat, niſi in communi*, prout etiam hodiè Clerici,ac Preſbyteri, et Prælati utuntur veſtibus lineis, hic eſt habitus proprius Canonicorum Regularium, ut gl. in Clem.1. in verb. *Habitus* de elect. Nec obſtat, quòd ſuper habitu lineo deferant cappam,quià attenditur habitus interior, et non exterior, ut per gloſſ. ibi, et per Imol.num.29. et per gloſſ.in Clem.ne in agro §.ſtatuimus, ibi, prox. de ſtatu Regularium.

Tertiò probatur identitas etiam ex profeſſione; Et primò, quià vivunt in communi, prout vivebant tempore Apoſtolorum, & tempore ipſius Auguſtini, ut habetur in cap.*Nolo*, et in cap. *Non dicatis* 12. quæſt. 1. et tradit Urbanus Papa in cap. *Videntes*, ea eau. et quæſt. et habetur in cap. *Præter hæc* 32. diſtinct. Abb. in cap.*Deus qui*, de vita,et honeſt.Cler. et in cap.*Epiſcopus* de præb.Præpoſ.in cap.1. 44. diſtinct. Barb. de præſtantia Cardinalium quæſt. 6. Nec ob.Text. in cap. *Certè* num.1. ubi Aug. videtur tolerare Clericos volentes tenere proprium, quia verum eſt, quòd tolerat Clericos viventes extra Collegium, non autem in Societate ſua, ut dicit expreſsè in d. cap.*Nolo*, et clariùs in cap. ſeq. ubi dicit, Quòd Viventes in ſua Societate omnibus renunciabant, et voluntatem abnegabant, ex qua abnegatione probatur etiam Votum Obedientiæ, quòd nihil aliud eſt, quàm negare propriam voluntatem, et voluntati alterius parere, ut tradit Auguſt. de Ancona in dicto tract. de poteſt. Eccleſ. quæſt.91. De Voto etiam Caſtitatis non eſt dubitandum, ut per Auguſt. in 2. ſerm. de communi vita Clericorum, ubi inquit, Quòd Clericus profeſſus eſt Sanctitatem,et Clericatum, per quod verbum *Sanctitatem*, intelligitur de Caſtitate, ut per Auguſt.de Ancon.in d. quæſt. art. 3. Et licèt tempore Auguſtini non fieret fortè poſſeſſio formalis, prout hodiè fit, tamen ſatis eſt, quòd in ſubſtantia, et quoad effectum idem faciebant, ut dicit S. Thomas in 4.ſenten.diſtinct.38, art.2. quæſt.3. ubi inquit, Quòd antequàm eſſent iſtæ Regulæ, quæ modò ſunt, erat ſimilis modus vivendi, qui hodiè reductus eſt ad Regulam, et tradunt Joannes de Turrecrem. 17. quæſt.1. in Summa, et Prædo. in cap. 1. 44. diſtinct.

Quartò, probatur identitas ex nomine, et qualitate Prælatorum dicti Ordinis, qui propriè ſunt Presbyteri, et Præpoſiti, ut dicit Auguſt.*in Speculo*, et in dict. cap.*Non dicatis* 12.quæſt.1.Nam licèt hic ordo Canonicorum Regularium habeat aliquos Abbates, hoc fuit per accidens, nam regulariter non habent Abbates,ſed Præpoſitos, et Priores, ut declarat Innoc.in cap. *Cum titulorum*, per illum Text. juncto cap.*Monaci* de ſenten.excomm.

Et licèt multæ fuerint factæ Reformationes iſtius Ordinis per diverſa tempora, per hoc non tollitur ſubſtantia, et identitas ipſius, juxta leg. *Opponebatur*, de judic.conſil.Rom.198.

Nec obſtat etiam, quòd in Bulla Eugenii dicitur, de novella plantatione apud Friſionariam, quia intelligitur de ultima planta, propter Reformationem ibidem factam dicti Ordinis ab iiſdem, non autem, quòd novus Ordo fuerit inſtitutus in dicto loco, quia apparet ex Bullis Alexandri IV., et Gregorii X., quòd ante trecentos annos erat Ordo Canonicorum Regularium in dicto loco de Friſionaria.

Ex quibus, et multis aliis concluſum fuit modernos Canonicos deſcendere ab illis, quos B. Auguſtinus inſtituit.

Secundò, principaliter dubitatum fuit, poſito, quòd Canonici moderni cenſeantur eſſe de illis,quos inſtituit B. Auguſtinus, An debeant præcedere Monacos S. Benedicti, et concluſum fuit ſimiliter pro parte affirmativa.

Primò, propter antiquiorem inſtitutionem ipſorum factam à Divo Auguſtino, qui fuit longè ante Benedictum, quæ inſtitutio in materia præcedentiæ attendi debet, juxtà gloſ.in cap.*Quorundam* in verb.*Prædicatorum* de elect.lib.6.& clariùs apparebit ex infrà dicendis. Secun-

Secundò, facit prior approbatio dicti Ordinis Canonicorum Regularium, quę deducitur tacitè, & expreſsè. Tacitè, quià omnes Regulæ ante Concilium Lateranenſem cenſebantur ipſo jure approbatæ cap.fin. de Relig. Dom. & notat gloſ. in verb.*Praceſſit* in cap.*Unico* §.pen.eod.tit.lib.6. pro quo etiam eſt Text. in cap. *Parſimoniam*, ubi notant omnes 41.diſtinct. & in leg.1. de Collegiis illicitis, quæ licèt ſit lex civilis, tamen debet ſervari in foro canonico, niſi contrarium reperiatur de Jure Canonico deciſum, juxtà tradita in cap.1. de nov. oper. nuncup. Item cenſetur approbata Regula ante Regulam Benedicti, cum fuerit inſtituta ante illam per centum annos, & ultra. Per quod tempus præſumitur tit.juxtà leg.hoc Jure §.*Ductus aquæ*, de aqua quotid. & æſtiv. cap. ſuper quibuſdam, §. *Præterea*, de verbor. ſignificat. Item, quià Ordo hujuſmodi fuit inſtitutus per Epiſcopum, & ſic per Ordinarium, qui non reperiebatur prohibitus ante dictum Concilium, d. cap. fin. Ergò &c.

Præterea dicitur Ordinem hujuſmodi fuiſſe expreſsè approbatum ante Ordinem Benedicti per Gelaſium in cap. *Sacroſancta* 15. diſtinct. ubi approbantur in genere omnia Opuſcula Auguſtini, inter quæ eſt ipſa Regula Canonicorum. Ergò cenſetur approbata ab ipſo Gelaſio, qui Gelaſius fuit filius Valerii Epiſcopi Hipponen., qui ordinavit Divum Auguſtinum, & in ſucceſſorem elegit. Ulteriùs cum negari non poſſit ordinem hujuſmodi fuiſſe approbatum, ſaltem per Innocent. II. in cap.*Perniencioſa* 18. quæſt.2. hujuſmodi confirmatio actus, qui à principio validus erat (ut ſupra probatum fuit) trahitur ad tempus ipſius inſtitutionis, ac ſi tunc confirmatus fuiſſet, ut eſt Doct.Bald.in leg.1. Cod.de teſtam.manu latè Pariſ.conſ.19. num.37. lib.1.

Tertiò, principaliter deducitur dignitas, & præcedentia Canonicorum ex Clericatu, quem habent annexum originaliter cap.*Nolo*, cap. *Non dicatis*, & cap. *Certè* ſimil.12.qu.1. quià non poteſt eſſe Canonicus, qui non ſit Clericus Not. Abb. in cap. 2. de Inſtit. Et quòd iſti Canonici fiant Clerici ab initio, tradit Arch. in cap. *Mandamus* 29.quæſt.ſt.& B.Thomas 2.2.qu.189.art.8.

Monaci verò ex eorum inſtitutione erant Laici Cod. *De Epiſcopis, & Cler.* leg.generaliter, canonizata in cap. *Generaliter* 16. quæſt.1. Quinimò de Jure non poterant clericari, ut notat Præpoſ. in cap.*Priſcis* 55. diſtinct. & in cap. *Requiſitus* 1.quæſt.7. niſi ex cauſa neceſſitatis, ut in d. cap. *Priſcis*, & in cap. *Moderamini*, & in cap.*Ex auth.*16.quæſt.1.quià alia cauſa eſt Monaci, alia Clerici. Monaci enim officium eſt plangentis, Clerici verò docentis cap.*Hinc eſt*, cap.*Monachus*, cap.*Alia cauſa* 16.quæſt.1. Et indè dicitur, quòd vix optimus Monachus facit Clericum bonum, cap.*Legitur*, ea cauſa, & quæſtio, & ideò ſcribit Hieron. ad Ruffum, Sic vive in Monaſterio, ut Clericus eſſe merearis, cap. *Sic vive* 16. quæſt.1., & quòd Monaci eſſent Laici, & non Clerici, patet, quià ſolvebant decimas, prout cæteri Laici, gloſ. in cap.*Ex parte*, il 1.in verbo *Laborum* de decimis, & licèt hodiè Monaci fiant Clerici, Clericatus hujuſmodi competit eis per accidens, & non originaliter ex inſtitutione, prout competit Canonicis, ut dicunt Thomas, & Abb.in locis præallegatis, ex quo ſequitur, quòd cauſa naturalis attendi debet, & prævalet cauſæ accidentali, ut notat Bart.in leg.3. ff.de tut.& in leg.fin.ff.de off.Proconſ.& leg. & iſtà antiquior Ordinatio circa præcedentiam attendi debet, ut notat Abbas in term. in cap.*Statuimus*, colum.2. verſ.nota ex prædictis, de major.& ob. ubi dicit, quòd tanta debetur reverentia Ordini, quòd olim quandò Monaci non erant Clerici, ſimplex Clericus præferebatur Abbati, juxtà cap.*à Subdiacono* 93. diſtinct. & propterea non obſtat, quòd hodiè Monaci ſint arctioris vitæ, & ideò fiat tranſitus ex Canonicis ad Monacos, quià circà præcedentiam non attenditur comparatio meritorum, ſed Ordinum, ut notat Gemin. in cap.*Quamvis*, §.*Quamquàm* num.3 de præb. in 6.Dec.in cap.2.colum.3. de re jud.Felin. in cap.*Poſtulaſti* col.2.de Reſcript., prout patet in Mendicantibus, qui licèt ſint Clerici, & arctioris vitæ, tamen poſtponuntur aliis, & quia privilegium Clericatus conceſſum Monacis ex poſt facto, deb[illegible] ſine præjudicio alterius, vulg. leg.2. §. *Meritò*, ne quid in loco p[illegible] *[illegible]mvis* de Reſcript. in 6.

Nec

Nec obſtat huic fundamento Clericatus, quod dicitur ab aliquibus, Canonicos Regulares non debere gaudere privilegio Clericorum, quia non ſunt ſimplices Clerici, quia privilegium videtur remanſiſſe penès Clericos ſæculares, qui ipſos Regulares præcedunt. Nam, ut dicit Auguſt.lib.9.Confeſſionum, & in ſermone, qui incipit *Charitati veſtræ*, Clerici omnes originaliter vivebant ſecundùm Vitam Regularem, & cum inciperent vitam hujuſmodi relaxare, instituti ſunt Canonici Regulares per Auguſtinum juxtà priorem vitam, ad retinendum illius ſymbolum. Clerici verò, qui non ſervabant Regulam, vocati ſunt Seculares, quaſi participantes de Regulari quo ad Ordinem, & de Seculari quo ad vitam, ut dicit gloſ.in cap.*Licet in corrigendis*, in verſ. *Seculares* de of. ord. & ibi declarat Abbas colum.fin.num.5.& Præpo. in cap.1.col.34. in fin.verſ.3.tempus 44. diſt.poſt Hoſt. in ſumma, de vita, & honeſt.Cler.§.*à quibus* in princip. Et ideò B. Auguſtinus vocat Clericos Seculares claudos tanquàm claudicantes, & vitam rectam Clericalem non tenentes in cap.*Certè* 12.quæſt.1. Ex quo infertur, quòd Canonici Regulares, qui ſervant antiquam Regulam Clericorum, verè illi ſuccedunt, & digni ſunt majori laude, cum perſeverantes in bono, dicantur eſſe melioris conditionis, quàm ab eo deviantes, cap.*Si ex bono* de pœn. diſtinct.4. cap.*Eum qui*, de præb. in 6. & licèt Clerici Seculares, hodiè eos præcedant, hoc procedit, quia ſunt ſub Epiſcopo, & ſic ratione capitis, arg.cap.*Quamvis* il 1. de præb. lib.6. Nam membra ſequuntur caput, cap.*Non liceat* in princip. de præſcript. Et ideò ſi Eccleſia Cathedralis eſſet Regularis, prout multæ ſunt, Canonici Regulares illius Eccleſiæ præcederent quoſcumque Clericos ratione capitis, prout ſervatur in practica.

Quartò principaliter deducitur præcedentia Canonicorum ex dignitate Inſtituentis, ideſt Auguſtini, qui fuit non ſolùm magnus Epiſcopus, ut dicit Text. in cap.1. de oblig.ad ratio.ſed etiam ſolemnis Eccleſiæ Doctor, & ſecundus poſt Apoſtolos, ut habetur in cap.*Unico* §.*Sic Alma Mater*, de reliquis, & venerat. Sanctor. lib.6. Et non eſt dubium, quòd ordinatus à majore præfertur, etiam ſi ſit poſtea ordinatus cap.*Per tuas*, ubi Abbas, & alii not.de ma.& obed. Ideò dicunt, quòd ordinatus à Papa, licèt poſteriùs, præfertur ordinato priùs ab Epiſcopo, facit, cap. *Quid ſæpè* §.2.qui de præb.in 6. Benedictus verò fuit ſimplex Abbas, quod eſt nomen ſolicitudinis, & non dignitatis, ut eſt gloſ.in cap.*Tuam*, in verb.*Non aſcendat* de ætat.& qualit.& in cap.*Accedens* in verb.*Abbatem* 50.diſtinct. & competit etiam cuilibet Præpoſito Collegiorum ſecularium, & artium vilium, ut tradit Alciat. in leg. Collegiarum de verb. ſignif. Et ideò in Eccleſia poſtponitur Oſtiario, &aliis in minoribus Ordinibus conſtitutis, cap.*à Subdiacono* 93.diſt.Nam dignitas, & privilegium Abbatum noſtri temporis, eis competit ex ſpeciali privilegio, Sed. Ap. de privil. lib. 6. & poteſt concedi hujuſmodi privilegium, prout ſæpiſſimè conceſſum fuit, & conceditur etiam Prioribus non habentibus Superiorem, ut notat gloſ. in cap.*Abbatem*, eodem tit.& lib. Quià iſtæ Prælaturæ quandò ſunt in capite æquiparantur, cap.2.& cap.*Cum illorum* de ſenten.excomm. cum gloſ.in verb.*Abbatem*, ubi notant omnes[1], & propterea non obſtante, quod dicitur. Monachos videri digniores, quia habent Abbates naturaliter: Canonici verò per accidens, ut videtur dicere Innoc.in d.cap.*Cum illorum*, in verb. *Abbatem*, quia Abbatia per ſe nihil eſt, ſed dignitas provenit ex poſt facto,' eo tempore, quo etiam Canonici habuerunt, prout habent multos Abbates, & majores Prælatos, licèt habeant etiam Archipresbyteros Priores, & prout etiam noviſſimè multi Priores erant apud iſtos Monacos, ut in cap. *In ſingulis &c. Ea quæ*, de ſtatu Monacorum, cap.fin. de Capellis Monachorum, & quòd Canonici habeant multos Abbates, habetur in dicto cap.*Monaci*, & cap.*Cum illorum*, & in cap.*Intelleximus*, de ætat. & qualit. cap.cum I. & A. de re judic. cap.*Significaſti* il 2. de homicid.cum in infinitis ſimilit. Undè cum ſupervenerit dignitas a Sede Apoſtolica Abbatibus omnibus æqualiter cenſetur conceſſa, quia una determinatio reſpiciens plura determinabilia, ea pariformiter determinat, vulg.leg.Jam hoc jure de vulg.& pup. Ideò cum ad hoc ſint pares in dignitate, videretur ſervanda antiquitas in promotione, prout fit in Epiſcopis,

arg.

Digitized by Google

arg.leg.1.Cod.de conſult.lib.12.Doct.in leg.2.priùs de vulg.Boe.ord.grad.num.5. vel ratione Ordinis Canonici eſſent præferendi.

Quintò, principaliter pro Canonicis facit conſuetudo Urbis, in qua Canonici præcedunt,'& quæ conſuetudo Urbis potiſſimùm debet attendi in iſtis præcedentiis, ut dicit Bald.in cap.*Cum olim* in princip.de conſuetud. Præp. in cap.*Epiſcopus* 17.diſt.Dec.in cap.*Clericis*, de Judiciis, & in cap. *Avaritia* de præb. ubi arguit per hoc, quòd Monaci debent præferri Canonicis, quia in Urbe præcedunt, quod eſt falſum, & ideò facit in contrarium.

Undè non videtur attendenda communis opinio Doctorum, quæ videtur eſſe in favorem Monacorum, cum non ſit fulcita Juribus, & rationibus,ut dicit Auguſt. in cap.*Ego ſolus* 9.diſtinct.&Doct.in cap.1.de conſt.conſimil.

Poſtremò fuit dubitatum cum Concilio Trident. reperiantur Abbates Congregationis Lateranenſis Canonicorum Regularium, & Congregationis S.Benedicti, qui debeant præcedere, & videbatur, quòd Lateranenſes præcedere deberent. Nam ſtante concluſione ſuperiùs firmata in favorem Canonicorum Regularium, cum Abbates ipſi admittantur in Concilio tanquàm repræſentantes eorum Congregationem, & non ex propria perſona. Quod ex eo patet, quia tres ipſorum tantùm, non autem omnes admittuntur, quia ſunt Abbates temporales, & non perpetui, & quia tres inſimul conſtituunt unum Votum tantùm. Videbatur, inquam, ex hoc inferri, quòd deberet attendi dignitas ipſius Repræſentati, ſicut videmus in Legatis Principum, in quibus non attenditur dignitas Legatorum, ſed ipſorum Principum, ut per Mar. Laur. in tract. de Legatis Principum qu. 27. cum ſimilibus.

Ex adverſo tamen conſideratum fuit, quòd iſti Abbates non admittuntur in Concilio ſimpliciter tanquàm Legati, quia ſi non eſſent Abbates non admitterentur. Ideò cum in eis conſideretur propria qualitas Abbatialis, reſolutum fuit, quòd circa præcedentiam habeat in eis ſervari ordo, qui ſervatur in Abbatibus perpetuis, & in Epiſcopis, ut ſcilicèt attendatur antiquior promotio ad Abbatiam, juxta tradita in cap.*Epiſcopos* 16.diſtinct:cum ſimil. prout aliàs, licèt per modum proviſionis per Sanctitatem Veſtram providè reſcriptum fuit.

Relatio Illuſtriſſimorum, ac Reverendiſſimorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Ioannis Michaelis Saraceni, Tit. S. Anaſtaſiæ, ac Bernardini Scotti, Tit. Sancti Matthæi.

SANCTISIME PATER, PEDUM POST OSCULA BEATORUM.

Cauſa præcedentiæ inter Canonicos Regulares Congregationis Lateranen. Ordinis S. Auguſtini, & Monacos Congregationis Caſin. Ordinis S.Benedicti,jam inde à tempore Innocentii VIII.Anno 1489. controverſa, ac ventilata fuit, multaque hincinde emanant conſilia, & reſponſa celeberrimorum Doctorum, & Collegiorum Italiæ; ex quibus difficilis, & ardua facta eſt hujuſmodi quæſtio. Ultra ſcilicet ex dictis Congregationibus alteram præcedere debeat. Cumque eadem cauſa jampridem à Sanctitate Veſtra nobis delegata fuerit, primò decidenda, ſecundo verò referenda. Nos, ut par eſt, S. V. obtemperantes, relationem in his ſcriptis prout oretenus eadem S. V. injunxit facimus.

Auditis ſiquidem multotiès partibus, & his quæ hincinde allegata ſunt diligenter examinatis, primò dubitatum inter nos fuit, an ex deductis conſtaret Canonicos Regulares qui ſunt in cauſa, deſcendere à Clericis, ſive Canonicis Regularibus, quos inſtituit Beatus Auguſtinus, vel de illis eſſe cenſeri. In quo articulo

lo concluſum per nos fuit pro parte affirmativa. Rationes ita decidendi præter aliàs fuerunt. Primò tex. in cap. *Nolo*, & in cap. *Non dicatis*, & in cap. *Certè* 13.q.1. in quibus juribus Beatus Auguſtinus præcepit Clericis, q i cum eo vivere velint, ne quid proprium habeant, ſed omnia in comuni; eum ipſa Ordinis ſuſceptione, non ſolùm facultatibus, ſed voluntatibus propriis ſe ſubdederint, quæ qualitates omnes maxime conveniunt his Canonicis Regularibus, qui, & ipſi ſunt Clerici, & Ordinis Sancti Auguſtini, ac in communi omnia poſſident, obedientiam quoque ſub Regula Beati Auguſtini profitentur, Meritò igitur de illis ſunt cenſendi, talia enim ſunt ſubjecta, qualia prædicat demonſtrant leg. *Fundum*, instructum. ff. de fund. inſtr. & ad probationem identitatis ſufficit concurſus duarum qualitatum. leg. *Forma* ff. de cenſi. per Bart. in leg. *Demonſtratio*. col. pen. de cond. & demonſt. Secundò hanc concluſionem noſtram confirmat Bulla quædam Eugenii IIII. in actis producta pro parte Canonicorum Regularium, quæ dirigitur Canonicis ipſis Regularibus, qui tunc temporis erant in Monaſterio Sanctæ Mariæ de Friſonaria, illoſque Eugenius appellat ſub his verbis. *Divinam in terris familiam Clericorum, qui vitam Religioſam ducerent, & ad exemplum naſcentis Eccleſia, ſanctam ſervarent inſtitutionem Clericorum, quos Canonicos appelamus*. Et paulo poſt. *Hujus profectò Sacri Ordinis, & ſancti propoſiti, poſt Sanctos Apoſtolos primus in Alexand. Eccleſ. Marcus Petri diſcipulus fuit inſtitutor, & conditor, & glorioſus Doctor Auguſtinus eos divinis Regulis decoravit*. Ex quibus verbis Eugenii, arguitur manifeſtè iſtius Ordinis antiquitas, & inſtitutio, & licèt ea verba prolata ſint à Papa enunciativè, & quæ concernant factum alienum, tamen negari non poteſt, quin præſumptionem in antiquis inducant, quæ ſaltem transferat onus probandi contrarium in adverſarium, juxta not. per gloſ. pen. in cap. *Nonnulli* §. fin. de reſcrip. vbi Abb. dicit illud eſſe quaſi commune dictum, & in practica ſolere ſervari, & eſt gloſ. in clem. literis in verbo, *Feciſſe narramus*. ubi Paulus de Leaza, & Jo. & Imo., & traditur per Fece. de Senis conſil. 27. Tertiò non parvi momenti ſunt auctoritates hyſtoricorum, quibus in parte cum de antiquis factis dubitatur, credendum, lib. *Septimo menſe*, de ſtat. homin. qui teſtantur iſtos Cononicos Regulares à Beato Auguſtino inſtitutos fuiſſe cnm in Eccleſia Hypponenſi eſſet Epiſcopus. Ex his itaque juribus, ac rationibus, firmata fuit inter nos concluſio, quòd Canonicis Regulates prædicti cenſentur eſſe de illis, quos Beatus Auguſtinus inſtituit.

Secundò loco dubitatum eſt, præſuppoſito, quòd Canonici Regulares, qui ſunt in cauſa, cenſeantur de illis, quos Beatus Auguſtinus inſtituit; An ex hoc inducantur, quòd debeant præcedere Monacos Sancti Benedicti, qui ſim iliter ſunt in cauſa, & in hoc quidem dubio, in quo clavus totius cauſę vertitur, poſt multa, facta fuit per nos reſolutio, quòd in proceſſionibus, cæteriſque actibus publicis Canonicis Regulares, ac eorum Abbates, & Prælati dimiſſa ſuperiori veſte, ſeu cappa, retenta linea, & in Clericali habitu incedentes more Clericorum Secularium præcedere, præferrique debeant Caſſin. Monacis, rationes ex multis potiſſimæ hæ fuerunt, quæ nos, ut ita ſtatueremus, induxerunt. Prima ratio fuit, quia Canonicis Regularibus competit eſſentialiter ordo Clericatus, & per ſe ſunt Clerici, ut probatur in prælleg. cap. *Nolo*, & cap. *Non dicatis*, & cap. *Certè*. 12. qu. in quibus juribus hoc eſt expreſſum. Non idem autem eſt in Monacis, qui non eſſentialiter, nec per ſe, ſed per accidens ſunt Clerici, probatur in cap. *à Subdiacono*. 93. diſt., ubi Monacus, quinimò, & Abbas poſtponitur quibuſcunque Clericis etiam Oſtiariis, & Hieronymus ad Ruſticum Monacum ſcribens in cap. *Sic vive*. 15. quæſt. 1. inquit, *Sic vive in Monaſterio, ut Clericus eſſe merearis, & diſce longo tempore, quæ poſtmodum alios doceas*. Et per hanc rationem in caſu noſtro Beatus Thomas ſecunda, ſecundæ. quæſt. 188. art. in reſponſione ad ſecundum articulum expreſsè tenuit, Cononicos Regulares ut digniores, propter Ordinem Clericatus annexum, præferendos Monacis Sancti Benedicti. Quòd etiam comprobatur, quia contemplativa ſimul, & activa vita Clericorum, in adminiſtratione

ne Sacramentorum, aliorumque ſpiritualium, dignior, ac nobilior eſt ſola contemplativa Monacorum, cap. *Niſi cum pridem*, ubi Jo. And. de renuntia. Secunda ratio fuit antiquior inſtitutio Canonicorum Regularium. Nam Beatus Auguſtinus præceſſit Benedictum auctorem Congregationis Caſſinen. per annos centum, & plus. Quæ antiquior Inſtitutio in prælationibus præcipuè attenditur, ut notat in leg. *Cum quid* ſi cert. pet. & in cap. *Qui Prior* de regul. jur. in 6. Et hanc etiam rationem antiquioris Inſtitutionis, maximè adjuvat major dignitas in ipſo Inſtitutore, cum B. Auguſtinus tempore hujus inſtitutionis eſſet Epiſcopus Hypponen. & ſic dignior Sancto Benedicto, qui erat ſimplex Monachus.

Supradictis tamen, atque aliis juribus, & rationibus, quæ brevitatis cauſa conſultò omittuntur, adverſabantur auctoritates Doctorum in hoc articulo ſcribentium, qui & numero, & gravitate, communem conſtituunt opinionem, inter quos etiam conſulta extat Collegiorum Patavini, Ferrarienſis, & Bononienſis, quorum ſcribentium ea eſt ſententia, ut Monaci Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Caſſin. præcedere debeant Canonicos Regulares Sanct Auguſtini, Congregationis Lateranen. Ratio eorum potiſſima videtur eſſe, quòd in inſtitutionibus Regularium non tam ipſa inſtitutio, ejuſque prioritas in tempore, quàm approbatio Sedis Apoſtolicæ ſit attenda, ſine qua nulla nova Regula, nulla nova Religionis erectio fieri debet, ſtante in id expreſſa prohibitione Concilii Generalis, de qua in cap. fin. de relig. dom. Approbatio etiam Regulæ Auguſtini, ac inſtitutionis Canonicorum Regularium, nullibi apparere videbatur facta à Sede Apoſtolica. Contra verò regula S. Benedicti ſpecialiter, & expreſsè videbatur approbata, per Beatum Gregorium Papam, qui lib. ſecundo Dialogorum de Regula Benedicti ſpecialem mentionem facit.

Nuſquam approbatus ordo Canonicorum vide præfat.

Hoc tamen fundamentum Caſſinen. elidi videbatur propter longævam tolerantiam totius Eccleſiæ, ac Sedis Apoſtolicæ, quæ non tam diù toleraſſet hanc B. Auguſtini Regulam, ac inſtitutionem; niſi vel expreſsè approbando, vel illam ſaltem tacitè confirmando, ad not. per Doct. in cap. *Cum Eccleſia*. Sutrina de cauſa poſſ. & propriet. Propterea colligebatur etiam approbatio Regulæ S. Auguſtini, ex Text. in cap. *S. Rom.* 15. diſtinct. Ubi Gelaſius Papa inter ea, quæ narrat recepta fuiſſe à Rom. Eccl. enumerat opuſcula B. Auguſtini, inter quæ præcipuum locum videtur tenere ſermo de communi vita Clericorum, quæ eſt Regula ipſius Auguſtini, ex quo videtur ſaltèm generaliter facta à Gelaſio illius Regulæ approbatio. Atque is Gelaſius præceſſit per centum annos B. Gregorium, qui dicitur approbator Regulæ Benedicti. Quin etiam in primitiva Eccleſia licitum erat paſſim cætus, & Congregationes inſtituere in honorem Dei, ac fidei exaltationem. Nec veriſimile eſt B. Auguſtinum novam illam inſtitutionem feciſſe ſine interventu eorum, quæ ad illius robur, & firmitatem neceſſaria eſſent.

Gelaſio ſedeate Benedictus Raſus ex Giacon.

Veruntamen in hoc jurium, rationum conflictu, tutior via viſa eſt, quam Rom. Eccleſia uti magiſtra, & mater omnium Nos docuit, quippè ex longiſſima conſuetudine, in conſpectu tot Roman. Pontificum in Urbe obſervata, utraque etiam parte acquieſcente inductum eſt, ut in proceſſionibus, aliiſque actibus publicis, Canonici Regulares dimiſſa ſuperiori veſte lanea, ac retenta linea [Clericos ſe eſſe ſignificantes] præcedant Monacos S. Benedicti Congregationis Caſſinen. Hujus itaque conſuetudinis normam, ab Eccleſia Romana obſervatam, nobis amplectendam duximus, quæ in proceſſionibus, & ſimilibus actibus attendi debet, quo ad iſtos Religioſos, ut tradit expreſsè Bald. in l. *Obſervare* §. Antequam de ob. proconſ. & legat. Quæ conſuetudo maximè opportuna viſa eſt, ut huic liti finem imponere, omneſque eorum Religioſorum contentiones ſopire, atque extinguere poſſit.

Ultimo verò loco propoſitum fuit per nos dubium, an in Concilio Generali Abbates Canonicorum Regularium præcedere debeant Abbates Ordinis S. Benedicti, atque in hoc articulo, veriſſima, ac juridica viſa eſt reſolutio, olim facta coràm S.V. quòd nulla habita ratione Ordinum, & Congregationum, illi Abbates

præ-

præferri debeant, qui fuerint ad Abbatialem dignitatem promoti; ſic enim & in Epiſcopis, aliiſque ſimilibus dignitatibus videmus ſtatutum fuiſſe à jure cap. *Placuit* 18. diſtinct. Gloſſ., & Doctor. in cap. *Fin.* 75. diſtinctio, & in cap. *Epiſcopos* 17. diſtinct.

Hæc igitur ſunt Beatiſſime Pater, quæ præcipua ex multis colligenda, ac S.V. referenda duximus in præſenti cauſa præcedentiæ, in qua etiam ſententiam ex mandato S.V. ſubſcripſimus conformem reſolutionis per nos factis, arbitrantes ità, & S.V. ex jure, & æquo diffinire poſſe, ſalvo ſemper ſapientiſſimo, ac prudentiſſimo illius judicio, cui nos in omnibus ſubjicimus, finemque dicendi facientes, S.V. pedes humiliter, atque devotè deoſculamur &c.

Sententia lata à Sanctiſſimo D. N. Pio IV. Pont. Max. in cauſa præcedentiæ, ad relationem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, in favorem Clericorum Canonicorum Regularium S.Salvatoris Lateranen. Ordinis S. Auguſtini.

CHriſti Nomine invocato, pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram diffinitivam ſententiam, quam ferimus in his ſcriptis, in cauſa, & cauſis, quæ coram nobis, & quas dilectis filiis noſtris Joanni Michaeli Saraceno, Tit.S.Anaſtaſiæ, Joanni Baptiſtæ Cicadæ Tit. S. Clementis, ac Bernardino Scoto Tit. S. R. E. Cardinalibus, primo audiendas, cognoſcendas, & per eos decidendas, & terminandas, & deinde per præfatos Cardinales, per Apoſtolica noſtra reſcripta nobis referendas comiſimus, inter dilectos filios Abbates, Prælatos, & Canonicos Regulares Ordinis S.Auguſtini Congregationis Lateranenſis, & univerſam eorum Congregationem ex una, & Prælatos, Abbates, & Monachos Ordinis S.Benedicti Congregationis Caſſinenſis, aliàs S. Juſtinæ de Padua nuncupatos, & dictam eorum Congregationem de, & ſuper præcedentia, & jure inter eos præcedendi tàm in proceſſionibus, quàm in generalibus, & ſynodalibus, ſeu provincialibus Conciliis, omnibusque actibus publicis, & privatis, rebusque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latiùs deductis, & illorum occaſione, quæ in prima, ſeu alia verſæ fuerunt, & vertebantur inſtantiis, partibus ex altera, cauſa hujuſmodi coram dictis Cardinalibus ad plenum ventilata, ac ſæpiùs auditis partibus, & dubiis in ea plenè diſcuſſis, & reſolutis, ac viſis de Jure videndis, & demùm per dictos Cardinales nobis matura deſuper facta relatione, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, Abbates, Prælatos, Canonicos Regulares Congregationis Lateranenſis, uti Clericos dimiſſa ſuperiori veſte, pallio, ſeu cappa, in linea veſte, clericalique habitu incedentes, [quod etiam in Alma noſtra Urbe Romæ conſuetum fuit, & nunc obſervatur] in proceſſionibus, & omnibus aliis actibus publicis, & privatis tàm in dicta Alma Urbe noſtra, noſtroque, & ſucceſſorum noſtrorum conſpectu, quàm aliàs univerſis, ac quibuscumque aliis Civitatibus, Terris, Oppidis, & Locis, dictis Abbatibus, Prælatis, & Monachis Ordinis S. Benedicti Caſſinen. præcedere debuiſſe, & debere, eoſdemque Abbates, Prælatos, & Canonicos Regulares, dictamque eorum Congregationem ut ſupra incedentes, dictis Abbatibus, Prælatis, & Monachis S. Benedicti, & eorum Congregationi in omnibus, & ſingulis præmiſſis præferendos, anteponendos, & in digniori loco collocandos fore, & eſſe. Abbates verò dictarum Congregationum Lateranenſium, & S. Benedicti ſingulariter, & de per ſe, abſque eorum Conventibus in Conciliis generalibus, Provincialibus, & Synodalibus, & aliis actibus publicis, & privatis, in quibus Abbates de jure, vel de conſuetudine locum, & votum habent, vel pro tempore quomodolibet habebunt inter ſeſe, juxta ſingulorum ipſorum Abbatum ibidem intervenientium priorem, & antiquiorem promotionem ad Abbatiam, ac illa promotione dumtaxàt, non autem congregatione, & ordine, cujus fuerint attentis præcedere, ac præferri, & in digniori loco collocari debuiſſe, & debere, prout præferimus,

 antepo-

anteponimus, collocamus: præferrique, anteponi, & collocari reſpectivè mandamus, jactationes, quoque moleſtationes, oppoſitiones, perturbationes, vexationes, & impedimenta quæcumque per præfatos Abbates, Prælatos, & Monachos dicti Ordinis S. Benedicti, & dictam eorum Congregationem eiſdem Abbatibus, Prælatis, Canonicis Regularibus dicti Ordinis, & eorum Congregationi, de & ſuper præfatis omnibus, & ſingulis, & illorum occaſione quomodolibet factas, præſtitas, & illatas, factaque, præſtita, & illata fuiſſe, & eſſe temerarias, illicitas, indebitas, & injuſtas, temerariaque, illicita, indebita, & injuſta, ac de facto præſumptas, & præſumpta, illaſque, & illa præfatis Abbatibus, Prælatis, & Monachis feciſſe, & facere minimè licuiſſe, nec licere de jure. Et propterea de, & ſuper illis, ac dicto jure præcedendi ut ſupra, omnibusque aliis, & ſingulis præmiſſis perpetuum ſilentium imponendum fore, & eſſe, ac imponimus utramque partem in expenſis juſtis, & cauſis abſolventes.

Ita eſt I.

Ita refero, & cenſeo pronuntiandum eſſe, Joannes Michael Cardinalis Sarracenus.

Ita refero,& cenſeo pronuntiandum, Joannes Baptiſta Cardinalis Sancti Clementis.

Ita refero, & cenſeo pronuntiandum eſſe, Bernardinus Card. Tranen.

Lecta, lata, & in ſcriptis promulgata præſens, & diffinitiva ſententia ſub annulo Piſcatoris, ſignata per eumdem Sanctiſſimum Dominum noſtrum D. Pium PP. IV, Romæ in Palatio Sanctæ Mariæ de Aracæli in Palatio ejuſdem Sanctiſſimi Domini Papæ anno à Nativitate ejuſdem Domini 1563. Indict. 6. die verò 23. menſis Septembris, Pontificatus Sanctiſs. Domini noſtri Domini Pii Divina Providentia Papæ IV. anno IV. præſentibus ibidem Rev. D. Alexandro Palanterio Almæ Urbis Gubernatore, & Illuſtriſs. D. Com. Annibale Altemps ad præmiſſa, & ſingula vocatis ſpecialiter, habitis, atque rogatis.

Breve ejuſdem Sanctiſs. Domini noſtri, in quo ſupplentur omnes, & ſinguli proceſſus, & ſententiæ prædictæ, defectus etiam ſubſtantiales, ſi qui forſan intervenerint, ac mandatur ab omnibus inviolabiliter obſervari debere prædictam ſententiam ſub pœnis, & Cenſuris.

PIUS PAPA IV.

AD futuram rei memoriam. Sedis Apoſtolicæ providentia circumſpecta, nè rurſus ea, quæ in controverſiis inter perſonas Eccleſiaſticas, præſertim Altiſſimo ſub Regulari Profeſſione famulantes exortis, pro tranquillo Religionis ſtatu prudenter ordinavit, in moleſtos contentionis anfractus relabantur, majorem ſolet, dum id res ipſa requirit, adhibere cautionem. Sanè nuper poſtquàm ſicut nobis innotuerat, ab antiquis uſque temporibus, etiam ſupra centum annos retroactos, lis, & cauſa, ſeu controverſia inter dilectos filios, Rectorem gener. & Canonicos Regul. S. Auguſtini Congreg. Lateranen. ex una, ac Monachos S. Benedicti Ordinis Caſſinen. aliàs S. Juſtinæ de Padua Congregationum partibus ex altera, ſuper illorum præcedentia, ſeu jure procedendi ſuborta, & coram diverſis Judicibus, etiam in noſtro Palatii Apoſtolici auditorio ventilata, ac demùm non ſine animi noſtri moleſtia, in æcumenico Concilio Tridentino inter earundem Congregationum Abbates renovata fuerat. Nos conſiderantes lites, & controverſias hujuſmodi in Eccleſia; præſertim inter Religioſas, & Reformatas perſonas, quæ relictis mundi vanitatibus, votum ſuum in humilitatis ſpiritu, Domino, & Deo noſtro, qui ſe pro nobis uſque adeò humiliavit, ut formam ſervi acciperet, perſolvere profitentur, non modicum illi præclaræ Deoque

que præcipuè dilectæ virtuti, quæ eſt humilitas labem infundere, populoque ſcan-
dalum generare, & propterea illas omni ratione ſubmovendas, publicæque Reli-
gionis tranquilitati, ac miniſtrorum Dei reconciliationi, & mutuæ dilectioni quam-
primum conſulendum eſſe rati. Motu proprio dictas cauſas, & controverſias ubi-
liber, & coram quibuſvis Judicibus motas, & in quibusvis inſtantiis indeciſas pen-
dentes, ab eisdem Judicibus ad Nos avocavimus, illaſque dilectis filiis noſtris,
Jo. Michaeli S. Anaſtaſiæ Sarraceno, Jo. Baptiſtæ S.Clementis Cicadæ, ac Bernar-
dino Scotto nuncupatis S.R.E. Presb.Card. audiendas, cognoſcendas, & deciden-
das, per quamdam motus proprii ſchedulam, & deinde illas per aliud noſtrum re-
ſcriptum eiſdem Cardinalibus, per eos audiendas tantùm, nobiſque referendas
commiſſimus, qui quidem Cardinales dictis partibus earumve Procuratoribus, &
Advocatis pluries auditis, dubiiſque emergentibus ad plenum diſcuſſis, & reſolu-
tis, conperto ſatis per eos, ex compluribus litteris Apoſtolicis, diverſiſque aliis
documentis, rationibus, & probationibus, quòd ipſi Canonici fuerunt, & ſunt de
illis Clericis à S. Auguſtino; quinimmo à S. Apoſtolis iſtitutis. Eoſdem Canonicos
tàm ſuæ antiquæ inſtitutionis hujuſmodi, quàm etiam dignitatis Clericalis, qua eos
ſtatim quod profeſſionem regularem emittunt inſignitos eſſe oportet, aliarumque,
qualitatum in eis exiſtentium rationem, dictamque illorum Congregationem La-
teranen. Præfatos Monacos, & eorum Congregationem Caſſineu. præcedere de-
bere cenſuerunt, & concluſerunt, ſuamque concluſionem huiuſmodi ad audien-
tiam noſtram iuxta ultimi noſtri reſcripti præfati tenorem retulerunt, unde nos il-
lorum relatione intellecta, eaque per nos diligenter examinata, quoniam eam in
omnibus ſuis partibus veritati, & iuri conſonam comperimus, per noſtram diffini-
tivam ſententiam pronunciavimus, ſententiavimus, decrevimus, & declaravimus,
Abbates, Prælatos, & Canonicos Regulares Congregationis Lateranen. uti Cleri-
cos dimiſſa ſuperiori veſte, Pallio, ſeu Cappa in linea veſte, Clericalique habitu
incedentes [quod etiam in Alma Urbe conſuetum fuerat, & tunc obſervabatur]
in proceſſionibus, & omnibus aliis actibus publicis, & privatis, tam in dicta Urbe,
noſtroque & aliorum Roman.Pontif. ſucceſſorum noſtrorum conſpectu, quàm aliàs
in univerſis, & quibuſcunque aliis Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis, Abba-
tes, Prælatos, & Monachos Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſſinen. prædi-
ctos, præcedere debuiſſe, & debere, ac eoſdem Abbates, Prælatos, & Canoni-
cos Regulares dictamque eorum Congregationem, ut præfertur incedentes, dictis
Abbatibus, Prælatis, & Monachis S.Benedicti, & eorum Cougregationi, in omni-
bus, & ſingulis præmiſſis, præferendos, anteponendos, & in digniori loco collo-
candos fore, & eſſe, Abbates verò dictarum Congregationum ſingulariter, & de
per ſe abſque eorum Conventibus, in Conciliis Generalibus Provincialibus, &
Synodalibus, ac aliis actibus publicis, & privatis, in quibus Abbates de jure, vel
conſuetudine, locum, et votum habent, vel pro tempore quolibet habebunt, in-
ter ſeſe juxtà ſingulorum ipſorum Abbatum ibidem intervenientium, priorem, et
antiquiorem promotionem ad Abbatiam, ac illorum promotione dumtaxat, non
autem Congregatione, et Ordines cuius ſint attentis, præcedere, et præferri, et
in digniori loco collocari debuiſſe, & debere, prout ex tunc prætulimus, antepo-
ſuimus, & collocavimus, præferrique, anteponi, & collocari mandavimus; ja-
ctationes quoque moleſtationes, oppreſſiones, perturbationes, vexationes, & im-
pedimenta quæcunque per Abbates, Prælatos, & Monachos prædictos, & eorum
Congregationem Caſinen. eiſdem Abbatibus, Prælatis, & Canonic. Regul. Con-
gregationis Lateranen. ſuper præfatis omnibus, & ſingulis, & illorum occaſione
quolibet factas, præſtitas, & illatas, facta, præſtita, & illata fuiſſe, & eſſe teme-
rarias, illicitas, indebitas, & injuſtas, temerariaque illicita, indebita, & injuſta, ac
de facto præſumptas, & præſumpta, illaſque, & illa Abbatibus, Prælatis, & Mo-
nachis Congregat. Caſſinen. hujuſmodi feciſſe, & facere minime licuiſſe, neq; licere de
jure. Et propterea de, & ſuper illis, ac dicto jure præcedendi, omnibuſque, & ſingulis
aliis præmiſſis, perpetuum ſilentium imponendum fore, & eſſe, & tunc impoſuimus

Lateranen. Frigdionarii ſunt de illis originario tramite.

prout

Digitized by Google

prout in reſcripto, relatione, & ſententia prædictis pleniùs continetur. Ne autem de ſententiæ aliorumque præmiſſorum validitate, ullo vnquam tempore dubitari, ac propterea vel alio quovis prætextu rem maturæ diſcuſſam, & judicatam, rurſus in controverſiam retrahi, nevè denuò in Eccleſia Dei inter tales perſonas Religioſas, contentiones exoriri, ac populo ſcandala generari contingat, tempeſtivè providere, ac ſupremam huic negotio manum apponere cupientes, necnon veriores litterarum ſingulorum prædeceſſorum, ac reſcripti proceſſus, relationis, ſententiarumque præfatorum, & indè ſecutorum tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes. Motu ſimili, non ad ipſorum Abbatum, Prælatorum, & Canonicorum Regularium Congregationis Lateranen. vel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, & certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ad effectum executionis dictæ ſententiæ, tùm omnes, & ſingulos proceſſus, & ſententiæ præfatorum defectus, etiam ſubſtantiales ſi qui forſan in eiſdem intervenerint, harum ſerie ſupplemus, ac eandem ſententiam, una cum ejus proceſſu, validos, & efficaces eſſe, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & inviolabiliter ab omnibus obſervari debere, nec partes ipſas, ab eis ullo unquàm tempore quovis prætextu, quæſitovè colore reſilire poſſe; Sed ad illorum obſervationem teneri, cenſuriſque, & pœnis tàm Eccleſiaſticis, quàm pecuniariis, ad id cogi, & compelli, neque Monachos eorumvè Congregationem, adversùs ſententiam aliave præmiſſa, in priſtinum ſtatum quovis quæſito colore, vel ingenio reſtitui, nec illa oppugnantes audiri, præſenteſque litteras de ſurreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, aut alio quovis defectu notari, ſeu impugnari poſſe. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices, et Commiſſarios etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac quicquid ſecus a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter attemptari contigerit, irritum, et inane decernimus, præmiſſaque omnia perpetuò ſtatuimus, et quod ita fiant, et obſerventur, volumus, atque mandamus. Similiter Venerabili Fratri Epiſcopo Amerin. et dilectis filiis noſtro in Alma Urbe, et ejus diſtrictu Vicario in ſpiritualibus, ac Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditori generalibus, per præſentes motu pari mandantes. Quatenùs ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes litteras, & in eis contentas quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quotiès pro parte Rectoris generalis, & Abbatum, Prælatorum, ac Regularium Canonicorum S. Auguſtini Congregationis Lateranen. præfatorum, vel alicujus eorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, ac illis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra illos ſuppletione, decreto, ſtatuto, voluntate, & mandato, aliiſque præmiſſis pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos, vel eorum quempiam deſuper per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, vel inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & tàm Eccleſiaſticas, & pecuniarias, etiam arbitrio ſuo moderandas, & applicandas, quàm etiam privationis beneficiorum Eccleſiaſticorum per ipſos contradictores obtentorum pœnas, aliaque juris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, illos ſententias, cenſuras, & pænas hujuſmodi incurriſſe declarando, illoſq; etiam iteratis vicibus aggravando, & interdictum Eccleſiaſticum imponendo, invocato etiam ad hoc ſi opus ſit auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus Dietis, dummodò quiſpiam præſentium vigore, ultrà tres Dietas ad judicium non trahatur, ac aliis quibusvis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Monaſteriorum, & Ordinum, ac Congregationum præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, vel conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, illis, eorumque Superioribus, ac perſonis ſub quibuscumque tenoribus, & formis, ac

cum

cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel ſpecie, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbaris, & innovatis. Quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxàt ſpecialiter, & expreſsè derogamus, contrariis quibuscumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem, quòd præſentium tranſumptis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, in judicio, & extrà, ubilibet locorum, plena, & indubia, eademque prorsùs fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatoris die 18. Januarii 1564. Pontificatus noſtri Anno V.

Hier. Gadicen.

Sanctiſſimi Domini noſtri Pii Papæ IV. facultas celebrandi Miſſas in Cubiculis Ægrotantium.

PIUS PAPA IV.

Dilectis filiis Rectori Generali, & Superioribus Canonicorum Regularium Congregationis Lateranenſis Ordinis S. Auguſtini.

Dilecti Filii ſalutem. Exponi Nobis nuper feciſtis, quòd in diverſis Monaſteriis, Prioratibus, & Præpoſituris veſtris tam virorum, quàm mulierum, plerumque contingit diverſas perſonas variis infirmitatibus ſæpè ita laborare, ut illæ è Cubiculis ſuis ad Miſſas audiendas juxtà eorum devotionem exire non poſſint. Quarè Nobis humiliter ſupplicari curaſtis, ut in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur cupientes ſingularum perſonarum, præſertim ſub ſuavi Religionis jugo Altiſſimo famulantium, & infirmitatibus, ut præfertur detentarum, devotioni, ac ſpirituali conſolationi, quantùm eum Deo poſſumus paternè providere: veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, omnibus, & ſingulis, quorumcumque tàm virorum, quàm mulierum, Monaſteriorum, Prioratum, Præpoſiturarum, & aliorum locorum Regularium Congregationis, & Ordinis hujuſmodi utriuſque ſexus perſonis, quibusvis infirmitatibus pro tempore detentis, quibus ob hujuſmodi infirmitates, vel per Medicum, aut Superiorem ſuum, è cubiculis ſuis exire prohibitum fuerit, ut durantibus ipſis infirmitatibus tantùm, Miſſam in proprio cubiculo ſuper Altari portali, in loco tamen decenti, & honeſto per aliquem Presbyterum per eos juxta ſuum libitum eligendum celebrari facere, illique intereſſe, & eam etiam in ipſorum cubilibus jacentes audire; Sacroſanctumque Euchariſtiæ Sacramentum confeſſi, & contriti liberè, & licitè ſuſcipere poſſint, ordinariorum locorum, ſeu quorumvis aliorum, licentia deſuper minimè requiſita, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus pariter, & indulgemus, illiſque, ac Presbytero ſic per eos eligendo, Miſſam hujuſmodi reſpectivè audiendi, ac celebrandi plenam, & liberam licentiam, & facultatem impartimur.

Non obſtantibus quibusvis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, ſtatutiſque, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ac Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clauſulis, & decretis, etiam per nos quomodò-libet

libet factis, & conceſſis. Quibus omnibus etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, & expreſſa mentio habenda eſſet; illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus. Cæteriſq;contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S.Petrum die 18.Maii 1565.Anno VI.

Facultas à Sanctiſſimo Domino Noſtro Pio Papa IV. Congregationi Salvatoris Lateranen, Moderatoribus attributa, pro corrigendis delinquentibus,

PIUS PAPA IV.

AD futuram rei memoriam. Nuper emanarunt à nobis litteræ tenoris ſubſequentis à tergo, videlicet. Dilecto filio moderno, & pro tempore exiſtenti Ordinis Sancti Augnſtini Congregatonis Lateranen. generali Rectori, Pius Papa IV. Dilecte filii ſalutem, &c. Cum ſicut nos ſine enim noſtri diſplicentia accepimus, nonnullos Canonicos, & alias perſonas Regulares Ordinis S. Auguſtini Congregationis Lateranen. &c. *ut ſub fol.* 506. *mox*.

Cum autem ſicut accepimus, difficile admodum fore noſcatur, dictos delinquentes corrigere, & puniri, & præmiſſa niſi tempore capituli, ut præfertur celebrari ſoliti, per ipſum Rectorem generalem una cum octo Diffinitoribus ejuſdem Ordinis præfatis exequutioni demandari non poſſint; Nos cupientes quo facilius, & celerius ipſi delinquentes debite puniri valeant, opportunè providere; ut quos amor recti non continet, ſaltem pænæ formido à delinquendo abſtereat, eidem Rectori generali nunc, & pro tempore exiſtenti, quòd tàm tempore dicti capituli, quàm etiam extra capipitulum ipſum, una cum quatuor Diffinitoribus illius anni, in quo ad præſentium, & dictarum litterarum exequutionem deveniendum erit, ac quatuor aliis, qui etiamſi tunc Diffinitores non ſint tamen eo munere, & dignitate ſemel functi fuerint, arbitrio ipſius Rectoris generalis eligendis, delinquentes præfatos corrigere, punire, & mulctare: necnon illos perpetuo, vel ad triremes mittere, & condemnare, eoſque in manus exequutorum ſecularium conſignare, & aliàs contra eos, & eorum quemlibet juxta præinſertarum literarum noſtrarum formam, & tenorem, procedere liberè, & licitè poſſit, in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi quod etiam extra dictum capitulum, & una cum quatuor Diffinitoribus tunc exiſtentibus, & aliis quatuor qui aliàs ſemel eodem officio, & dignitate functi fuiſſent, dicti Rectoris generalis arbitrio eligendis, delinquentes prædicti puniri, & ad eaſdem triremes condemnari, ut præmittitur, poſſent, ſpetialiter in eiſdem literis expreſſum fuiſſet, plenam, & liberam, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium licentiam concedimus, & facultatem.

Non obſtantibus omnibus illis, quæ in præinſertis litteris voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Petrum, &c.

SS. D. N. Pii Papæ V. erectio quarundam Canoniarum Congregationis S. Salvatoris Lateranenſis in Abbatiales titulos.

PIUS PAPA V.

PIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Æquum reputamus, & rationi conſonum, ut ea, quæ Rom. Pont. gratia proceſſerunt, licèt ejus ſuperveniente obitu, litteræ Apoſtolicæ ſuper illis confectæ non fuerint, ſuum conſequamur effectum. Dudum ſi quidem fœl.record. Pio Papa IV. prædeceſſori noſtro pro parte dilectorum filiorum, Rectoris, & Viſitatoris Congregationis Lateranen. Ordinis Sancti

cti

Sti Auguſtini, Canonicorum Regularium expoſito, quòd cum in Congregatione prędicta, quàmplures Viri boni, litteris, & doctrina prędicti invenirentur, qui licèt in regimine, & adminiſtratione Prioratuum, et Præpoſiturarum dictæ Congregationis tunc pro tempore exiſtentes per illius Rectores, et Diffinitores deputati Priores, et Præpoſiti vocarentur; ac in rebus capitularibus dictæ Congregationis, privilegiis, prærogativis, præheminentiis, ac Juriſdictionibus, quibus ipſius Congregationis Abbates gaudebant, et gaudere conſueverant, ac in Via Domini valde utiles eſſent; vocem tamen in Conciliis generalibus, et provincialibus non habeant, etſi *in S.Mariæ de Paſſione* nuncupatæ, in ſuburbiis Mediolanen. et eiuſdem *S.Mariæ de Caſoreto* propè, et extra muros Mediolanen. *ac S. Sepulchri Parmen.* ac *S.Theodori*, & extra muros Januen., ac ipſius *S.Mariæ Gratiarum* nuncupatæ *Regien.* Necnon ejuſdem *S.Mariæ de portu Ravennaten.& S.Joannis in Monte Bononien.* ac *Charitatis Venetiarum*, necnon *S. Joannis de Verdara Padanen.* & *S. Jo. Baptiſtæ Ferrarien.*, ac *S.Bartholomæi Vicentini*[1], necnon *S. Leonardi* etiam extra muros *Veronen. & S.Spiritus Bergomen. & S.Crucis* ſimiliter extra muros *Ceſenaten.* necnon *S.Bartholomæi* propè, & extra muros *Mantuanen.* ac *S. Viti Mantuæ*, ac *SS. Trinitatis Mutinen.* & ipſius *S.Mariæ Novæ* ſimiliter nuncupatæ *Aſten.* Prioratibus. Necnon *S.Salvatoris Brixien. & S. Epiphanii Papien.*, ac ejuſdem *B.Mariæ de* Pace etiam nuncupatę *de Urbe*; Præpoſituris conventualibus Congregationis, & Ordinis Prædicatorum nomen, & titulum Prioratuum, & Præpoſiturarum ſupprimerentur, & extinguerentur, ac inibi Monaſteria, Abbatia nuncupanda, Ordinis, & Congregationis Monaſteriorum, Abbatiarum nuncupatorum errigerentur, et inſtituerentur, profectò manutentione fidei Catholicæ in Conciliis prædictis plurimum conſuleretur: et Canonici dictæ Congregationis ad dandum bonis litteris operam allicerentur. Quarè pro parre Rectoris, et Viſitatorum eorundem dicto prædeceſſori humiliter ſupplicato, quatenus in ſingulis Prioratibus, et Præpoſituris prædictis nomen, et titulum Prioratus, et Præpoſituræ perpetuò ſupprimere, et extinguere, ac inibi Monaſteria, Abbatias nuncupanda erigere, ac inſtituere, ac aliàs in pręmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignarctur. Idem prædeceſſor, qui circa ſalubrem Regularium locorum quorumlibet directionem, et profectum providere invigilans, illos aliquando dum ab eo peteretur potiori dignitatis titulo libenter decorabat, ipſos Rectorem,et Viſitatores illorumque ſingulos à quibusvis excommunicationis ſuſpenſionis, et interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris, ſententiis, et pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtebant, (ad effectum infraſcripturarum dumtaxàt conſequendum) abſolvens, et abſolutos fore cenſens, hujuſmodi ſupplicationibus inclinatus, ſub datum videlicèt 5.Kalen. Decembris Pontificatus ſui anno tertio, in omnibus, & ſingulis Prioratibus,& Præpoſituris ſupra nominatis, illorum nomen, & titulum Apoſtolica auctoritate perpetuo ſuppræſſit penitùs, & extinſit, ac ibi ſingulorum illorum ſuppræſſorum loco ſingula Monaſteria, Abbatias nuncupata errexit, & inſtituit.

Necnon ſingulis ipſorum Monaſteriorum Abbatibus pro tempore exiſtentibus [tametſi munus benedictionis, non ſuſcepiſſent] quòd omnibus, & ſingulis privilegiis, prærogativis, immunitatibus; exemptionibus, favoribus, gratiis, indultis, quibus tam Ordinis, & Congregationis prædictorum, quàm aliorum Monaſteriorum, & Ordinum Abbates in Generalibus, & Provincialibus Conciliis utebantur, potiebantur, & gaudebant: ac uti, & potiri, & gaudere poterant quomodolibet in futurum, uti, potiri, & gaudere.

Ac tam illis, quàm aliis quibuſvis Monaſteriorum ejuſdem Congregationis Lateranen. Abbatibus, ut ad inſtar pro tempore exiſtentium Prioris Prioratus S. Frigdiani Lucen. & Præpoſiti Præpoſituræ S. Crucis de Mortario Papien. Diœceſis eorundem Ordinis, & Congregationis quæcunque ornamenta, & vaſa ad Divinum cultum neceſſaria, pro ſuis Eccleſiis tantùm [etiam munere hujuſmodi per eos non ſuſcepto] benedicere.

N n Ac

Ac in ſolemnibus anni feſtivitatibus Miſſas, & Veſperas in Pontificalibus celebrare, necnon poſt Miſſas, & Veſperas hujuſmodi ſolemnem Chriſti populo benedictionem (non tamen in præſentia alicujus Antiſtitis, niſi de ejus licentia) impendere, ac utriuſque ſexus Chriſtifidelibus benedictionibus hujuſmodi intereſſentibus viginti dies de injunctis ſibi pœniteutiis miſericorditer in Domino relaxare liberè, & licitè valerent, eadem auctoritate de ſpeciali gratia indulſit.

Et inſuper quòd fructus, redditus, & proventus dictorum Monaſteriorum ſic erectorum., ad quamcumque ſummam aſcendentes, nullo unquam tempore in libris Cameræ Apoſtolicæ taxari poſſent: nec de illis per ipſum prædeceſſorem, aut alios quoſcumque Rom. Pont. ſucceſſores ſuos, vel Sedem Apoſtolicam etiam Conſiſtorialiter, vel dictæ Sedis Legatos, ſeu Vicelegatos, aut alios quoſcunque, etiam prætextu quorumcunque facultatum illis conceſſarum diſponi poſſet; ſed illa dictæ Congregationi prout Prioratus, & Præpoſituræ ſuppreſſæ ante illorum ſuppreſſionem, illorum hujuſmodi unitæ exiſtebant, unita eſſent, & eſſe cenſerentur dicta auctoritate; etiam perpetuò ſtatuit, & ordinavit; uecnon promiſſiones, & alias diſpoſitiones de illis aliter, quàm iuxtà regularia dictæ Congregationis inſtituta pro tempore factas, nullas, & invalidas nulliuſque roboris, vel momenti fore.

Et ita in præmiſſis omnibus, & ſingulis, per quoſcunque judices, & commiſſarios quavis auctoritate fugentes etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpraetandi authoritate, & facultate, judicare, & diffiniri debere, ac quicquid ſecus à quoquam quavis auctoritote ſcienter, vel ignoranter attemptari contigeret, irritum, & inane decrevit.

Non obſtantibus quibusvis Apoſtolicis, ac in provincialibus, & ſynodalibus Concilii æditis generalibus, vel ſpecialibus conſtirutionibus, & Ordinibus, ac dictorum Congregationis, & Ordinis juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſtitutionibus certis, contrariis quibuſcunque.

Ne autem de obſolutione, ſuppreſſione, extinctione, erectione, inſtitutione, indulto, ſtatuto, ordinatione, & decreto; pro eo quod ſuper illis ipſius prædeceſſoris ejus ſuperveniente obitu, litteræ confectæ non fuerint, valeat quomodolibet hęſitari, & ipſa Congregatio illorum fruſtretur effectu. Volumus, & ſimilitet Apoſtolica auctoritate prædicta decernimus, quòd abſolutio, ſuppreſſio, extinctio, erectio inſtitutio, indultum, ſtatutum, ordinatio, & decretum prædeceſſoris hujuſmodi, perinde à dicta die Quinto Kalen. Decembris ſuum ſortiuntur effectum, ac ſi ſuper illis ipſius prædeceſſoris litteræ ſub ejuſdem diei data, confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur.

Quodque præſentes litteras ad probandum plenè abſolutionem, ſuppreſionem, extinctionem, erectionem, inſtitutionem, indultum, ſtatutum, ordinationem, & decretum prædicta ubique ſufficiant: nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, & decreti infrigere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1566. 16. Kal. Februarii. Pontificatus noſtri Anno I.

Privile-

Privilegium Pii Papæ V. Quo Canonici Salvatoris Lateranen. Communicantur Indulgentiæ Civitatibus, & locis ubi eorum Canoniæ fuerint conceſſæ, & concedendæ.

Dilectis filiis Generali; cæteriſque Abbatibus Diffinitoribus; ac Viſitatoribus Congregationis Lateranen. Canonicorum Reg. Ordinis Sancti Auguſtini.

PIUS PAPA V.

Dilecte Filij ſalutem, & Apoſtolieam benedictionem. Fides, & devotio, qua nos, & Romanam reveremini Eecleſiam promeretur, ut tàm Vos, quàm veſtræ Congregationis Canonicos Regulares ſpiritualibus muneribus, & gratiis libenter proſequamur.

Itaque vobis, ac omnibus, & ſingulis Canonicis Regularibus prædictis, ut quotieſcunque Chriſtifidelibus viſitantibus aliquam Eccleſiam, Hoſpitale, ſeu Pium locum alicujus Civitatis Provinciæ Italiæ, ubi veſtræ Monaſteria eſſe contingerit, aliquæ Indulgentiæ, & peecatorum remiſſiones per Nos, aut Romanos Pontifiees ſucceſſores noſtros, ac Sedem Apoſtolicam concedentur. Vos, & quilibet veſtrorum Monaſteriorum Canonici Regulares in Civitate ea reſidentes, in qua ipſe Indulgentiæ conceſſæ fuerint, viſitando in Eccleſia Monaſterii, vbi reſidetis, & ipſi reſiderint, tria, aut quatuor Altaria, & in eis quinquies orationem dominieam, & toties ſalutationem Angelicam devotè recitando: eaſdemmet Indulgentias, & peccatorum remiſſiones conſequamini, & illi conſequantur, quas eonſequeremini, & ipſi conſequerentur; ſi Eccleſias, Hoſpitalia, et Pia Loca, pro quorum viſitatione Indulgentiæ hujuſmodi, et peccatorum remiſſiones, ut præfertur pro tempore eoneeſſæ fuerint' perſonaliter viſitaretis, et illi viſitarent auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, pariter et indulgemus. Non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, eæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. Romæ apud S. Mareum ſub Anulo Piſcatoris die 16. Septembris 1566. Pontifieatus noſtri Anno I.

Cæſar Glorierius.

Breve Sanctiſſimi Domini Noſtri Pii Papæ V. Quo Canonicorum Salvatoris Lateranen. Sacerdotia, ac loca eximit à ſolutionibus, oneribuſque Principum ſecularium, ac etiam Clericorum in Seminariis degentium, & aliis.

PIUS PAPA V.

AD perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex, in quo poteſtatis plenitudo conſiſtit ex injuncto ſibi cælitùs Apoſtolicæ ſervitutis officio, ad ea potiſſimùm intendit, per quæ Monaſterium quorumlibet, & aliorum locorum Regularium quieti, & indemnitati conſulitur, eorumque Congregationes, & perſonas in illis ſub Religionis jugo Altiſſimo famulantes, nè moleſtiis, & exactionibus indebitis agitentur, ſed, ut omni animi anxietate remota, gratum Deo liberiùs exhibeant famulatum opportunis præſidiis confovere conſuevit, prout rationabiles eauſæ ſuadent, & id in Domino conſpieit ſalubriter expedire. Cum itaque Sacroſanctum OEcumenicum Concilium Tridentinum pro Puerorum Eccleſiaſticorum miniſteriis inſerviturorum Collegiis, Seminariis nuncupatis, in quali-

bet Diœceſi, juxta ipſius Concilii ordinationem erigendis, & inſtituendis, conſervandiſque, & manutenendis per Epiſcopum loci ordinarium, cum Conſilio duorum de Capitulo, & duorum de Clero ab ipſis Epiſcopo, Capitulo, & Clero reſpectivè eligendorum ex quorumcumque beneficiorum, & aliorum locorum Eccleſiaſticorum, necnon Monaſteriorum fructibus, reditibus, & proventibus partem aliquam, vel portionem detrahi, & eam portionem ſic detractam hujuſmodi Collegiis applicari, & incorporari; ea autem Collegia, in quibus Seminaria diſcentium, vel docentium ad commune Eccleſiæ bonum promovendum, actu haberentur, ab hujuſmodi contributione dictis Seminariis vigore ipſius Concilii inſtituendis facienda exempta eſſent, præterquam ratione redituum, qui ſuperflui eſſent, ultra convenientem ipſorum Seminariorum ſuſtentationem, aliaſque, & alia deſuper reſpectivè voluerit, & ordinaverit, prout in decretis, & conſtitutionibus ejuſdem Concilii pleniùs continetur. Et licèt dilecti filii Congregationis Lateranen. Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium, parati ſint ad contributionem dictorum Seminariorum, juxta præfati Concilii decreta inſtitutionem, & manutentionem, habita ratione fructuum redituum, & proventuum ſingulorum Monaſteriorum, ſecundùm medias decimas ad rationem taxæ antiquæ dumtaxat, non autem novi facti, vel faciendi æſtimi, computandam, exceptis illis Monaſteriis, & locis, in quibus ipſi non habent niſi Menſam Conventualem a Menſa Abbatiali ſeparatam, alio exiſtente Abbate, vel Commendatario contribuere, attamen vereantur nè aliàs per locorum ordinarios ſuper præmiſſis moleſtentur. Nos bonam, & laudabilem ejuſdem Congregationis voluntatem acceptantes, illiuſque quieti, & ut remota hac ſpiritus anxietate, liberiùs gratum Deo famulatum ſub ſuavi Religionis jugo exhibere valeant, paternè conſulere, ac aliàs in præmiſſis opportunè providere, ipſamq; Congregationem ſpiritualibus favoribus, & gratiis proſequi volentes.

Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, non ad illius, vel alterius pro illa nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, univerſis, et ſingulis Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis cæteris locorum ordinariis, eorumque, et cujuslibet ipſorum in ſpiritualibus, et temporalibus Vicariis, ſeu officialibus generalibus, nec non quarumcumque Eccleſiarum, etiam Cathedralium, et Metropolitanarum Capitulis, ac Civitatum, et Diœceſ. quarumcumque Clericis, et Capitulis, cæteriſque omnibus, et ſingulis, ad quos quomodolibet ſpectat, et ſpectabit, in virtute Sanctæ Obedientiæ, et ſub indignationis noſtræ, ac excommunicationis majoris latæ ſententiæ, necnon ſuſpenſionis, et interdicti, ac etiam duorum millium ducatorum auri de Camera, pro una Camera Apoſtolicæ, et pro altera medietatibus, ſingulis locis contra præſentium tenorem pro tempore gravaris irremiſſibiliter applicandorum pœnis, eo ipſo ſi, et quotiès contrafactum fuerit incurrendis, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium præcipimus, et mandamus, ac etiam diſtrictiùs inhibemus, nè de cætero præfatam Congregationem, illiuſque Abbates, Priores, Præpoſitos, et Prælatos, ac Conventus, et perſonas, eorumque Monaſteria, Eccleſias, et loca, ac etiam membra quæcumque, ad dicta Seminariorum iuxta Concilii Tridentini decreta erectorum, et erigendorum contributionem. Præterquam et niſi dumtaxat pro mediis decimis, ac ſecundùm taxam antiquam, et non novi æſtimi, in illiſque tantùm locis, et Monaſteriis, in quibus ipſi habent utramque menſam], non autem pro illis, qui non habent niſi Menſam Conventualem, ullo modo cogant, vel compellant, itemque illa dictæ Congregationis loca, et Monaſteria, in quibus actualiter litterarum Scholæ per ipſam Congregationem tenentur a dicta Seminariorum contributione, etiam quoad dictas medias decimas. Necnon ab omni, et quocumque alio tàm ordinario, quàm extraordinario onere, quavis etiam Apoſtolica præfata, vel ordinaria auctoritate, ac ex quavis cauſa, etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Dominii Venetorum, & quorumvis aliorum Præpoſitorum, & Dominio-

miniorum, ac Communitatum,|& Univerſitatum inſtantiam, ſeu etiam motu ſimili, ac aliàs quomodolibet canonicè,vel de facto,nunc,& pro tempore impoſito, & imponendo, penitùs, & omninò, ac totaliter in omnibus, & per omnia, etiam ratione redituum, qui ſuperflui eſſent ultra convenientem ipſarum Scholarum ſuſtentationem, perpetuò libera immunia, & exempta ſint, & eſſe cenſeantur, prout etiam Nos perpetuò libera,immunia, & exempta facimus, ac fore, & eſſe, ipſamque Congregationem, & illius perſonas præfatas ſuper præmiſſis nullatenùs à quoquam aſtringi, ſeu compelli, aut coarctari, vel aliàs quomodolibet publicè, vel occultè, directè, quovis quæſito colore, vel ingenio moleſtari, vel impediri, & ſic per præfatos, & quoscumque alios Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, ac ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, & inane decernimus, volumus, ſtatuimus, & declaramus.

Non obſtantibus præmiſſis, ac ſi opus ſit regula noſtra de Jure quæſito non tollendo, nec non quibusvis aliis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ſtatutis quoque, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ac privilegiis, & indultis, nec non litteris Apoſtolicis, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac aliis præfatis, ſub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clauſulis, & decretis, etiam motu ſimili, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, & concedendis, quibus omnibus etiam ſi de iis, eorumque totis tenoribus pro illorum ſufficienti derogatione, ſpeciali, ſpecifica, individua, & expreſſa, ac quævis alia mentio habenda foret, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, motu, & ſcientia ſimilibus, hac vice dumtaxàt ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, quòd ipſa Congregatio pro Monaſteriis, & locis, in quibus ipſi habent utramque menſam, ratione illorum fructuum, qui ſuperflui erunt, pro Seminariis juxta formam Concilii Tridentini erectis contribuere teneantur.

Quodque præſentium litterarum tranſumptis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Curiæ Eccleſiaſticæ, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, aut Canonici alicujus Metropolitanæ, vel Collegiatæ Eccleſiæ munitis, eadem prorsùs fides adhibeatur in judicio, & extra, quæ originalibus ipſis litteris adhiberentur, ſic exhibitæ forent, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S.Petrum ſub Anulo Piſcatoris die 9.Julii 1567. Pontificatus noſtri Anno II.

Cæ, Glorierius.

Bulla Sanctiſs.Domini noſtri Pii Papæ V.Extenſionis omnium privilegiorum Mendicantium Religioſorum Ordinibus conceſſorum.
Ad Canonicos Regulares Salvatoris Lateranen. alioſque Ordines, aut Congregationes expreſſas.

PIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ex ſupernæ diſpoſitionis arbitrio gregi dominico præſidentes, inter curas multiplices, quas ex miniſterio noſtri paſtoralis officii nobis incumbere cenſemus, illam per quam perſonarum quarumlibet, earum præſertim, quas ſub ſuavi jugo ſedulum in dies Altiſſimo famulatum exhibere conſpicimus, ſtatui & quieti ritè conſulitur, libenter amplectimur, ac, ut perſonæ ipſæ idem exoptantes à Nobis gratias, & favores reportaſſe lætentur, grato intendimus animo, ac in his noſtri paſtoralis officii partes favorabiliter impartimur, prout temporum qualitate penſata, id perſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Nuper ſiquidem à nobis emanarunt literæ tenoris ſubſequentis.

PIUS

Digitized by Google

PIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

ET ſi Mendicantium Ordines, qui ſedulum in Vinea Domini quotidiè exhibere non ceſſant famulatum, ſummo ſemper ſtudio, etiam dum in minoribus eſſemus, amplexi ſumus; ad ſummi tamen Apoſtolatus apicem [meritis licèt imparibus] divina favente clementia aſſumpti, dum id mente recolimus, facere non poſſumus, quin eos propenſiori charitate, & paterno affectu amplectamur, ac exindè pro ſuis ſanctis ſtudiis, honeſtisque laboribus, proque ſalute Animarum, & Apoſtolica Sede, cujus continuè pacem, & dignitatem, ordines ipſi fortiter tutati ſunt, tàm ſpiritualia, quàm temporalia ſubſidia, ornamentaque acceperint, & accipiant, quibus, & ſancta ſua officia, ac vitam ſuam Regularem faciliùs, atq; expeditiùs exequi, & tranſigere poſſint, & cæteræ Religioſæ perſonæ, ordineſque alii, exemplo ipſorum, promptiores, alacrioreſque ad ſua officia perſolvenda reddantur. Hinc eſt, quòd nos attendentes, pleroſque ex Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis, qui eoſdem Ordines præcipuè tamquàm fructiferos in Agro Domini palmites, & colere, & adjuvare deberent, non ſolùm id exequi negligere, verùm etiam Concilii Tridentini decretis in prauum ſenſum retortis, eos & eorum quemlibet variis afficere incommodis, & perturbationibus, eorumque privilegiis non modicum afferre gravamen conantur; Quidam enim Epiſcopi (ut accepimus) nolunt admittere quoſdam Regulares ad prædicationem, etiam in ſuis Eccleſiis faciendam, quamvis de eorum habilitate ad hujuſmodi opus exercendum, habeant bonum teſtimonium a ſuis Superioribus. Alii verò volunt, ut nedùm ſemel, ſed etiam pluriès in anno coram ipſis, vel eorum Vicariis Prædicatores præſententur, ac pro licentia prædicandi, quam non niſi in ſcriptis dare volunt, aliquid quandòque exigunt. Alii etiam Epiſcopi, maximam Regularibus injuriam irrogare videntur, dum prætèr Ordinem, & veterem conſuetudinem abſq; ulla ratione quoſdam reiiciunt, & quoſdam pro eorum libito admittunt ad prædicationem hujuſmodi habendam in locis ſuæ Diœceſis. Quorumdam etiam locorum Ordinarii quoſdam Religioſos probos Viros, & idoneos, etiam a ſuis Superioribus approbatos, ad Confeſſiones audiendas, admittere nullo modo volunt. Quidam ex eis volunt, non ſolùm ſingulis annis, ſed etiam pluriès in anno, in aliquibus partibus eoſdem Confeſſores ſibi præſentari. In aliquibus verò Oppidis tam Epiſcopi, ſeù eorum Vicarii, quàm Presbyteri Curati, nolunt, ut Fratres Mendicantes vocati ad audiendas Confeſſiones Infirmorum (maximè ſi infirmitas eſt gravis) aut etiam ſanorum in privatis illorum domibus, vel alibi, præterquam in ſuis Eccleſiis, aut Monaſteriis poſſint accedere. Nonnulli etiam audent Confeſſores Monialium [qui pleno jure ſubſunt Regularibus] examinare, cum tamen id minimè per Concilium decernatur, ſicut, & de Fratribus, qui ſunt audituri Confeſſiones aliorum Fratrum. Quidam etiam in aliquibus partibus nituntur aſſerere, ſeu facere, ne quiſquam infra annum poſſit Sacram Euchariſtiam in Eccleſiis Mendicantium recipere, neque etiam Moniales tertiarias nuncupatas, ſuorum Ordinum [ut aliqui aſſerunt] in aliquibus partibus fieri, cum tamen ſolum in Paſchate (quo ad Seculares dumtaxat) juxta privilegia Summorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum eiſdem Ordinibus conceſſa, id obſervari debeat. Alii vero Epiſcopi, ſeu eorum Vicarii audent ad eorum libitum, dare licentiam quibuſcunque, quæcunque Monaſteria Monialium, etiam Sanctæ Claræ ingrediendi, etiamſi Regularium curæ ſubdita ſint. Quidam vero ſub prætextu exquirendi voluntates Puellarum, ante profeſſionem earum, volunt eas extrahere à Monaſteriis, & per longum tempus alibi detinere, ipſaſque Puellas, ſeu novitias, de plerisque rebus interrogant, neque neceſſariis, neque in Decreto Concilii Tridentini deſuper contentis, ex quibus non modica poteſt oriri occaſio ſcandali. Alii verò plerique noluerunt, quoſdam Regulares aliarum Diœceſium Sacris Ordinibus initiare: ac etiam à ſui

Ordi-

Ordinis Prælatis approbatos, admittere nolunt. Aliqui verò ſingulis Dominicis diebus in ſuos Parochianos ad ſonum campanæ excommunicationem promulgant, ut non poſſint intereſſe Miſſis, concionibus, & Divinis Officiis, niſi in propria Parochia. Alii vero ipſis prohibent, ut omninò in aliis Eccleſiis [etiam requiſiti] non celebrent. Alii verò in aliquibus partibus in eorum Eccleſiis Conciones Sacræ Scripturæ, & Sermones pro Mortuis haberi nolunt, & ſi aliquid ipſis relictum fuerit, ut ab ipſis Miſſæ dicantur, vel alia Officia pro Mortuis celebrentur, ipſis ſibi ea uſurpant, dicentes, quòd ipſi ea exequi non poſſunt, quia ipſi ſunt Paſtores. Alii verò ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & exilii per decennium à Diœceſi pœna, inhibuerunt ne Miſſæ in eorum Eccleſiis celebrentur, in diebus feſtivis, antequam Rector Parochialis Eccleſiæ celebraverit. Alii etiam nolunt, ut dum prædicatio in Eccleſia Cathedrali habetur, alibi prædicetur. Ac inſuper in quibuſdam locis omnem Ordinem, & quietem perturbant, dum controverſias, jamdiù ſopitas, & extinctas ſuper præcedentia excitarunt, & ubi nullæ erant, pepererunt, dum pro arbitrio, & voluntate eorum, hos illis præferre voluerint. Quidam etiam Epiſcopi volunt Regulares a cura animarum excludi, & illam ſolis Presbyteris Secularibus committi. Quidam verò quartam funeralium extendere volunt etiam ad Miſſas, legata, & alia quæcunque, quæ domibus Regularium relinquuntur. Alii autem volunt quartam partem omnium eorum, quæ etiam pro ornamento Eccleſiæ palliorum, planetarum, cortinarum, pannorum, & eorum etiam quæ pro victu Fratrum relinquantur. Aliqui etiam in quibuſdam partibus etiam volunt, ut non ſolum jus ſepulturæ ſolui conſuetum, quòd ſemper ſoluitur, neque denegatur, ſed etiam omne illud, quod Eccleſiis Ordinum, ad eorum libitum partes dant, quando ſepeliuntur ibidem defunctorum corpora, id totum Curatis etiam de novo ſolvatur inſtanter conantur, impedientes ne aliter corpora Defunctorum ad Monaſteria Fratrum deferantur, undè in hoc maxime tàm partes, quàm ipſos Fratres gravari contingit. Aliqui verò etiam ex locis Mendicantium, qui curam habent animarum, volunt pro Seminario decimas exigere, ac in caſu renitentiæ, etiam pignus exigent. Alii autem præfatos Fratres, ac Moniales ſub eorum degentes cura, ſubſidium Regium perſolvere cogunt, cùm multæ earundem Monialium vix habeant pro earum victu, & veſtitu neceſſaria vitæ. Alii etiam in quibuſdam partibus Pauperes mendicantes eleemoſynas petere prohibent pro eorum dumtaxat ſubſtentatione, & ſi invenerint eos panem, vel aliquid aliud ſimile amore Dei ſibi collatum portantes, quandoque ab eis auferre minantur, afficientes eos gravi injuria, contumelia. Nonnulli verò Epiſcopi, vel Capitula Canonicorum, pauperes mendicantes, tàm Fratres, quàm Moniales ſuorum Ordinum, tàm de reditibus bonorum, ſi quæ habent, quàm de poſſeſſionibus, Vineis, Agris & aliis ſuis bonis quibuſcumque, non ſolùm largitione Fidelium ſibi conceſſis, ſed etiam alias juſtis de cauſis ab eis acquiſitis, ac pecuniis emptis ſibi decimas, ac primitias alias reſpectivè ſolvere cogunt. Alii autem auſi ſunt inquirere, & proceſſus facere contra aliquos Regulares intrà Clauſtra delinquentes, vel de quorum delictis aliqua erat ſuſpicio, non expectata ſuorum Superiorum cenſura. Alii verò Epiſcopi Monialium Monaſteria ingredi, & illa ingrediendi licentias aliis concedere, & adversùs illas proceſſus formare, ipſorum Ordinum Superioribus irrequiſitis præſumant. Aliqui etiam dominium temporale ſuper Moniales habere prætendunt. Nonnulli verò frequentiſſimè Regulares citant, & juriſdictioni ſuæ ſubijcere tentant, ac eorum Conventum occupant, ipſos expellendo, ac in ipſos juriſdictionem, vel poteſtatem exercent. Aliqui verò ipſos carceribus (abſque cauſæ cognitione) mancipant, ac manibus, pedibusque laborant, ut Regulares Mendicantes ſuæ ditioni ſubiiciant, & uſque adeò ſe intromiſerunt in gubernatione Conventuum, & in correctionibus Fratrum, ut Provincialibus, & Generalibus nullus ampliùs videatur relictus locus, aut ulla juriſdictio. Aliqui autem, Conventuum Priores, & Guardianos, rationes, & computa facere cum Sindicis Conventuum hujuſmodi prohibent. Fratres quoque, qui ad Epiſcopos hujuſmodi prohi-

prohibent . Fratres quoque, qui ad Epiſcopos hujuſmodi recurſum habent, à Prioribus, & Guardianis præfatis caſtigari,& puniri interdicuntur. Inhibent quoque Superioribus Ordinum, nè faciant proceſſus contra Fratres, ac in ipſos imperium, & brachium ſeculare exercent. Alii verò ipſos extrà Clauſtra degentes ſub eorum protectione recipiunt, eoſque ſic permanere permittunt, eoſque etiam invitis ſuis Superioribus detinent. Aliqui verò bonorum ipſorum Fratrum tamquam ad eos (ſi extrà Clauſtra Defuncti fuerint) ſpectantium, poſſeſſionem occupare præſumunt, & ad habitum Religionis reverſis, ſua bona conſignare nolunt. Ac etiam uniones à Sede prædicta, aut aliàs ritè factas de Beneficiis Eccleſiaſticis impediunt, & ſibi relaxari debere volunt, & contradictores excommunicationis gladio fuerint. Alii verò Regulares Campanas diebus feſtivis pulſare, vel eodem tẽpore,quo ipſi celebrant,Miſſas celebrare nolunt.Aliqui etiam pro licentia danda ædificandi quamdam domum Regularem triginta, vel quadraginta ducatos exigere non erubuerunt. Alii verò Mortuorum corpora aſſociare, alii autem illos cum Parocho ſimilia munera ſubire non permittunt; niſi major Canonicorum pars intervenerint. Alii verò mortuorum officia in Regularium Eccleſiis peragi nolunt, niſi cum ipſorum præſentia, & ipſorum Moniales, vel alias perſonas, etiam ſi in earum funere Parochus intervenire non deberet, ſepelire prohibent, niſi ipſi Parocho prius certum quid ſolutum fuerit, etſi aliquem ipſi ſciverint in Regularium Eccleſiis ſepulturam elegiſſe, eum (ut dicitur) non ante ad illas deferre ſinunt, quam ad Parochi Eccleſiam delatum, inibique officium peractum fuerit: Poſtremò verò, teſtamenta ſine Presbyterorum præſentia fieri prohibent, etſi quid ipſis Regularibus relictum fuerit, id aſſerentes contra Concil.Trid.Canones eſſe, revocare omninò procurant.

Ac propterea volentes præmiſſis, ac aliis ſimilibus exceſſibus,& gravaminibus ex noſtri paſtoralis officii debito providere, attendentes etiam illos, qui onus diei, & æſtus tàm in prædicationibus, quàm in cæteris ſpiritualibus muneribus quotidiè ſuſtinent, niſi etiam aliquantiſper ſubleventur, facilè fore, ut oppreſſi, à ſuis officiis omninò deſiſtant; nè impoſterùm eis aliquod inferatur gravamen, Concilii Tridentini hujuſmodi decreta, quorum falſa, ſeù minùs vera intelligentia præmiſſa irrepſerunt, quorumque declaratio non niſi ad nos ſpectat, modo, & forma infraſcriptis declarandum cenſuimus.

Declarantur aliqua decreta Concil. Triden.

Nos igitur Motu proprio, non ad alicujus inſtantiam, ſed de mera deliberatione, & ex certa ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, declaramus Canonem ſeſſionis 24. cap. 4. per quem omnibus Regularibus, etiam in ſuorum Ordinum Eccleſiis, contradicente Epiſcopo, prædicationis Officium interdicitur, Mendicantium Ordinum Fratres hujuſmodi, quandò à ſuis Generalibus, vel eorum Miniſtris Provincialibus ad id deputati fuerint non compræhendere,neque eos afficere poſſe. Imò volumus, quòd in ſuis Eccleſiis quandò eis placuerit licitè, & abſque ullo impedimento, vel contradictione etiam Epiſcopi (niſi ipſe prædicaverit) prædicare poſſint.

Mendicantes in ſuis poſſunt prædicare Eccleſiis abſque aliqua contradictione.

Confeſſiones tam intra Domos, quàm extra audire poſſunt.

Quòd verò in ſeſſ.23. cap. 15. circa Confeſſiones à Regularibus non audiendas ſtatuitur, hoc etiam dictorum Ordinum Fratres à præfatis ſuis Generalibus, vel Miniſtris Provincialib. ad audiendas Confeſſiones utriuſque Chriſtifidelium ſexus approbatos (ut præmittitur) minimè compræhendat, itaut à Confeſſionibus audiendis tàm intra eorum Eccleſias, & domos, quàm extra, minimè prohibeantur ſuper hoc literas fel.rec. Pauli Papæ IV. etiam Prædeceſſoris noſtri concedentis eiſdem Fratribus mendicantibus Regularis Obſervantiæ, poſſe Confeſſiones Secularium perſonarum, etiam infirmarum, etiam extra domos, & Monaſteria ſua, & ubilibet audire approban-

probando, & de novo concedendo. Statuimus etiam, quòd ille, qui ſemel in una Diœceſi admiſſus per Epiſcopum fuerit, ſemper in ead. Diœceſi habeatur pro admiſſo, nec ampliùs examinari, vel præſentari in dicta Diœceſi debeat tàm quoad prædicationes faciendas, quàm quoad Confeſſiones audiendas, nec aliquid pro prædictis exigi, vel recipi debeat.

Admiſſus ſemel in una Diœceſi non tenetur amplius examinari, vel præſentari in eadem.

Confeſſores verò Monialium, quæ degunt ſub cura Regularium ab Ordinario examinari nolumus, quemadmodùm neque etiam Fratres ſi debeant audire Confeſſiones aliorum Fratrum examinari debent.

Confeſſores Monialium, & Fratrum, nec examinari, nec præſentari tenentur

Lectores inſuper ex eiſdem Fratribus, & in Theologia graduati, qui cum licentia ſuorum Superiorum ad gradum admiſſi fuerint cum de ipſorum doctrina ambigendum non ſit tàm Confeſſiones audituri, quàm prædicationis munus ſubituri, ab Epiſcopis minimè examinentur.

Lectores aut Graduati examinari non tenentur.

Cumque inhoneſtum ſit, quemlibet in alienam meſſem falcem iniicere, cumque Monialium Monaſteria non niſi de Epiſcopi, vel Superioris licentia, & in caſibus neceſſariis, aliquis ingredi præſumat in ſeſſ.25.can.5. prohibetur, hoc tantùm in illis Monaſteriis locum habere volumus, quæ ordinariis ipſis pleno Jure ſubſunt, in quibus in caſibus neceſſariis ipſi dare licentiam poſſint, & non in aliis Monaſteriis.

Quid de ingreſſu Monaſteriorum Monialiũ, quoad Epiſcopos, & de licentia ingrediendi non danda.

Itaut in præfatis Monaſteriis, quæ ordinariis ipſis pleno jure non ſubſunt ipſi Ordinarii illa ingredi non poſſint, prout in Regulis earum, ſeu de Jure ſtatuitur, & eis aliquos proceſſus adversùs Moniales ipſas, ſeu Fratres hujuſmodi, propterea, ſeu alias ipſorum Ordinum Superioribus irrequiſitis, quoquo modo formare, aut facere poſſe, omninò prohibemus, itaut aliquam Juriſdictionem, ſeu aliud quodcumque dominium in Moniales, & Fratres hujuſmodi reſpectivè habere, exercere, aut exequi nullatenùs poſſint, aut debeant, imò illas, & illos omnes ab eorum ſuperioritate, dominio, & juriſdictione, & poteſtate eximimus, & liberamus, prout eis conceſſum eſt per ſua privilegia à Sede præfata obtenta, & ita præfatæ Moniales, ac Fratres ſint excluſi à ſuperioritate, & juriſdictione Ordinariorum reſpectivè hujuſmodi, ut etiam in illarum, vel illorum Sindicis, aut Procuratoribus deputandis, vel in diſponendis illorum facultatibus, vel alia ſibi non competentia facienda, ullatenùs non ſe intromittant, nec etiam Ordinarii ipſi, Regulares præfatos citare, & juriſdictioni ſuæ ſubijcere, ac eorum Conventus occupare ipſos ab eis expellendo, ac in ipſos juriſdictionem aliquam, & poteſtatem exercere (ut præmittitur) aut ipſos carceribus mancipare, & contra eos aliquid aliud facere poſſint, ut ſuæ ditioni ſubijciantur, neque etiam ſe intromittant ullo pacto, aut aliqua ratione in gubernatione Conventuum tàm Fratrum, quàm Monialium hujuſmodi, & illorum correctionibus, ſed omnia iſta, & alia neceſſaria ad correctionem, & gubernationem Fratrum, aut Monialium hujuſmodi, & eorum Generalibus, ac Miniſtris, ſeu Provincialibus, vel aliis eorum, aut earum reſpectivè Superioribus etiam ratione computa faciendi cum Sindicis Conventuum hujuſmodi, omninò relinquantur, nec ullo modo in præmiſſis, & aliis, Fratres & Moniales hujuſmodi tangentibus, Ordinarii prædicti per ſe, vel alios ſe intromittant. Fratres quoque ſi contigerit eos ad hujuſmodi Ordinarios recurſum habere à præfatis Generalibus miniſtris, ſeu Provincialibus, Prioribus, Guardianis, & aliis ſuis Superioribus caſtigari, & puniri poſſe, & debere, neque ipſos Ordinarios præfatis Superioribus Ordinum hujuſmodi ullatenùs inhibere, quinimò præfatos Superiores, proceſſus contra Fratres ſuos, & Moniales hujuſmodi, quandò opus fuerit circa delictorum inquiſitionem, vel caſtigationem facere poſſe decernimus, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis. Inhibemus etiam ipſis Ordinariis, nè Fratres extra Clauſtra degentes ſub eorum protectione recipiant, eoſque invitis ſuis Superioribus detineant. Prohibemus

Proceſſus adverſus Moniales, vel Fratres, Epiſcopi non poſſunt formare.

Epiſcopi juriſdictionem, vel ſuperioritatem in Fratres, vel Moniales non habent, citare non poſſunt nec Conventus occupare.

Epiſcopi non ſe intromittant in gubernatione Conventuum Fratrum, vel Monialium.

Regulares habentes recurſum ad Epiſcopos poſſunt à ſuis ſuperioribus puniri.

Epiſcopi non recipiant Fratres extra clauſtra degentes ſub protectione ſua invitis ſuperioribus.

mus quoque eiſdem Ordinarijs, ne aliquo modo ſe intromittant in bonis dictorum Fratrum extra Clauſtra ſuorum Monaſteriorum pro tempore decedentium, ſivè decedentium, & quamvis in habitu, ſivè abſque habitu moriantur, volumus, quod eorum bona mobilia, & immobilia ad Ordinem, quem profeſſi ſunt, pertineant, diſponenda juxta Conſtitutiones, ſeu Ordinationes prædictorum Ordinum, neque illa Ordinarij prædicti occupare præſumant, imò hujuſmodi, & ad habitum Religionis revertentium bona omnia Monaſteriis ipſis cum ea, quæ acquirit Monachus de jure Monaſterii acquirantur pertinere etiam decernimus. Ac ipſis ordinariis, nè quaſcumque uniones etiam perpetuas à Sede prædicta, vel alias, ut præfertur hactenùs factas, & pro tempore faciendas de beneficiis eccleſiaſticis, ſeu illorum fructibus, quin ſuum ſortiatur effectum impediant, omninò etiam prohibemus, & Cenſuras Eccleſiaſticas, & alias pœnas per eos in contradictores pro tempore latas, nullius eſſe roboris, vel momenti, ſimiliter decernimus, & declaramus. Inſuper volumus, quòd præfati Regulares, quibus cura Animarum ineſt, poſſint per ſe ipſos, juxta ſuorum Superiorum ordinationem, aut alios Vicarios, ſeu Capellanos ſeculares ipſorum Regularium nutu ammovibiles, ab eis deputatos, & ab ordinario pro idoneis nominatos, & approbatos, præfatam curam exercere, neque in eorum deputatione, vel amotione, neque alicujus partis fructuum conſignatione, pro præfatis Capellanis, ſeu Vicariis ſecularibus, ſi per tales curam exerceri contigerit, Epiſcopi ullo pacto ſe intromittant. Prohibemus inſuper eiſdem Ordinariis, ac aliis quibuſcumque perſonis; nè impediant ipſos Fratres quandò eis placuerit tàm in diebus Dominicis, ſeu Feſtivis, aut aliis totius anni temporibus, Campanas pulſare, & etiam tempore, quo ipſi celebraverint, Miſſas celebrare, nec non Mortuorum corpora aſſociare, & illa per Fratres ipſos quandò in Eccleſiis ſuis præfatis delata fuerint, etiam abſque præſentia Rectorum Eccleſiarum hujuſmodi ſepeliri facere, ac officia Mortuorum hujuſmodi peragi poſſe, neceſſariamque præſentiam Rectorum, aut aliorum Clericorum, quin infirmi liberè ſua condere poſſint teſtamenta minimè eſſe, ac ipſos Regulares legata, aut quævis alia ſibi in teſtamentis relicta exigere, & obtinere poſſe, neque aliquod Jus in contrarium eſſe decernimus, & declaramus. Volumus etiam, quod Puellarum Deo dicandarum, an ſcilicet coactæ, vel ſeductæ fuerint, examen faciendum, non niſi infra quindecim dies poſtquam juxta Concilium Trid. Epiſcopi, vel eorum Vicarii requiſiti fuerint fieri poſſit, quibus elapſis, ampliùs in hoc illis ſe intromittere non liceat, cujus occaſione nec Epiſcopus, nec ejus Vicarius intra ſepta Monaſteriorum ingrediantur, ſed ſtent ante cratem ferream, & interrogationes alias, quam eas, quæ præfatum Concilium Tridentinum jubet, eis fieri omninò prohibemus, ac ſimiliter volumus, quod Puellæ, ſeu Novitiæ ipſæ ad alias interrogationes reſpondere minimè teneantur. Seſſ.23.cap.8. neminem niſi proprio Epiſcopo ordinari poſſe ſtatuens, in Regularibus locum non habere omninò declaramus, ita quod Fratres hujuſmodi, præfatos etiam Sacros Ordines, à quolibet Antiſtite gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habente, Ordinarii loci minimè requiſita licentia, in locis, ſeu domibus Fratrum hujuſmodi, aut alibi recipere poſſint. Et inſuper ſeſſ.22. decretum, per quod Populum ſæpè ad ſuas Eccleſias, ſaltèm Dominicis, & majoribus Feſtivis diebus convenire debere movet in ſequendo: volumus, quòd Fratribus Mendicantibus hujuſmodi, non ſolùm prohiberi non poſſit, nè Miſſas, & alia Divina Officia faciant in eorum Eccleſiis, verum etiam in quibuſcumque aliis, ubi celebrari Miſſas ſolitum eſt, etiam ipſis non vocatis, ſeu ad id requiſitis celebrare valeant, Ac etiam, quòd conciones, & lectiones Sacræ Scripturæ, & Sermones pro Mortuis, etiam in Eccleſiis ſuis facere, ac eleemoſynas

Bona Regularium decedentium, ſive in habitu, ſive extra habitum ad ordinem, quem profeſſi ſunt pertineant.

Epiſcopi non impediant uniones beneficiorum.

Regulares poſſunt exercere curam animarum.

Poſſunt campanas pulſare, Miſſas celebrare, mortuorum corpora aſſociare.

Quomodo novitiæ ſint examinandæ, ante profeſſionem ab Ordinarijs.

Regulares à quocumque Epiſcopo ordinari poſſunt.

Quod Fratres Miſſas in feſtivis diebus celebrare poſſunt in quibuſcunque Eccleſiis, etiam antequam Rector Parochialis celebret.

moſynas pro celebrandis hujuſmodi Miſſis, & aliis Divinis Officiis peragendis, ſi eis illas donari, ſeu relinqui contingat, recipere, nec non Miſſas, & Divina Officia hujuſmodi, etiam in diebus Dominicis, vel Feſtivis etiam autequàm Rector Parochialis Eccleſiæ celebraverit, celebrare, & facere, & quando eis videbitur, etiam ſi tunc in Eccleſia Cathedrali prædicetur, prædicare, ac etiam quicumque utriuſque ſexus Chriſtifideles, totius anni tempore illas, & illa in Eccleſiis Fratrum hujuſmodi audire poſſint, ipſique Chriſtifideles, ullatenùs deſupèr moleſtari, aut impediri per locorum Ordinarios, ſeu Rectores Parochialium Eccleſiarum, aut alios quoſcumque ullo pacto, cauſa, vel occaſione non valeant, ſeu debeant, ſed præfati Chriſtifideles audiendo Miſſas, & alia Divina Officia in Eccleſiis Fratrum hujuſmodi diebus Dominicis, aut feſtivis, præcepto Eccleſiæ de illis audiendis ſatisfeciſſe cenſeantur.

Celebrare poſſunt etiã antequam celebretur in Parochiali.
Prædicare poſſint etiã ſi in Cathedrali prædicetur.

In diebus feſtivis omnes Chriſtifideles audire poſſunt miſſas in Eccleſiis Fratrum.
Satisfaciunt præcepto Eccleſiæ.

Ipſique Chriſtifideles Sacramentum Euchariſtiæ, Reſurrectionis Dominicæ feſtivitate dumtaxat excepta, ſumere, eiſque illud per Fratres hujuſmodi adminiſtrari valeat, nec ad aliud faciendum per locorum Ordinarios, aut Eccleſiarum Rectores præfatos, ſeu alios quoſcunque, illorum licentia minime requiſita, etiam ſub cenſuris Eccleſiaſticis, & aliis pœnis, cogi vel compelli poſſint, ſeu debeant, etiam decernimus, & declaramus.

Poſſuntque inſra annum Sacramentum Euchariſtiæ à Regularibus ſumere.
Interdicta ſuſpenduntur in feſtivitatibus Sanctorum Ordinum, & in aliis ad quæ habent privilegia.

Et licèt in ſeſſione 25. cap. 12. caveatur, quòd cenſuræ, & interdicta Eccleſiaſtica etiam à locorum Ordinariis promulgata, mandante Epiſcopo, à Regularibus in eorum Eccleſiis publicari debeant; tamen ſi tempore celebrationis alicujus ex feſtis Sanctorum Ordinum eorundem, ac alias in aliis feſtivitatibus, juxta eorumdem Ordinum privilegia Apoſtolica, interdictum hujuſmodi emanaverit, illud in præfatis feſtivitatibus, & earum octavis ſuſpendimus.

Controverſias autem omnes de præcedentia, quæ eadem ſeſſione 25. cap. vero 13. per Epiſcopum terminari mandantur, non niſi durantes per illum dirimi, finitas autem nullo pacto innovari poſſe ſtatuimus. Cumque licet cap. 11. ſeſſionis 25. ſtatuat, quòd in domibus virorum ſeu mulierum, quibus animarum perſonarum ſecularium cura immiuet, nulli etiam ad nutum ammovibiles, inibi deputentur, niſi de Ordinarii conſenſu ac prævio examine hujuſmodi præcedente, ad curam hujuſmodi admitti poſſe omninò volumus præfatos Regulares; Quartam autem Funeralium de qua ſeſ. 25. cap. 13. nequaquam ſolvere teneantur Monaſteria, quæ à quadraginta annis citra fundata exiſtunt, poſtquam ipſum Concilium loquitur tantum de Monaſteriis ante annos quadraginta fundatis, quæ ipſam quartam ſolvere conſueverunt, & ubi ſolvi conſuevit, id tantum ceræ, & aliorum, quæ in aliquibus partibus deferri contigerit, tempore quo defunctorum corpora ad ſepulturam deferuntur, non autem de Miſſis, ſeu legatis, vel aliis Fratribus ipſis ſeu Monialibus hujuſmodi relictis, aut alias quomodolibet donatis ſolvi debet. Sicque intelligi Concilii decretum, quo ad quartam hujuſmodi ſolvendam debere decernimus. Ubi verò non eſt conſuetudo ſolvendi quartam hujuſmodi, de nullo ſupraſcriptorum ſolvi debere declaramus. Nec ad quartam ſeu aliam partem omnium eorum quæ etiam pro ornamento Eccleſiæ, palliorum, planetarum, cortinarum, pannorum, & aliorum quæ dictis Eccleſiis relinqui vel dari contigerit, etiamſi pro victu Fratrum, aut alias relinquantur, aliquid contribuere teneantur. Ac etiam jus ſepulturę ſolui tantum conſuetum curatis, & non aliquid aliud eis ſolvi debeat, quamvis partes ad earum libitum Eccleſiis Ordinum hujuſmodi, ſeu eorum Fratribus, alia quęcumque tribuant, ſeu eleemoſynas elargiantur, quando ſepeliuntur ibidem corpora mortuorum hujuſmodi, nec propterea impediri debeant, quin poſſint defunctorum corpora præfata, ad eorum Eccleſias tumulanda deferri fa-

Controverſiæ, ac præcedentia dirimantur.

Regulares ad curam animarum admitti debeat.
Quarta funeralium non ſolvenda.
Nec quartam nec partem aliquam eorum quæ Fratribus relinquantur tenentur tribuere.

Ius ſepulturæ ſolvendum.

cere, Inhoneſtum quoque eſſe cenſentes, Mendicantium Ordines ad aliquorum onerum contributionem teneri, illos, illorumque loca, etiam ſi curam animarum habeant, ac quæcunque beneficia illis unita, ad contributionem pro Seminario, aut decimarum aliquarum ſolutionem; imò illos, & eorum Domos, Monaſteria, beneficia, & loca quæcunque, & ab illis quomodolibet dependentia, eorumque poſſeſſiones, vineas, agros, & prata, ac alia bona quæcumque tam ad ipſos, quàm ad Moniales præfatas etiam largitione fidelium, ſeù alias juſtis de cauſis ab eis acquiſita, ac pecuniis empta, vel alias quomodolibet pertinentia, minimè teneri: illosque, & illas, à quibuſcunque decimis, primitiis, quartis, mediis, & aliis fructuum partibus, necnon ſubſidiis charitativis etiam per nos conceſſis, ad quorumcumque etiam Regum, Principum, & Dominorum temporalium inſtantiam, quacumque etiam urgentiſſima, & de neceſſitate exprimenda cauſa, ac etiam aliis quibuſcumque oneribus tam ordinariis, quàm extraordinariis, etiam ratione fructuum, oleorum, virgultorum, ſignorum, beneficiorum, & aliarum quorumcumque rerum tam pro victu, quàm pro veſtitu, aut alias ſibi neceſſarium quomodolibet, etiam auctoritate Apoſtolica nunc, & pro tempore impoſitis, itaut penitùs, & omninò, ad alicujus rei contributionem minimè teneantur, omninò eximimus, & liberamus: illosque, & illas, ad illos, & illa etiam ſi ſeculare,] & aliæ perſonæ quæcunque in poſſeſſione eas exigendi fuerint, minimè teneri debere volumus, nec ſub cap. 12. ſeſſionis 25. compræhendi poſſe, vel debere decernimus. Quod verò de uſu quæſtorum eleemoſynarum auferendo loquitur ſeſſ. 21. cap. 8. id ad Mendicantium Ordines nullo modò referri poſſe, vel debere etiam decernimus; quin potiùs cum ex eleemoſynis hujuſmodi vivere cogantur, eis id facere liberum omninò eſſe declaramus. Quoniam verò ex nimia Epiſcoporum ſibi irrogata auctoritate ipſi perſonas Regulares ſuæ juriſdictioni ſubjicere omninò ſtudent, ac decreto Concili præfati ſeſſ. 25. cap. 14. ædito, quo cavetur, quòd ſi Regularis intra clauſtra exiſtens, & extra ea ità notoriè deliquerit, ut populo ſcandaloſus ſit, termino ab Epiſcopo præfigendo, à ſuo ſuperiore omninò puniatur, ſin minùs, ab ordinario delinquens puniri poſſit, confiſi, variis, indebitiſque gravaminibus Regulares afficiant, Ordinarios præfatos, aliquid contra Regulares in clauſtris degentes hujuſmodi quovis prætextu, occaſione, vel cauſa innovare non poſſe, vel debere: nec aliquos proceſſus contra ipſas perſonas Regulares formare, aut facere poſſe volumus, niſi propter manifeſtum ſcandalum, & ſuorum ordinum ſuperioribus priùs conſultis, & negligentibus; alioquìn omnia, & ſingula contra præmiſſa facta, & geſta, ac facienda in futurum, pro nullis, & infectis habeantur. Licentias verò pro conſtruendis domibus Regularibus, quæ 4. cap. ſeſſionis 25. niſi de Ordinarii licentia conſtrui prohibentur: gratis omninò dari, & nonniſi legitima ſubſiſtente cauſa, ſuperioribus explicanda, illas recuſari poſſe, nec Fratres præfatos, etiam ſolus, mortuorum corpora aſſociare; An mandatum in die Cœnæ Domini fieri ſolitum, in Eccleſiis, ſeù Domibus Fratrum cujuslibet ordinis prædictorum, ſolemniter facere, & prædicta die prædicare hora qua eis videbitur: nec per locorum Ordinarios, aut Rectores Eccleſiarum, ſeu alios quoſcunque prohiberi poſſe, etiam decernimus, & declaramus. Mandantes etiam univerſis locorum ordinariis, ne mortuorom officia agere Rectores Parochialium in Eccleſiis ipſorum Fratrum, contra illorum voluntatem (permittant, Ac Moniales dictis Fratribus ſubditas, vel perſonas ſepulturam in eorum Eccleſiis eligentes, nulla ſoluta Parocho portione) ſepelire, vel ſi Fratres ad mortuorum corpora aſſocianda vocati fuerint, illa abſque Fratrum hujuſmodi præſentia ſepeliri facere audeant, vel præſumant. Cumque maximè deceat liberam eſſe cujusvis teſtantis voluntatem,

Mendicantes curam Animarum habentes, non tenentur ad aliquā contributionem pro Seminariis.

Decimas aut ſubſidia minimè ſolvere tenentur.

Eleemoſynas petere poſſunt.

Regulares delinquentes a ſuis Superioribus puniantur.

Epiſcopi contra Regulares proceſſus facere non poſſunt.

Licentia prò conſtituendis Domibus gratis dari debent.

Mandatum in die Cœnæ Domini facere, & prædicare poſſunt, portio non ſolvenda pro ſepultura Monialium, vel aliarum perſonarum.

tatem, pravum illum uſum, parvo adhùc tempore (ut præfertur) introductum, per quem teſtamenta abſque presbyterorum præſentia fieri interdicuntur, omninò abrogamus. Poſtremò quod cap.13. ſeſſ.25. cautum fuit, quòd omnes ſ. tam Clerici, quàm Regulares quicumque ad publicas proceſſiones vocati, accedere compellantur: id quo ad Fratres præfatos de illis tantùm proceſſionibus intelligi volumus, ad quas ſecundum conſuetudinem antiquam locorum, ſoliti ſunt accedere; vel quæ pro bono pacis Eccleſiæ, vel pro victoria contra infideles indicuntur; quòd etiam de illis Conventibus, qui Collegia nuncupantur, minimè intelligi volumus, in quibus Fratres ſub arctiori clauſura degunt, itaut nec in choro cantent, nec ad mortuos accedant; ſed tantùm ſtudiis, & lectionibus vacent.

Abrogatur uſus non faciendi teſtamenta abſque Presbyterorum præſentia.

Ad quas proceſſiones compelli poſſunt regulares Fratres qui ſunt in Collegiis ad nullas tenentur ire.

Præterea ſi fortè inter Epiſcopos, vel Collegia, aut Capitula, vel alias quaſvis perſonas, & præfatos Fratres, ſeu Moniales, aut eorum aliquos, ſuper præmiſſis, vel aliquo eorum, coram quocumque, ſeu quibuſcunque judicibus, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditoribus, ac S.R.E.Cardinalibus, tam in Romana Curia, quàm extra eam, ubilibet lis, ſeu lites reſpectivè pendeant; nos litem ſeù lites, & cauſam, vel cauſas hujuſmodi ad nos advocamus, ac illam, & illas, quarum ſtatum, ac nomina, & cognomina judicum, & collitigantium præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, caſſamus, & extinguimus, ac partibus ipſis perpetuum ſilentium deſuper imponimus.

Advocatio, & extinctio litium ſuper aliquo præmiſſorum.

Ac inſuper, ut facilius præmiſſa omnia illibata perſiſtant, omnia & ſingula privilegia, immunitates, indulgentias, facultates, libertates, indulta, diſpenſationes, favores, & gratias, quæ decretis Concil. Trident. aliàs quàm, ut ſuperiùs eſt dictum, conceſſum, & declaratum, non contrarianrur expreſsè, eiſdem Fratribus, necnon Monialibus quibuſcumque, & Sororibus tertii Ordinis prædictorum ordinum reſpectivè Ordinibus, ac illorum Eccleſiis, domibus, & perſonis, etiam vivæ vocis oraculo in genere, vel in ſpecie tàm per recol. memoriæ Eugenium IV.Sixtum IV. Leonem X. Paulum III. ac dictum Paulum IV., & Pium etiam IV., quàm alios quoſcumque Romanos Pontifices etiam prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem eamdem quomodolibet conceſſa, confirmata, & innovata, nec non noſtras, & prædeceſſorum noſtrorum, ac alias quaſcumque deſuper confectas litteras, quarum omnium tenores, àc eorumdem prædeceſſorum noſtrorum nomina, & alia de neceſſitate exprimenda, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent etiam præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adijcimus; eaque perpetuis futuris temporibus inviolabiliter obſervari debere, ac Fratribus ſuperioribus, & perſonis Ordinum hujuſmodi, nec non aliis quibuſcumque, quos illa concernunt, ſuffragari debere, ſeu poſſe volumus.

Confirmantur, & de novo concedantur omnia privilegia, quæ decretis Conc. Tridentini expreſſe non contrariantur aliàs quam ſuperius eſt dictum conceſſum, & declaratum

Nec non privilegia, immunitates, facultates, libertates, indulta, diſpenſationes, exemptiones, favores, & gratias tàm ſpirituales, quàm temporales, mòdo, & forma, quibus conceſſa ſunt etiam per viam communicationis, & extenſionis activè, & paſſivè inter ſe, & alios quoſcumque ordines reſpectivè, de novo concedimus; illaſque omnia, & ſingula ad domos, & loca quæcumque dictorum Mendicantium Ordinum, & Monialium quarumcumque, ac Sororum de tertio Ordine nuncupatarum in Congregatione viventium Ordinum, ut præfertur, hactenùs recepta, & impoſterùm recipienda, nec non eorum perſonas, & bona etiamſi privilegiorum, & aliarum gratiarum prædictorum auctentica originalia, propter temporis antiquitatem, vel varias Urbis ruinas deperdita exiſtant, dummodò de eis aliàs legitimè conſtet, extendimus, & ampliamus. Et ſic in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices, & perſonas quavis

De novo conceduntur.

vis auctoritate fungentes, etiam Cardinales, & Auditores præfatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interprætandi facultate, & auctoritate judicari, & deffiniri debere, necnon quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Judices aſſignantur.

Quo circà dilectis filiis noſtro Prædicatorum Cardinali Protectori, & Sancto Hieronymo Generali Ordinum, ac Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ etiam Generali Auditori, nunc, & pro tempore exiſtentibus per Apoſtol. ſcripta motu ſimili mandamus, quatenùs ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, &, quandò opus fuerit, ac quotiès pro parte eorumdem Fratrum, aut Monialium, vel alicujus eorum fuerint deſupèr requiſiti, ſolemniter publicantes, eisque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, præſentes, & in eis contenta hujuſiuſmodi firmiter obſervari, ac ſingulos, quos litteræ ipſæ concernunt pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos, vel aliquem eorum deſuper, contra præſentium tenorem per quoſcumque, etiam Locorum Ordinarios, quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus, aggravando, & interdictum Eccleſiaſticum apponendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, & aliis Apoſtolicis, necnon in provincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Epiſcopis, vel quibusvis aliis perſonis quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam Motu ſimili, ac alias quomodoliber conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expræſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expræſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma: ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxàt ſpecialiter, & expreſsè derogamus. Necnon omnibus illis quæ in litteris confirmationis, & innovationis privilegiorum eorumdem, aliàs per eoſdem Paulum IV. & Pium etiam IV. prædeceſſores noſtros prædictos, Ordini Fratrum Minorum hujuſmodi conceſſorum, conceſſum eſt, non obſtare, ac contrariis quibuſcunque. Aut ſi locorum Ordinariis, vel quibuſvis aliis, communiter vel diviſim, ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Et quia difficile foret, earundem præſentium literarum notitiam, ad quaſcunque perſonas pervenire, & ubique illas præſentare etiam motu, & ſcientia ſimilibus volumus, & decernimus, quòd tranſumptis earumdem præſentium literarum, etiam per impreſſionem factis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, aut ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillatis, quemadmodum adhiberetur præſentibus literis originalibus, ſi præſentarentur, ubique adhibeatur tam io judicio, quàm extra illud, plena, & indubitata fides. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, prohibitionis, exemptionis, liberationis, inhibitionis, ſuſpenſionis, ſtatuti, decreti, mandati, abrogationis, avocationis, caſſationis, extinctionis, impoſitionis, approbationis, confirmationis adjectionis, conceſſionis, extenſionis, ampliationis voluntatis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si

quis

quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1567. 17. Kal. Julii Pontificatus noſtri Anno II.

ET deindè pro parte dilectorpm filiorum Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini Congregationum Lateranenſis, & S. Salvatoris, ac S. Crucis Colimbrien., & Monachorum S. Benedicti Congregatiouum, & Ordinum Caſſinenſium Montis Oliveti Vallisumbroſæ, nec nou etiam Congregat. Ciſtercien., & Cartuſien., necnon S. Hieronymi Hiſpaniarum, ac Camaldulen. & Fratrum Militiæ Jeſu Chriſti Reformatorum, nuncupatorum Regni Portugaliæ, nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd ipſi etiam juxta eorum cujuslibet Regularia Inſtituta, tùm vita eorum exemplari, tùm doctrina, ac verbi Dei prædicatione, aliisq; ſummis eorum laboribus, & ſtudiis Animarum ſalutem, ac Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, dignitatis, & auctoritatis augmentum hactenùs ſemper procuraverunt, & in dies circa hoc tàm laudabile miniſterium magis, ac magis verſari non ceſſantes, ſibi favente ſuperni nominis auxilio, ſuaviſſimum, cunctisque Fidelibus gratiſſimum ſuæ probitatis, & diligentiæ latiùs diffundunt odorem, par iterque in Vinea Domini laborare non deſinunt, ac proindè eos aliqua ratione indignos cenſeri non poſſe, quin ipſi quoque gratiarum, facultatum, privilegiorum, & aliorum præfatis Fratribus Mendicautibus conceſſorum participes fieri, nec non Monaſteria etiam Monialium, & alia Loca quæcumque ad gratias, facultates, privilegia, ac alia in eiſdem præinſertis literis contenta quæcumque extendi, ac illis gaudere debeant. Quare pro eorumdem Canonicorum, Monachorum, & Fratrum parte, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eorum ſtatui, & tranquilitati conſulentes eos, & eorum ſingulos, nec non ſuorum Ordinum, & Congregationum Monaſteria, etiam Monialium, ac domos, & loca alia quæcumque, ad declarationes, ſtatuta, exemptiones, voluntates, prohibitiones, approbationes, extenſiones, & decreta, ac alias gratias, facultates, & privilegia quæcumque, prædictis Fratribus Mendicantibus conceſſa prædicta, itaut illis omuibus, & ſingulis æquè, & pariformiter abſque ulla penitùs differentia frui, & gaudere poſſint, & debeant extendere, & quatenùs opus ſit illa eis de novo concedere, aliaſque ſibi deſuper opportunè providere de beniguitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui omni qua fieri poteſt ratione commodiori perſonarum qnarumlibet, præſertìm Deo dicatarum animi quietem ſinceris exoptamus affectibus, ſingulos Canonicos, Monachos, & Fratres prædictos, à quibusvis cenſuris, & pænis Eccleſiaſticis quavis occaſione latis, ſi qui innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxàt conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Canonicos, Monachos, & Fratres prædictos, ſi Profeſſionem Regularem juxtà eorum ſtatuta, & laudabiles conſuetudines, ac privilegia, & indulta eis conceſſa emiſerint reſpectivè, illorumque Monaſteria, etiam Monialium, nec non domos, & loca alia quæcumque ad ſingula declarationes, ſtatuta, & immunitates à contributione ratione Seminariorum Pauperum Clericorum juxtà ordinationem dicti Concilii Tridentini erigeudorum, & inſtituendorum, nec non ſubſidiorum Apoſtolica auctoritate pro tempore impoſitorum, ac quæſtuatione eleemoſynarum dumtaxat exceptis, exemptiones, voluntates, prohibitiones, approbationes, exteuſiones, decreta, & alia quæcumque gratias, facultates, & privilegia eiſdem Fratribus Mendicantibus, ut præfertur conceſſa, & facta, ac alia in præinſertis litteri, contenta, & indè ſecuta quæcumque dicta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò extendimus, ampliamus, illosque declaramus, ſtatutis, exemptionibus, voluntatibus, prohibitionibus, approbationibus, extenſionibus, decretis, & aliis gratiis, facultatibus, & privilegiis, hujuſmodi pariformiter, & abſque ulla penitùs differentia, prout dicti Fratres Mendicantes utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt, liberè, & licitè uti, potiri, & gaudere

Extenduntur privilegia Mendicantium ad alios Regulares.

dere poſſe, atque debere, illaque omnia, & ſingula ſibi, eorumque Monaſteriis, domibus, & locis hujuſmodi, eorumque Superioribus, & perſonis quibuscumq; quas illa concernunt, & pro tempore concernent ſuffragari, nec non modo, & forma, quibus prædictis Fratribus Mendicantibus conceſſa, & facta ſunt, conceſſa, factaque eſſe, nec non ad ſingula Monaſteria, domos, & loca quæcumque dictorum Canonicorum, Monachorum, & Fratrum, nec non Monialium, Congregationum, & Ordinum prędictorum in Congregatione viventium extenſa,& ampliata cenſeri, ſicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices,& perſonas, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales,ac cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi,& interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, nec non quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Deputatur Iudices ſuper obſervatione privilegiorum.

Quocirca Venerabilibus Fratribus, & dilectis filiis ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus dictorum Ordinum, & Congregationum hujuſmodi, reſpectivè nunc, & pro tempore Protectoribus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe vel alium ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem Canonicorum, Monacorum, & Fratrum, aut Monialium hujuſmodi, vel alicujus eorum fuerint deſuper requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præſentes, & in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari, ac ſingulos quos litteræ ipſæ concernunt, pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos, vel aliquem eorum deſuper, tam contra præſentium litterarum, quàm præinſertarum tenorem per quoſcunque, etiam locorum ordinarios quomodolibet indebitè moleſtari, Contradictores quoſlibet, & rebelles, per cenſuras, & pænas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, & interdictum Eccleſiaſticum opponendo, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, & alij Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis Generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac etiam juramento, confirmatione, Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Epiſcopis aut quibuſvis aliis perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibuſque, & aliis decretis in genere vel in ſpecie, etiam motu proprio vel alias quomodolibet conceſſis approbatis, & innovatis, quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eurumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus contrariis quibuſcumque. Aut ſi locorum ordinariis vel quibuſvis aliis, communiter vel diviſim à prædicta ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſt.non facientes plenam, & expreſſam,ac de verbo ad verbum de indultu hujuſmodi mentionē. Et quia difficile foret earundem præſentium notitiam ad quaſcumque perſonas pervenire, & ubique illas præſentare, etiam dicta auctoritate noſtra volumus, & decernimus,quod tranſumptis illarum etiam per impreſſionem factis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ſive ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigilatis, prout eiſdem præſentibus adhibeatur tàm in judicio, quàm extra illud, plena, & indubita fides. Nulli ergo omnino homiuum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, extenſionis, ampliationis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contrai-

traire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ 1577. Kal. Septembris Pontificatus Noſtri Anno II.

D. Balbus.

Diploma Sanctiſs. Domini noſtri Pii Papæ V. Quo nonnullorum Canonici Ordinis Sanctorum feſta, ſub nota Duplicis eidem celebranda concedit.

PIUS PAPA V.

AD perpetuam rei memoriam. Licèt Eccleſia Dei Sponſa tunc veræ jubilationis ſuæ fructum reportet, cùm Chriſtifideles omnes ad precum effundendarum exercitium excitat, eumdemque orandi, pſallendique ritum, & morem omnibus proponit, alienum tamen à ratione minimè cenſendum erit, ſi aliquos Sanctorum quorumdam patrocinio ſpecialiùs ſuffultos, ad eorumdem particularem venerationem, etiam per crebras illorum commemorationem ſe ſe excitare permiſerit, ut peculiare ipſorum meritum agnoſcentes, eorum quoque veſtigia ſequi quàm maximè ſtudeant. Hinc eſt, quòd nos licèt aliàs ex certis tunc expreſſis cauſis omni alio Breviarii uſu interdicto, Breviarium, quod imprimi curavimus, ac pſallendi, precandique formulam in omnibus Univerſi Orbis Eccleſiis, Monaſteriis, Ordinibus, & locis etiam exemptis, in quibus juxtà Ritum Romanæ Eccleſiæ dici debet, aut conſuevit ſub certis modo, & forma ſarvari mandaverimus, ſtatuentes Breviarium ipſum nullo umquàm tempore in toto, vel in parte mutandum, aut ei aliquid derrahendum, ac alia fecerimus, prout in ipſis litteris, quas in cujuſlibet Breviarii prædicti principio imprimi voluimus, pleniùs continetur; attendentes tamen dilectos filios Canonicos Regulares Congregationis Lateranenſis Ordinis S. Auguſtini eorum Patrem, ac primum Apoſtolici illius Ordinis Reformatorem S. Auguſtinum prædictum, ac præterea inſigniores ejuſdem Ordinis Sanctos Martyres, ac Confeſſores, quorum meritis eadem Congregatio per Orbem propagata, & illuſtrata extitit, & in dies ejuſdem Congregationis perſonæ adjuvantur, atque proteguntur, debita, ut par eſt, veneratione capere, in eorum præſertim diebus, quibus in Domino obdormire eiſdem obtigit celebrare. Nos propterea pium eorum deſiderium plurimum in Domino commendantes, Motu proprio, non ad dictorum Canonicorum, ſeu alicujus eorum ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, Congregationi dictorum Canonicorum concedimus primum, quòd ultra conſuetas Salvatoris Lateranen. & S. Auguſtini prædicti eorum Patris ad Veſperas, & Laudes commemorationes, ejuſdem S. Auguſtini feſtum, die 28. Auguſti occurrens, & per totam illius octavam tam in Canonicis Horis, quàm in Miſſæ celebratione, prout hactenùs celebrare poſſint, videlicèt in ipſa quidem die, & octava ſub duplici, infra octavas autem ſub ſemiduplici, cum Commemoratione Feſtorum ſimplicium occurrentium. De Decollatione autem S. Jo. Baptiſtæ fiat ſuo die cum Commemoratione Octavæ. De Dominica autem ſi occurrat infra octavas, fiat de ea cum Commemoratione Octavæ, ſin autem in ipſa die, vel octava Dominica occurrerit, fiat de Sancto cum Dominicæ commemoratione, cum Antiphonis videlicèt Hymnis, Reſponſoriis, ac reliquis ipſorum Canonicorum propriis, ordinatis à Divo Thoma Aquinate, iuxta eorum antiquum morem, ſeu, & prout meliùs, & congruentiùs videbitur ab ipſis Reformandis, dum tamen tres primæ lectiones ſint de Scriptura, intra octavas quidem de occurrente, in ipſo autem die, & octava de Scriptura aſſignata ab ipſis Canonicis, atque congruentiùs ejdem feſto aptata, mediæ tres, partim de vita ejuſdem Patris, collecta è dictis ejuſdem, in libris præcipuè confeſſionum, necnon & Poſſidonii ejus contemporanei, ac ſocii, qui cum per annos 40. cum eo familiariſſimè vixiſſet, vitam etiam

ejus veriori, & integriori modo deſcripſit, partim de Sermonibus ejuſdem Patris de communi vita Clericorum: Tres verò poſtremæ lectiones de Homilia S. Joannis Chryſoſtomi ſuper Evangelium Matthæi; *Vos eſtis ſal terræ*: pariter & ejus Converſionem die quinta Maij cum lectionibus in ultimo Nocturno Divi Gregorii Papæ ſuper Evangelio Lucæ, *Erant appropinquantes ad Jeſum Publicani, & Peccatores*: primam quoque ejus, quæ undecima Octobris, & ſecundam, quæ ultima die Februarii occurrit, tranſlationes, necnon & quolibet menſe ſemel ipſius commemorationis feſtum die, in quo feſtum alicujus Sancti non occurrerit, ſub duplici poſſint celebrare. Et ſimiliter Sanctorum Aniani, Epiſcopi die Decembris ſecunda. S. Thomæ Cantuarien. Epiſcopi, & Martyris, 29. Decembris. Aquilini Martyris, Januarii 29. Guarini Epiſcopi, Februarii ſexta die. Thoroni Confeſſoris, 18. die Februarii. Albini Epiſcopi prima Martii. Herculani Epiſcopi, & Martyris, Martii ſecunda. Patritii Epiſcopi, Martii 16. Monicæ viduæ, Maii 4. Ubaldi Epiſcopi Maii 16. Ivonis Epiſcopi Maii 20. Bernardi Confeſſoris Junii 15. Joannis, Octobris 10. Frigdiani Epiſcopi Novemb. 19. Gelaſii Papæ, Novembr. 21 Proſperi Epiſcopi, Novembris 24. Omnium quoque aliorum dictæ Congregationis, & Ordinis Sanctorum feſta, etiam ſub duplici Officio celebrare, atque iis omnibus, & ſingulis proprias eorum, atque autheuticas lectiones, ſeu, & Orationes, ſervata prædicta Breviarii forma accommodare valeant, officiaque prædicta recitantes, debito ſuo periudè cenſeantur ſatisfeciſſe, ac ſi ea, quæ in Breviario aſſignantur, recitaſſent, nec ad aliam ulteriùs recitationem ullo unquam tempore poſſint compelli, prædictaque eorum particularia officia ſeorſùm, & ſeparatim à Breviario, ubicumque illis placuerit abſque alia noſtra, vel Commiſſarii noſtri in illis partibus Licentia imprimi facere liberè, & licitè valeant; Diſtrictiùs inhibentes tam locorum Ordinariis, quàm quibusvis librorum Impreſſoribus, cæteriſque quavis auctoritate fungentibus, in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac ſub Excommunicationis majoris, necnon indignationis noſtræ pœnis, nè eoſdem Canonicos ſuper recitatione Horarum, aut Impreſſione Officiorum hujuſmodi impedire, moleſtare, vel inquietare audeant, vel præſumant, ac decernentes præſentes litteras nullo unquam tempore ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari nullatenùs poſſe, minùſque ſub quibusvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi ullatenùs poſſe, ſed quotiès illa emanabunt, totiès in priſtinum ſtatum, etiam ſub quacumque Data per ipſos eligenda reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas eſſe, ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocircà dilectis filiis noſtris Flavio Urſino, & Paulo ab Eccleſia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteris Cardinalibus, & cauſarum Curiæ Apoſtolicæ generali Auditori, per præſentes Motu ſimili mandamus, quatenùs ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quandò opus fuerit, ac quotiès pro parte dictorum Canonicorum, ſeu alicujus eorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque firmiter obſervari, Non permittentes eos, ſeu eorum aliquem deſuper contra earumdem præſentium tenorem quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Nec non legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus felicis recor. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii

lii

lii generalis de duabus Dietis, dummodò quis vigore præſentium ultra tres Dietas ad judicium non trahatur, ac literis noſtris prædictis, quas eoſdem Canonicos ligare nullatenùs poſſe volumus, ac quibusvis aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibusvis, etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus etiamſi de eis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent, eiſdem præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, contrariis quibuscumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem, quòd præſentium tranſumptis etiam impreſſis; manu tamen alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo munitis, eadem prorsùs fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S.Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 18. Decemb. 1590. Pontificatus noſtri Anno V.

Cæſ. Glorierius.

Motus proprius SS. D. Noſtri Pii V. Ad favorem Canonicorum Regularium S. Salvatoris Lateranenſis.

Quo declaratur quis eorum locus de jure in Proceſſionibus, & publicis actibus. Qualiterque eos deceat incedere.

PIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cùm ex Ordinum univerſitate, qui in Dei Eccleſia reperiuntur, illa caſtrorum aciei comparetur; illius autem gubernium Rom.Pont. Beati Petri verò ſucceſſori ſit demandatum, mirùm nemini videri debet, ſi illæ curæ ſibi divinitùs commiſſæ invigilans, cuilibet quòd ſuum eſt benignè concedendo, & quæ clara etiam ſui ipſorum natura ſunt, ne in recidivæ contentionis ſcrupulum relabantur, opportunæ declarationis, ac novæ conceſſionis remedio conſolidat; ut quibuſvis ſublatis obſtaculis, quilibet pacis amœnitate frui liberè poſſit, ac ſcandalorum occaſio penitùs tollatur. Cum itaque ſicut accepimus dilecti filii univerſi Canonici Regulares Ordinis S. Auguſtini Congregationis Lateranenſis, qui ab Apoſtolis originem traxerunt: Quique ab eodem Sancto Auguſtino eorum reformatore, iterum per reformationis viam mundo geniti, meritò prætendere poſſunt, ſe omnes aliàs perſonas Eccleſiaſticas tam ſeculares, quàm Regulares in proceſſionibus, & aliis actibus publicis præcedere debere. Cum tamen non licet membra à capite ſeparare; ſed tamèn eis locum debitum aſſignare, ipſorumque indemnitati, ut ſine populi ſcandalo in publicum prodire: exemploque potiùs cœteris Chriſtifidelibus eſſe poſſint conſulere volentes, ac omnium, & ſingularum litium, quæ forſan ſuper præmiſſis exortæ ſint, aut exoriri quoquomodo poſſint, ſtatus, & merita, nominaque, & cognomina, Judicum, & collitigantium, præſentibus pro expræſſis habentes.

Canonici Lateranenſes ab Apoſtolis.

Ceù Cleric primitivi.

Motu proprio: non ad dictorum Canonicorum, vel alicujus alterius pro eis ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia noſtra, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulos Canonicos prædictos, ubi-

Ob capitis reſpectum, ut ſupra. Cateroqui præferendi

cun-

Digitized by Google

cunque locorum exiſtentes, quos deinceps proceſſionibus, & aliis actibus publicis, vel privatis intereſſe contigerit, ſtatim ipſum Clerum ſecularem non exemptum ſubſequendo præcedunt; dum verò præcedendo præcedunt, illum immediatè ſequi debere, auctoritate Apoſtolica per præſentes declaramus.

Ac inſuper in omnibus locis, in quibus talis viget conſuetudo in proceſſionibus, ut dicti Clerici non exempti; præcipuè quando Canonici alicujus Eccleſiæ Cathedralis, paramentis Eccleſiaſticis induunt; ut cultus divinus magis vigeat, ac ut Sanctiſſimum Corpus Chriſti, ſeu aliæ Reliquiæ, quæ proceſſionaliter differuntur, decentiùs, & honorificentiùs aſſocientur; aut quando hoc ipſius Ordinarii mandato continget, ipſi Canonici ſimiliter, ac illi, Pluvialia, Planetas, Tunicellas, & alia paramenta, ſuper eorum Clericalem habitum deferre: necnon pro Cruce aſſocianda quæcunque luminaria deferre, liberè, & licitè poſſint ſtatuimus, & ordinamus. Diſtrictiùs inhibentes quibusvis locorum Ordinariis, etiamſi Patriarchali, Provinciali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, aut alia dignitate perfulgeant, ſub excommunicationis majoris, & indignationis noſtræ pœna, ne eoſdem Canonicos, ſeu aliquem eorum moleſtare, aut præmiſſa quovis modo declarare, vel interpretari audeant, decernentes præſentes litteras, nullo unquam tempore ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo; quòd locorum Ordinarii, aut alii forſan intereſſe habentes, vocati non fuerint, aut nullitate notari, imputari, invalidari, ad terminos juris deduci, in jus vel controverſiam vocari, cauſamque, vel cauſas quarè præmiſſa à nobis emanaverint verificandum nullatenùs teneri, nec ob id viribus carere, minuſque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſubſtentationibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus compræhendi; ſed ſemper ab illis excepta, & quotiès illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, ac plenariè reintegratas etiam ſub datum per ipſos Canonicos elligenda eſſe: ſicque ab omnibus cenſeri.

Quo utriuſque Ordinis Canonici ſint uniformes.

Et ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & ipſoſmet Ordinarios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere; Irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quocumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Quocirca dilectis filiis dictæ Congregationis Protectori, ſeu ejus Viceprotectori, & cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ac Viccario Ven. Fratris noſtri Epiſcopi Lauden. in ſpiritualibus generali, per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus; quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes litteras, & in eis contenta. Quocumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Canonicorum prædictorum, vel alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eoſdem Cononicos illorumque ſingulos præmiſſis omnibus, & ſingulis vi præſentium continentia, & tenore pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos, ſeu eorum aliquem deſuper per quoſcumque indebitè moleſtari, perturbari, & inquietari, contradictores quoſlibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo: necnon legitimis ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, illas cenſuras, & pœnas ipſas incurriſſe declarando. Nec non eas etiam iteratis vicibus aggravando: invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis. Non obſtan. fel. rec. PP. Bonifacii prædeceſſoris noſtri, etiam qua caveatur, ne quis extra ſuam Civitatem, vel Diœc. niſi in certis exceptis caſibus, & illis ultra unam dietam à fine ſuæ Diœc. ad judicium evocetur, ſeu ne Judices à Sede Apoſt. deput. extra Civitatem, vel Diœc. in quibus deputati fuerint contra quoſcunque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere præſumant: ac de duabus dietis in conſilio generali edita. Dummodo ultra tres dietas quis vigore præſentium ad judicium

Executores declarantur.

non

non trahatur, ac aliis Apoſtolicis in provincialibus, ac ſinodalibus Conciliis editis ſpecialiter, vel generaliter conſtitutionibus, & ordinationibus: ac etiam juramento, confirmatione Apoſt. vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus: privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis quibuſvis Eccleſiis, Congregationibus, Capitulis, Collegiis, Monaſteriis, & aliis locis, eorumque ſuperioribus, & perſonis, ſub quibuſvis tenoribus, & formis: ac cum quibuſvis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibusque, & aliis decretis, motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus: etiam Conciſtorialiter conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut alia aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nil penitus omiſſo, ac forma illis tradita, obſervata inſerti forent; eiſdem præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus: contrariis quibuscunque: aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſt. ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſt. non facientes plenam, & expreſſam de verbo, ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declerationis, ſtatuti, ordinationis, inhibitionis, decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indigniationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incorſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1570. 10. Kal. Januarii Pontificatus noſtri Anno V. CC. Alp. Dia. Io. de Monſoi pro comp. G. Deldato. V. Macaran. Alex. Peregrinus. A. Canitranen. Ru. Bonſiolus. e. Math. A tergo in calce regiſtratum in Camera Apoſt. Iu. Mandoſius.

SS. D. Noſtri D. Clementis Papæ VIII. Confirmatio privilegiorum Canonicis S. Salvatoris Lateranen. aliiſque expreſſis Congregationibus Canonicorum, ac Monachorum, occaſione ſexaginta millium aureorum per eas exſolutorum.

CLEMENS PAPA VIII.

AD futuram rei memoriam. Cùm ſuperiore anno, ut chariſſimo in Chriſto filio noſtro Rodulpho Romanorum Regi Illuſtri, in Imperatorem electo, adverſus Turcas in ipſius ditiones erumpentes, opem aliquam ferremus, nonnullas decimas ſuper beneficiorum Eccleſiaſticorum fructibus in univerſa Italia imponere coacti fuerimus; & ulterius ſubſidium ſexaginta millium ſcutorum monetæ à duodecim Regularibus Congregationibus, quas exemptione à prædictis Decimis aliàs illis à fæl. record. Pio Papa V. prædeceſſore noſtro conceſſa, gaudere voluimus, receperimus. Nunc verò iiſdem, & forſan gravioribus, quàm tunc circumventi neceſſitatibus, licèt eaſdem Congregationes ob oneribus, quibus præſumuntur, potiùs ſublevare cuperemus, aliud tamen ab ipſiſmet Congregationibus ſubſidium ſexaginta millium ſcutorum auri in auro, ad rationem duodecim Juliorum pro quolibet ſcuto, iterum exigere, & recipere compellamur. Cumque Congregationes ipſæ ſubſidium hujuſmodi ſexaginta millium aureorum nobis preſtare promptè conſenſerint, Nos illud quanto cum minori fieri poterit eorum incommodo, & damno ab illis recipiendum duximus; Idcircò, cum à Miniſtris noſtris Cameralibus, qui negocium hóc cum earundem Congregationum Procuratoribus diligenter diſcuſſerunt, nobis relatum ſit, non poſſe ſummam prædictam ſexaginta millium aureorum expeditiori ratione congeri, quam ſi, ut factum eſt, in ſubſidio anno ſuperiori recepto, ut præmiſſum eſt, Mons novennalis ad eam ſummam augeatur. Motu proprio, & ex certa ſcien-

ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Congregationibus prædictis Lateranen. Canonicorum Regularium ſub Regula S. Auguſtini Caſſinenſi nimirum, & Montis Oliveti, Ordinis S. Benedicti, Cartuſianorum, Camaldulenſi, Cæleſtinorum, S. Salvatoris Bononien. etiam Canonicorum Regularium, Vallis Umbroſæ, Cruciferorum, S. Georgii in Alega, pariter Canonicorum Regularium, Ciſtercienſiumque Lombardiæ, ac S. Hieronymi, eorumvè Generalibus Procuratoribus, quamvis ad hoc ſpeciale mandatum non habeant, ut dilecti filii D. Celſus de Ravenna Canonicus Regularis dictæ Congregationis Lateranen. & D. Marcus Antonius Rozzus, Monachus Congregationis Montis Oliveti, nomine omnium Procuratorum Generalium prædictorum, cum interventu dilecti filii noſtri, & Cameræ Apoſtolicæ Generalis Theſaurarii, taxam aliquam inter ſe, pro cujuſque ipſarum facultate, reddituum annuorum conſtituere, aut aliàs ratam partem reddituum, prout cuilibet, ex Congregationibus prædictis, minùs incommodum, & damnoſum eſſe, ac magis expedire judicaverint, aſſignare: illamque ſummam de novo dicto Monti applicare, quæ ſufficiens ſit, pro ſumma ſexaginta millium ſcutorum aureorum, hujuſmodi, quam ab eis hoc modo recipi volumus congreganda, factaque Taxa hujuſmodi, eandem Monti prædicto Novennali, ultra alias Taxas, ſeu ratam reddituum dicti Montis, quas ſingulæ dictarum Congregationum ſolvere, uſque in hunc diem obligatæ exiſtunt, aſſignare, applicare, & incorporare, ac ſuper Taxa, ſeu rata ſic facienda, aſſignanda, & incorporanda, poſtquam, ut præfertur, aſſignata, & incorporata fuerit, totidem Loca, quorum fructus ſolvuntur, perſolvantur prædicto Monti addere quot pro ſumma prædicta ſexagintamillium ſcutorum aureorum congerenda neceſſaria erunt. Necnon eiſdem omnibus Procuratoribus Generalibus, poſtquam per dictos duos Taxa, & aſſignatio prædictæ factæ fuerint, eam ſuper Taxa inter ipſas Congregationes, pro rata quamlibet ſuarum Congregationum reſpectivè tangente, nominatim dictas Congregationes unuſquiſque Procurator Generalis, videlicèt ſuam etiam ſi ab ea ſpeciale mandatum in Capitulo Generali, aut aliàs, juxta Conſtitutiones ipſarum Congregationum factum non habeant, ſuaque bona, ac reditus, & proventus univerſa, etiam in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ obligare, & hypothecare nominatim poſſint, debeant, & teneantur, quam ſuper aſſignatione, & incorporatione illius dicto Monti facienda, ipſiuſq; Montis augumento: necnon ſuper ſumma prædicta ſexaginta millium ſcut. indè redigenda, nobis in ſubventionem prædictam traden. & aſſignan. unum, vel plura Inſtrumenta cum conditionibus, renunciationibus, commiſſionibus, obligationibus, etiam in dicta ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ, pactis, decretis, cautelis, & clauſulis quomodolibet neceſſariis, & opportunis celebrare, ac alia quæcumque ſuper his, etiam pro majori Montis prædicti, illiusque Collegium Montiſtarum, ac aliorum, qui pecunias ſuas in eodem Monte collocaverint, ſecuritate neceſſaria, & opportuna, facere, & exequi, ac uberiùs ipſis modernis, & futuris pro tempore Congregationum prædictarum Procuratoribus generalibus, ut in earum quiſque Congregationibus taxam, ut præfertur, ſtatuen. pro rata eas reſpectivè tangentem inter Monaſteria, & Conventus earum dividere, & ab illis exigere, & Depoſitario dicti Montis, quem ipſas Congregationes tam pro præſenti additione, quàm pro prima dicti Montis erectione, & illius additione anno ſuperiori facta, etiam modernum Depoſitarium, niſi Depoſitariam ipſam titulo forſan oneroſo obtineat, ad eorum libitum ammovendo, deputare poſſe concedimus quot annis, prout de antiquis taxis, ſeu ratis fieri conſueverit conſignare; cum facultatibus, & auctoritatibus ſolitis liberè, & licitè poſſint, & valeant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, plenam, amplam, liberam, & univerſam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur; Et nihilominùs omnia, & ſingula præmiſſa, ac alia earum vigore per dictas Congregationes, ſeu earum Procuratores prædictos cum interventu dicti Theſaurarii Generalis facienda, & Inſtrumenta deſuper celebranda cum omnibus in illis contentis ex nunc, prout ex tunc, poſtquam facta, & celebrata fuerint aucto-

rita-

ritate, & tenore præmiſſis confirmamus, & approbamus, ac præſentium noſtrarum literarum muniminе roboramus: omneſque, & ſingulos tam juris, quàm facti, & etiam ſolemnitatum forſan ſubſtantialium quomodolibet emiſſarum, ſi qui intervenerint in eiſdem, præcipuè verò defectus Mandatorum ſpecialium ad præmiſſa facienda requiſitorum motu, & ſcientia ſimilibus, pari auctoritate, & tenore ſupplemus, eaque omnia, & ſingula, valida, firma, & efficacia fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere debere, ac per omnes, & ſingulas Congregationes prædictas, perindè, ac ſi Procuratores illas cum ſpeciali earum Mandato obligaſſent, ac alios, ad quos ſpectat, firmiter obſervanda eſſe, ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ipſius Cameræ Apoſtolicæ Præſidentes, Clericos, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarium, Theſaurariumque prædictum, & alios ipſius Cameræ Miniſtros, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & deffiniri debere. Irritumque, & inane quicquid ſecus ſuper his, à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Decernimus, & declaramus præterea pro majori Montis prædicti, illiuſque Collegio Montiſtarum, necnon eorum, qui pecunias ſuas in dicto Monte collocabunt, cautela, & ſecuritate, ex nunc pariter, prout ex tunc, poſtquam dictus Mons vigore præſentium ad quamlibet locorum quantitatem auctus fuerit, quod tam antiqua, quàm nova loca augenda hujuſmodi, unum, idemque Montis corpus, ac ultimorum locorum emptores, cum antiquis Montiſtis, unum idemque Collegium, abſque aliqua prorsùs ratione prioritatis, ſeu poſterioritatis differentia conſtituatur, ac poſteriora loca, illorumque emptores, omnibus, & ſingulis gratiis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, privilegiis, quibus antiquiora loca, illorumque poſſeſſores, juxta dicti Montis erectionis formam utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt in futurum pariformiter, & æquè principaliter uti, potiri, & gaudere poſſint, valeant, & debeant in omnibus, & per omnia abſque aliqua ſimiliter differentia ſtatuimus, & ordinamus. Volumuſque etiam eiſdem Procuratoribus Generalibus, ſeu duobus ab ipſis Procuratoribus deputatis dictarum Congregationum concedimus, ut loca prædicta Montis, vigore præſentium augendi, cum interventu dicti Theſaurarii Generalis, cuicumque mercatori, ſeu aliis perſonis meliorem conditionem offerentibus, pretio inter eos conveniendo vendere, & alienare, pretiumque indè redigendum penès dilectum Filium Joſephum Juſtinianum Depoſitarium noſtrum generalem, ſeorsùm ab aliis noſtris pecuniis deponere, itaut indè, niſi pro præſtanda dicto Rodulpho Imperatori electo, deſtinata ope, vel caſu, quo Bellum antequam dictæ pecuniæ in uſum prædictum convertantur, ceſſaret ad effectum reſtituendi ipſis Congregationibus pro redemptione dicti Montis percipi minimè valeant, nec in alios quoſcumque, quàm in prædictos uſus converti, ullatenùs poſſint liberè ſimiliter, & licitè poſſint, etiam opportuna ad hoc quoque illis facultatem impartimur. Ut autem prædictæ Congregationes tali onere ſubjectæ, aliqua in parte, aliis, ſi quæ imponentur impoſterùm allevientur motu, & ſcientia ſimilibus confirmantes, & auctoritate Apoſtolica approbantes, in primis facultates, & exemptiones eiſdem Congregationibus conceſſas, per fel. rec. Pium V. prædeceſſorem noſtrum ſub Datum Romæ Anno 1570. 14. Kal. Aprilis, Pontificatus ſui Anno ſexto, earum ſingulas, & ipſarum Superiores, Abbates, Priores, Præpoſitos, Patres, Monaſteria, Capitula, Conventus, Prioratus, membra, grangias, & bona omnia, & ſingula tam præſentia, quàm futura cujuſcumque qualitatis, quantitatis, valoris, & naturæ, & ubicumque exiſtentia, & conſiſtentia, quocumque nomine nuncupetur, ab omnibus, & quibuſcumque Decimis univerſalibus, & particularibus, à nobis, ſeu ſucceſſoribus noſtris, quoquo modo, etiam ad ejuſdem, vel alterius Imperatoris, Regum, Ducum, etiam Sabaudiæ Principum, ſeu aliorum quorumcumque inſtantiam, præterquam Dominii Venetorum, & ex quibuſcumque cauſis, etiam prædicta longè majoribus, urgentiſſimis, & neceſſariis, etiam hic

Confirmantur Privilegia.

hìc non expreſſis, & de neceſſitate exprimen. hactenùs impoſitis, & poſthac forſan imponendis. Et propterea ab omni contributione, collatione, taxa tam ordinaria, quàm Apoſtolica auctoritate in quocumque Loco Nobis, & Sedi Apoſtolicæ mediatè, vel immediatè ſubjecto ad inſtantiam Communitatum, Caſtrorum, & Oppidorum, pro extinctione, & liberatione debitorum,per eaſdem Communitates, & Univerſitates hactenùs contractorum, ſeu contrahendorum in futurum imponenda, & liberamus; ſaluis tamen omnibus exemptionibus ab aliis Summis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, dictis duodecim Congregationibus conceſſis, ita ut illa, prout ſunt, confirmata cenſeantur, necnon ſalvis cum exemptionibus,quæ de jnre diſtis duodecim Congregationibus competunt, eaſdem quoque, & earum ſingulas ſimiliter eximimus, & liberamus à quocumq; ſupplemento integræ quartæ partis fructuum ſecundùm verum valorem, per dictas Congregationes ex prædictis Conſtitutionibus perſolven. Siquidem tamen ultra ſummam, quam hactenus ſolverunt, & in futurum ſolvent, prætendi à nobis, & ſucceſſoribus noſtris,& Camera Apoſtolica poteſt, quòd totum illis benigniter condonamus, & tam quoad præterita, quàm in futurum gratioſè in Domino elargimur. Necnon ſimili modo eaſdem eximimus, & liberamusab omni obligatione extinguendi, ſeu redimendi infra certum tempus nondùm elapſum,ratam portionem ſibi rangentem dicti Montis Novennalis, ſi quæ forſan ex ipſis tali obligatione obſtrictæ tenentur, ex quavis conventione cum Camera noſtra Apoſtolica, ſivè ejus Miniſtris quibusvis, quacumque ex cauſa hìc non expreſſa, & forſitan de neceſſitate exprimenda,reponentes eas in priſtina ſua libertate, & facultate dictum Montem Novennalem extinguendi quandò, & quotieſcumque ſibi magis commodum fuerit, & libuerit. Et nihilominùs catum Abbates, Priores, & alios miniſtros, & officiales in Domino enixè rogamus, & hortamur, ut liberationi dictarum ſuarum Congregationum quantò citiùs ſtudeant, & invigilent. Decernenres prædictas litteras ullo unquam tempore, etiam ex eo, quòd prædictæ Congregationes præmiſſis expreſsè, & nominatìm non conſenſerint, aut aliàs quomodolibet de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari in jus, vel controverſiam revocari, aut ſub illis revocationibus, ſuſpenſionibus, reductionibus, limitationibus, aut modificationibus comprehendi, ni ſide earumdem præſentium toto tenore ſpecialis, & ad verbum expreſſa mentio facta fuerit, ſicque per quoſcumque pariter ſupradictos, aut alios Judices ordinarios, & delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata iis ſimiliter, & cuilibet eorum, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & deffiniri debere. Ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Camerario, & Thaſaurario prædictis, & cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alios, ubi, quandò, ac quoties opus fuerit præſentes litteras, & in eis contentas quæcumque ſolemniter publicantes,& in præmiſſis omnibus, & ſingulis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra omnia, & ſingula in præſentibus expreſſa, ac illarum vigore facienda, quæcumque ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectare poterit, inviolabiliter obſervari. Contradictores quoslibet per Cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtante Regula noſtra de jure quæſito non tollendo, ac aliis quibusvis Apoſtolicis Conſtitutionibus, præſertim fel. recor.Simmachi, Pauli II. Pauli IV. Pii V. & aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienan. ac Gregorii XIII. ſuper reductione dicti Montis Novennalis, ac quibuslibet obligationibus de redimendo infra certum tempus Montem prædictum ab ipſis Congregationibus, aut quacumque ipſarum factis, earumdem quoque Congregationum, & cujuslibet earum, Monaſteriorumque ſingula-

rium

larium ſtatutis, & conſuetudinibus, pri · egiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, ipſis Congregationibus, & Monaſteriis in contrarium præmiſſorum quomodolibet, ac ſub quibusvis verborum formis, etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliis inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis Decretis conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi pro ſufficienti earum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autèm per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda forer, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil prorſus omiſſo, & forma in illis tradita, obſervata, inſerti forenr, præſentibus pro expreſſis habentes, ad effectum præmiſſorum, ſpecialiter expreſsè, ac latiſſimè derogamus, ac derogatum eſſe volumus: ac omnibus illis, quæ in erectione dicti Montis Novennalis conceſſum eſt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 5. Maii 1595. Pontificatus noſtri Anno IV.

M. Veſtrius Barbianus.

Sequentia Diplomata recens ad nos deſtinata, etiam perturbata ſerie inſerere jubemur.

Sanctiſs. Domini noſtri Urbani Papæ III. pro Canonica S. Mariæ Charitate Venetiarum.

URBANUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis Filiis Priori, & Fratribus Sanctæ Mariæ de Charitate ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Quoties à Nobis petitur, quod Religioni, & honeſtati convenire dignoſcitur, animo nos docet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, & fel. rec. Innocentii Papæ veſtigiis inhærentes, Eccleſiam veſtram cum perſonis in ea Domino ſervientibus, & bonis cæteris ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus. Statuentes, ut decimas laborum veſtrorum, quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis à vobis, nullus extorquere præſumat, ſed vobis, & aliis in eodem loco Deo impendentibus famulatum cedant in uſum. Conſecrationem Eccleſiæ veſtræ, ſeu aliarum, ordinationes Clericorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promovendi ab ipſo ſuſcipiatis Epiſcopo ſiquidem Catholicus fuerir, & gratiam Apoſtolicæ Sedis habuerit, & ea gratis, & abſque pravitate aliqua vobis voluerit exhibere, alioquin liceat vobis quem malueritis adire Antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur indulgeat. Sepulturam Eccleſiæ veſtræ liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepelire deliberaverint, niſi fortè excommunicati ſint, vel interdicti nullus obſiſtat. Salva tamen Iuſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus Mortuorum corpora aſſumuntur. Adiicimus etiam, ut in negociis Eccleſiæ veſtræ, quæ judiciaria diſceptatione expedienda fuerint, liceat vobis conſtituere Sindicum, per quem ad utilitatem Eccleſiæ eadem valeant explicari. Ad indicium autem, quod veſtra Eccleſia Beati Petri juris exiſtat, & Eccleſiæ Portuenſi ſubjaceat, unus bizantius ab eadem Portuenſi Eccleſia nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetur. Nulli ergò omninò hominum liceat perſonas veſtras, vel bona temerè perturbare, ſeu hanc paginam noſtræ protectionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Portuen. Eccleſiæ debita reverentia, cui Eccleſia veſtra noſcitur ſubjacere. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. *Raavenn.*

Datum Veronæ 4. Julii.

Sanctiſſimi Domini noſtri Innocentii Papæ III. pro Canonica Caſa Dei apud Placentiam.

Eſt Placentiæ.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis Filiis Joanni Priori domus, quæ eſt in loco, qui Maria Dura dicitur, ejuſque Fratribus tam præſentibus, quàm futuris in perpetuam rei memoriam.

Quoties à nobis petitur, quod rationi, & honeſtati convenire dignóſcitur animo nos decet libenti, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prædeceſſorum noſtrorum fel. me. Caliſti, Innocentii, Celeſtini, Anaſtaſii, Adriani, Alexandri, Lucii, Urbani, Clementis, & Celeſtini Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, hoſpitalem domum, quæ eſt in loco, qui Maria Dura vocatur, quam nobilis Vir Gandulfus, & Uxor ejus Giſla B. Petro devotionis intuitu obtulerunt, in qua Domino deſervitis ob Beati Petri, & noſtra protectione ſuſpicionis,& præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut præfata Domus tam ab Epiſcoporum, quàm aliarum Eccleſiaſticarum, vel ſecularium perſonarum ſit gravamine libera, & in eodem ſtatu libertatis ſub Principis Apoſtolorum Petri, & noſtra protectione,ac tutela permaneat prætera quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona tam ex dono prædicti Gandulfi, & Uxoris illius Giſlæ, quàm aliorum Dei Fidelium conceſſione, vel oblatione, idem Hoſpitale in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum Deo propitio, rationabiliter poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & eidem Hoſpitali ad ſuſtentationem Peregrinorum, ac Pauperum Chriſti, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; Eccleſiam videlicet S. Leonardi de Cairo; Hoſpitale, quod dicitur Fontana Thodoriti. Auctoritate quoque Apoſtolica interdicimus, ut de laboribus, quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſeu de nutrimentis veſtrorum Animalium, nullus omninò Clericus, ſivè Laicus à vobis decimas extorquere præſumat. Ordinationes ſanè Presbyterorum, vel Clericorum veſtrorum Placentin. accipietis Epiſcopo, ſi tamen Catholicus fuerit,& ea gratis vobis, & abſque modeſtia voluerit exhibere. Alioquin pro eodem Sacramento Catholicum, quem malueritis Præſulem adeatis. Libertates prætereà, & immunitates, necnon antiquas, & rationabiles conſuetudines Domui veſtræ conceſſas, & hàctenùs obſervatas ratas habemus, & eas futuris temporibus illibatas manere ſancimus. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi Clericus, quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars conſilii ſanioris ſecundùm Deum providerint eligendum. Ad indicium autem, quod Domus veſtra propriè ad jus B. Petri pertineat, nobis, noſtriſque ſucceſſoribus tres libras Ceræ annis ſingulis perſolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Domum temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra, & illibata ſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sanctiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini Jeſu Chriſti, quatenùs, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ Patriæ inveniant. Amen.

Datum

Datum Later. per manum Rainaldi Archiepiſcopi Acherontini Cancell. vicem Agentis 4. non.Julii indict. 2.Incarnat. Dominicæ Anno MCXCIX.Pontificatus verò D.Innocen.Papa III. Anno II.

† *Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
† *Ego Octavianus Velitren. & Hoſtien.*
† *Ego Petrus Portuen. Epiſcopus.*
† *Ego Ioannes Albanus Epiſcopus.*
† *Ego Pandulfus Baſil. XII. Apoſtolorum Presbyter Card.*
† *Ego Petrus S.Cæciliæ Presbyter Card.*
† *Ego Guido tit. S. Mariæ Presbyter Card.*
† *Ego Gugl. Presbyter Card. S. Martini.*
† *Ego Ioannes S.Stephani in Cęlio Monte Presbyt. Card.*
† *Ego Gofredus S. Praxedis Presb. Card.*
† *Ego Bernardus S. Petri ad Vincula Presb. Card.*
† *Ego Jeannes tit. S.Priſcæ Presb. Card.*
† *Ego Bernardus tit. S. Marcelli Presb. Card.*
† *Ego Corn. SS.Coſmæ, & Damiani Diac. Card.*
† *Ego Gregorius S. Mariæ in Porticu Diac. Card.*
† *Ego Gregorius S. Mariæ in Aquiro Diac. Card.*
† *Ego Gregorius S.Georgii ad velum Aureum Diac. Card.*
† *Ego Nicolaus S.Mariæ in Coſmedin Diac. Card.*
† *Ego Lent. S. Luciæ in Orthea Diac. Card.*
† *Ego Ugo S. Euſtachii Diac.Card.* Locus Sigilli.

SS. *D. N. Clementis Papæ V. pro Canonica S.Mariæ Charitatis Venetiarum.*

CLEMENS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Priori, & Fratribus S.Mariæ de Charitate, ſalutem, & Apoſt.benedictionem. *Eſt Placentia.*

Quotiès à nobis petitur, quod religioni, & honeſtati convenire dignoſcitur animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, & fœl. record. Innocentii, & Urbani Papæ prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes. Eccleſiam veſtram cum perſonis in ea Deo ſervientibus, & bonis cæteris, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus. Statuentes, ut decimas laborum veſtrorum, quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis, à vobis nullus extorquere præſumat, ſed vobis,& aliis in eodem loco Deo impendentibus famulatum cedant in uſus. Conſecrationem Eccleſiæ veſtræ, ſeu Altarium, ordinationes Clericorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promovendi à Diœceſano Epiſcopo ſuſcipiatis, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam Apoſtolicæ Sedis habuerit, & ea gratis, & abſque pravitate aliqua vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis quem malueritis adire antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur indulgeat. Sepulturam quoque Eccleſiæ veſtræ liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint nullus obſiſtat. Salva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur, adjicimus etiam, ut in negotiis Eccleſiæ veſtræ, quæ judiciaria diſceptatione expedienda fuerint, liceat vobis conſtituere ſindicum per quem ad utilitatem Eccleſiæ eadem valeat explicari. Ad inditium autem, quòd veſtra Eccleſia B.Petri juris exiſtat, & Eccleſiæ Portuenſi ſubjaceat, unus biſantius ab eadem Portuen. Eccleſia nobis noſtriſque ſucceſſoribus, annis ſingulis perſolvetur. Nulli ergò omninò hominum liceat perſonas veſtras, vel bona temerè perturbare, ſeu hanc paginam noſtræ protectionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contrahire. Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Portuen.

Eccleſiæ debita reverentia, cui Eccleſia veſtra noſcitur ſubjacere. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum.

Datum Lateranen. 4. Maii, Pontificatus noſtri anno tertio. 1308.

SS.D. Noſtri Leonis Papæ X. quo Canonicos S.Salvatoris Lateranen. eximit à proceſſionibus ubicunque præcedentia controvertatur.

LEO Papa X. Dilecti filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem, cùm ſicut accepimus certa controverſia ſuper jure præcedendi, & digniori loco in proceſſionibus, & aliis actibus publicis inter congregationem veſtram ex una, & dilectos filios Præſidentem, Abbates, Monachos, & Conventus Congregationis Caſſinenſis, alias S. Juſtinæ de Padua Ordinis S. Benedicti, & quoſdam alios Religioſos eiuſdem, vel alterius Ordinis partibus ex altera. Coram certis Judicibus etiam forſan coram Palatii Apoſtolici Auditoribus in Romana Curia, vel extra eam, pendeat indeciſa, Et de facili contingere poſſit, quòd pendente controverſia huiuſmodi, & occurente tempore proceſſionum, & aliarum publicarum actionum prædictarum, in præcedendo, & ſuper digniori loco, ut præmittitur multæ contentiones parum honeſtæ, & à Regulari obſervantia diviantes fortaſſe exorirentur, quæ ingentia ſcandala inter Religioſos Dei, & Chriſtifideles ſuſcitare poſſent. Nos ſicuti ex debito paſtoralis Officii tenemur, volentes quantum cum Deo poſſumus ſcandalis huiuſmodi obviare, Motu proprio, non ad veſtram vel alterius pro vobis ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex noſtra certa ſcientia, ac mera deliberatione, volumus, ac vobis ad beneplacitum noſtrum concedimus, & indulgemus per præſentes. Quod in locis in quibus fuerit hujuſmodi contentiones, & ſcandala oriri poſſent, ad proceſſiones, & actus publicos hujuſmodi, vos ſeu aliquis veſtrum accedere non teneamini, nec ad id à quoquam, quavis auctoritate etiam vigore quorumvis Privilegiorum, Indultorum, & litterarum, aut conſtitutionum Apoſtolicarum, ſeù ſynodalium, vel conſuetudinum compelli poſſitis; ſed interim dum dictæ proceſſiones fient, vos in Eccleſiis, & Monaſteriis, ſeù Conventibus veſtris, in orationibus aliiſque Piis, & ſanctis operibus, ac ad exhibendum Altiſſimo debitum famulatum remanere valeatis. Quocirca harum ſerie diſtrictius inhibemus, quibuſcumque locorum Ordinariis, & quibuſvis aliis, tam ſeculari, quàm Eccleſiaſtica dignitate fungentibus, quatenus ſub excommunicationis pœna latæ ſententiæ, quàm ferimus in his ſcriptis, vos, ſeù veſtrum aliquem ad proceſſiones, vel actus præfatos, durante beneplacito noſtro hujuſmodi accedere nullatenus compellant. Non obſtantibus litis pendentia prædicta, necnon conſtitutionibus, & ordinationibus, ac privilegiis, indultis, & litteris Apoſtolicis etiam forſan à nobis diverſis temporibus deſuper emanatis, necnon facultatibus dilectis filiis profeſſoribus Ordinis Minorum Regularis obſervantiæ, ſuper proceſſionibus, & actibus hujuſmodi faciendis, ratione Indulgentiarum in favorem fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, vel alias per fel. rec. Julium Papæ II. prædeceſſorem noſtrum, & ſucceſivè per nos conceſſis, aut confirmatis, vel innovatis etiam ſub quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, quibus illarum tenores hic pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, quo ad hoc ſpecialiter, & expreſſe derogamus cæteriſque contrariis quibuſcunque, volentes, ac decernentes, quòd præſentium litterarum tranſumptis, manu publici Notarii ſubſcriptis, ac ſigillo alicujus Prælati, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides in judiciis, & extra, & ubique adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi fuiſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 3. Februarii 1521. Pontificatus noſtri Anno VIII.

San-

Sanctiſſimi Domini Noſtri Julij Papæ II. pro Canonicis Salvatoris Lateranenſis pro corrigendis delictis circa Hæreſes.

JULIUS II. ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Sacræ merita Religionis ſub qua dilecti filii Canonici Regulares, & aliæ perſonæ Congregationis Lateranenſis, Ordinis S. Auguſtini, mundanis calcatis illecebris quærentes celeſtia Domino militant, expoſcunt, ut Apoſtolica ſedes, cui nullo medio ſubſunt eos, & ipſorum Monaſteria, ac loca condignis attollat honoribus, & ſpecialibus favoribus proſequatur.

Sanè pro parte dilectorum filiorum præſidentium Congregationis prædictorum, & Congregationis eorundem nobis ſuper exhibita petitio continebat, quòd licèt Monaſteria Prioratus Præpoſituræ, & alia loca Congregationis, & Ordinis prædictorum, ac illorum Canonici, & perſonæ Romanæ Eccleſiæ, & eidem ſedi immediatè ſubjecta ſint, diverſaque, & quamplura privilegia exemptionum, & immunitatum à ſuperioritate quorumcunque Ordinariorum locorum per quamplures Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros eiſdem Congregationi Monaſterijs locis Canonicis, & perſonis conceſſa fuerant, ita ut ratione delicti, vel contractus aut rei de qua ageretur, ubicumque committeretur delictum, iniretur contractus, aut res ipſę conſiſtent, ipſi Canonici, & perſonæ Congregationis prædictæ,coram ordinarijs convenire nequeant, ſed teneantur de ſe quærelantibus coram Sede Apoſtolica, vel Legatis ejus dumtaxat de Juſtitia reſpondere, ac propterea exiſtiment ratione hujuſmodi exemptionis ſe exemptos fore etiam à quibuſcumque Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, tamen quia forſan humani generis inimico, & diſcordiam ſatore ſeminante, propter emulationem quæ aliquando etiam inter Religioſos oriuntur, vel alias contingere poſſet, Inquiſitores hæreticæ pravitatis contra Canonicos, & perſonas dictæ Congregationis attemptare velle, ſuper hujuſmodi Inquiſitione quamvis hactenus ettemptatum non ſit. Quare pro parte præſidentium, & Congregationis prædictorum eſſerentium ſimile privilegium Fratrum ſervorum B.Mariæ dicti Ordinis S.Augugini profeſſoribus, & etiam patribus Jeſuatis nuncupatis, per Sedem prædictam conceſſum fuiſſe, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Monaſteria, Præpoſituras, Prioratus, Eccleſias, ac loca quęcumque ipſius Congregationis, ac illorum Canonicos, & perſonas quaſcunque pręſentes, & futuras, à quorumcumque Inquiſitorum hæreticæ pravitatis nunc, & pro tempore exiſtentium viſitatione, correctione, juriſdictione, & ſuperioritate, penitùs, & omninò, perpetuò eximere, & liberare, ac aliàs in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui Congregationem, & illius Canonicos, & perſonas, ac illorum Monaſteria, & loca in quibus Canonici, & perſonæ in humilitate ſpiritus, ſub regulari obſervantia gratum Domino in illius beneplacitis exhibent famulatum, in viſceribus noſtræ dilectionis, & charitatis retinemus, Prælatos, & Canonicos pręfatos, & Congregationis hujuſmodi ſingulares perſonas, à quibuſcumque excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure vel ab homine,quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſeriè abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Monaſteria, Prępoſituras, Prioratus, Eccleſias, & loca quæcumque ipſius Congregationis, ac illorum Canonicos, & perſonas quaſcumque præſentes, & futuras à quorumcumque hęreticæ pravitatis Inquiſitorum nunc, & pro tempore exiſtentium viſitatione, correctione, juriſdictione, & ſuperioritate penitus, & omnino, auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium perpetuo eximimus, & liberamus, ita ut Canonici, & aliæ perſonę Congregationis, & Ordinis S. Auguſtini pręedictorum; utpotè ſub protectione Sedis Apoſtolicę conſtituti, & recepti, coram eadem Sede, vel Delegatis ejus duntaxat, & non coram dictis Inquiſitoribus,

ſuper

ſuper hujuſmodi inquiſitione facienda teneantur reſpondere, decernentes irritum, & inane ſi secùs ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari.

Non obſtantibus præmiſſis; videlicèt fæl. record. Innocentii Papæ IV. prædeceſſoris noſtri circa exemptos edita, quæ incipit: *Volentes*, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, Privilegiis quoque, & Indultis Apoſtolicis eiſdem Inquiſitoribus nunc forſan ſub quibuſcumque tenoribus conceſſis, & in poſterum concedendis, quibus etiamſi de illis eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, mentionem ſpecialem importantes, præſentibus mentio habenda eſſet, hujuſmodi tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, ad dictam Congregationem, & illius Canonicos, & perſonas, ſe non extendere, eiſdem auctoritate, & tenore decernimus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, exemptionis, liberationis, derogationis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1511. 5. Idus Januarii. Pontificatus noſtri Anno IX.

VV. de Encknuoirt.
Jo. de Radicibus
G. Wirtt
C. Gratianus
Jo. Tludre
Jo. Canellottus
P. De Caſtello.
P. Lantes
C. Dobilralza.
Loco ſigilli plumbei pendentis.

Conceſſio earumdem Indulgentiarum, quibus decorata eſt Eccleſia S. Mariæ de Populo, facta per Julium II. Eccleſiæ S. Mariæ de Pace.

JULIUS PAPA II.

VNiverſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dum præclara meritorum inſignia, quibus Regina Cælorum Genitrix glorioſa Maria, ſedibus prælata ſydereis, quaſi ſtella matutina prærutilat devotæ conſiderationis indagine perſcrutamur, dumque intra pectoris noſtri arcana revolvimus, quod ipſa utpote Mater gratiæ, & miſericordię pro ſalute Chriſtifidelium, qui delictorum onere pergravantur, apud eum, quem genuit Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum aſſiduè intercedit, dignum & debitum eſſe putamus, ut in honorem nominis eius dedicatas Eccleſias Indulgentiarum muneribus decoremus, & gratiarum impendiis proſequamur ſanè accepimus, quod glor. recor. Sixtus PaPa IV. prædeceſſor noſter, ob ſingularem, quam ad ipſam glorioſam Dei Genitricem Mariam gerebat devotionem, cum in Alma Urbe noſtra Domum ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis de Populo cum Eccleſia opere ſatis ſumptuoſo inſtauraſſet, ut plures Plenarias etiam Indulgentias, Eccleſiam ipſam, & illius Altare majus, in quo tabernaculum marmoreum ſatis ornatum pro conſervatione Imaginis ejuſdem Virginis, qua Populi multitudo ob ſigna, & miracula, quæ inibi ipſius Virginis interceſſione operatur Altiſſimus, confluebat; facultatemque Priori dictæ Domus depu-

deputandi Confeſſores, qui dictam Eccleſiam viſitantes ab eorum peccatis abſolverent conceſſiſſet. Poſtmodùm Eccleſiam ſub invocatione ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis de Pace, aliàs de Virtutibus nuncupatam propter quamdam Imaginem tunc in pariete muri depictam miraculis coruſcantem opere, & ſatis ſumptuoſo conſtrui, & edificari fecit: eamque dilectis filiis Canonicis Congregationis Lateranen. inhabitandam attribuit: animo, menteque gerens ſimiles, & prorsùs eaſdem viſitantibus dictam Eccleſiam de Pace Indulgentias concedere, quas viſitantibus Eccleſiam de Populo antedictam conceſſerat. Cum autem idem Sixtus prædeceſſor ſuum pium propoſitum in hoc morte præventus adimplere nequiverit. Nos ejuſdem Sixti, qui etiam noſter ſecundùm carnem patruus fuit, & à quo ad Cardinalatus honorem promoti fuimus, piamque ergà Beatiſſimam Dei Genitricem Mariam, quam etiam à teneris annis impensè fuimus venerati devotionem ſequi volentes: omnibus, et ſingulis utriuſque ſexus Fidelibus verè pœnitentibus, et confeſſis, qui eamdem Eccleſiam Beatæ Mariæ de Pace, dictæ de Virtutibus in Beati Martini Epiſcopi, quo Imago ejuſdem B. Mariæ Virginis in dicto pariete tunc depicta ad Altare majus dictæ Eccleſiæ de Pace tranſlata, et in tabernaculo tunc ſatis ornato recondita, et clauſa fuit, et S. Andreæ Apoſtoli, ac S. Auguſtini feſtivitatem diebus, à primis Veſperis uſque ad Occaſum Solis diei ſequentis, nec non ſingulis aliis diebus, et temporibus anni, quibus viſitantibus Eccleſiam de Populo prædictam, aliquæ Indulgentiæ per eumdem Sixtum, et alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſæ reperiuntur, devotè viſitaverint, & pias eleemoſynas erogaverint, eaſdem Indulgentias etiam plenarias, et peccatorum remiſſiones, viſitantibus dictam Eccleſiam de Populo, eiſdem diebus, et temporibus conceſſas Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, et elargimur, et ut Fideles Chriſti ad conſequendam Indulgentiarum hujuſmodi gratiam Deo propitio aptiores reddantur: Quod ejuſdem Monaſterii de Pace Canonici in ſingulis feſtivitatibus, et diebus, ac temporibus prædictis omnium, et ſingulorum Chriſtifidelium, ad dictam Eccleſiam de Pace, pro hujuſmodi Indulgentiis conſequendis confluentium confeſſiones audire, et eos ab omnibus, et ſingulis eorum peccatis, criminibus, et delictis, à quibus Prior, et Fratres Domus de Populo abſolvere poſſunt, abſolvere, eiſque pænitentiam ſalurarem pro modo culpæ injungere, liberè, et licitè valeant, harum ſerie, concedimus facultatem. Præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Non obſtantibus Conſtitutionibus, et Ordinationibus Apoſtolicis, ac Regulis noſtris, illa præſertim, qua ſtatuimus, quòd Indulgentiæ adinſtàr conceſſæ, nullius eſſent roboris, vel momenti, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S.Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 3. Julii 1506. Pontificatus noſtri Anno III. A. Adrianus.

Gratiæ diverſæ à Summis Pontificibus vivæ vocis oraculo Canonicis conceſſæ, vel ſimplici ſignatura munitæ.

Pater Leo de Carate præſentibus D. Lanfranco de Cremona, D. Nicolao de Bononia, & D. Oroſio de Mediolano à SS. D. Noſtro Eugenio Papa IV. præcatus eſt, & exoravit ut infrà:

Conceditur facultas Rectori Generali abſolvendi eos, qui ſunt de Congregatione in omnibus caſibus, et cum eis diſpenſandi ſuper irregularitate, & defectu natalium.

BEATISSIME PATER: Ut tam Clerici, quàm Laici in quibuscumque Monaſteriis, Prioratibus, ſive locis Congregationis Canonicorum Regularium B.Mariæ de Frigdionaria, Ordinis S.Auguſtini, Lucanæ Diœceſis, cupientes ſub Regulari habitu virtutum Domino famulari,

lari, in hujuſmodi eorum propoſito, & obſervantia valeant conſervari, & de eorum exceſſibus facti conſcii, ſecurius valeant Altiſſimo quieta mente ſervire. Et ne eis poſtquam in hujuſmodi Monaſteriis, Prioratibus, ſive locis recepti fuerint, vagandi detur occaſio: Pro parte Oratoris Veſtri, Rectoris Majoris Congregationis præfatæ. S. V. devotè, & humiliter ſupplicatur; quatenùs ſibi, & ei qui pro tempore dictæ Congregationis fuerit Rector Major, quoſcunque Canonicos Profeſſos, etiam Novitios, necnon Converſos, Commiſſos, Oblatos dictæ Congregationis, ab omnibus peccatis eorum, de quibus confeſſi fuerint; etiam ſi talia fuerint propter quæ ſit Sedes Apoſtolica meritò conſulenda prò ſemèl tantùm, ab aliis autem totiès, & quotiès opus fuerit, abſolvere, & etiam pęnitentiam ſalutarem injungere.

Inſuper cum eis, ſuper Irregularitate quacumque, & ex cauſa quacumque contracta (homicidii, bigamiæ, mutilationis membrorum, ac percuſſionibus Prælatorum caſibus dumtaxàt exceptis) pro ſemel tantùm diſpenſare liberè, & licitè valeat facultatem, poteſtatemque omnimodis concedere dignemini gratiosè, diſpenſationibus, quæ fieri contingant, quamdiù in Regulari Obſervantia perſeveraverint duraturis, & non ultrà. Item, ut idem Rector cum illis ex prædictis defectus natalium patientibus, ex Presbyteris ſæcularibus, vel Regularibus, Monialibus, ſeu Abbatiſſis, vel Abbatibus, vel Prælatis aliis Superioribus genitas, ut Prioratus, & Rectoratus, & alia Officia dictæ Congregationis recipere, & retinere liberè, & licitè valeant, dum tamen vixerint in Obſervantia Regulari, de ſpeciali gratia ſimilem uſque ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ concedere dignemini facultatem diſpenſandi. Quodque hujuſmodi ſupplicationis ſimplex ſignatura abſque hoc, quòd Apoſtolicæ litteræ conficiantur ſufficiat. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Ordinis, Monaſteriorum, Prioratuum, & locorum prædictorum, & aliis contrariis, non obſtantibus quibuſcumque, & cum cæteris circumſtantiis, & clauſulis opportunis. *Conceſſum, ut petitur de omnibus in præſentia Domini noſtri Papæ C. Ariminen.* Et abſque confectione litterarum. C. Ariminen.

Datum Florentiæ 12. Kal. Februarii Anno V.

Item rogavit pro Indulgentiis Stationum Urbis Romæ, vel extra.

BEATISSIME PATER. Supplicatur Sanctitatem Veſtram pro parte devotorum Oratorum veſtrorum Congregationis Canonicorum Beatæ Mariæ de Frigdionaria Ordinis S. Auguſtini, quatenus omnibus & ſingulis Diffinitoribus, Præſidentibus, Vicariis, Prioribus, Canonicis, Novitiis, & Clericis, Converſis, & perſonis præfatæ Congregationis præſentibus, & futuris, qui in diebus, in quibus Stationes in nonnullis tam intra, quàm extra Urbem conſiſtentibus Eccleſiis, à Summis Pontificibus prædeceſſoribus veſtris indictæ, ſeu inſtitutæ ſunt, exiſtunt: quique Altaria Eccleſiarum, Monaſteriorum, ſeu locorum ſuorum, in quibus moram tùm trahere contigerit, devotè viſitaverint, & Pſalmum David, qui incipit *Miſerere mei Deus*, videlicet illum ſcientes, alii verò ex ipſis ipſum ignorantes, quindecies Orationem Dominicam, & totidem vicibus Salutationem Angelicam ante quodlibet Altarium eorumdem, pro felici ſtatu Sanctæ Matris Eccleſiæ devotè dixerint, ſeu recitaverint, ſingulis vicibus dierum prædictorum, quibus id fecerint illas eaſdem Indulgentias peccatorum, ac injunctarum pœnitentiarum remiſſionem, quas ſinguli Fideles intra, & extra Urbem hujuſmodi in ſingulis diebus prædictis pro tempore prædicto viſitantes conſequuntur, etiam perindè, ac ſi illas tunc Præſidentes, Diffinitores, Vicarii, Priores, Canonici, Novitii, Clerici, Converſi, & perſonę pręſentes, & futurę ſupradictæ perſonaliter viſitaſſent: concedere dignemini, & indulgere de gratia ſpeciali. Quodque in defectu Altarium, in Eccleſiis Monaſteriorum, & locorum Canonicorum hujuſmodi, alia in illis loca devota ad viſitatio-

tionem, & alia præmiſſa facienda eligi poſſint. Et quòd conceſſio etiam hujuſmodi ad ſingulos ex prædictis, qui propter obedientiam, vel alias cauſas pro bono ipſius Congregationis extra Monaſteria,& loca prædicta hujuſmodi in diebus præfatis pro tempore exire, vel eſſe contigerit ſe extendat, dummodò Pſalmum, ſeu Salutationem hujuſmodi in aliis Eccleſiis dicant, m in ipſis viſitationem faciant, ut præfertur, *Conceſſum,ut petitur*. In præſentia Domini noſtri Papæ. C. Ariminen. Et quòd ſimplex ſignatura ſuper dicta ſupplicatione per Sanctitatem Veſtram, ſeu in ejus præſentia facienda perindè valeat, ac robur plenarium obtineat in omnibus, & per omnia, ac ſi ſuper illa litteræ Apoſtolicæ confectæ forent. Conceſſ. C. Ariminen.

Item pro Abſolutione in Caſibus etiam reſervatis.

BEATISSIME PATER. Cum pleroſque Chriſticolas utriuſque ſexus ſingulari devotione permotos, ad Religioſos, ſeu Profeſſores Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium S. Mariæ de Frigdionaria nuncupatos, eorumque loca, de diverſis Mundi partibus cauſa confitendi peccata ſua Religioſis eiſdem ſæpè venire contingant: ſupplicant humiliter Sanctitatem Veſtram devoti Oratores veſtri, Rector, & Priores Ordinis Canonicorum S. Mariæ de Frigdionaria hujuſmodi, quatenus pro ſalute Animarum dictorum Chriſticolarum, ne aliàs in caſſum laborare ſuper præmiſſis cogantur, dignemini de benignitate Apoſtolica eiſdem Rectori, & Prioribus præſentibus, & futuris, necnon Canonicis ſuis in quibuſcumque eorum Monaſteriis, Prioratibus, ſive locis, quæ ubilibet ſunt, & erunt pro tempore degentibus,dictum Ordinem expreſsè profeſſis, & in Sacerdotio conſtitutis, ac aliàs ad hoc idoneis, quos ipſe Rector, & Priores duxerint eligendos, miſericorditer concedere, ut omnium, & ſingulorum Chriſticolarum prædictorum ſua peccata illis pro tempore confiteri volentium, Confeſſiones hujuſmodi diligenter audire, ipſiſque confitentibus, ſingulis eorum pro commiſſis quibusvis (niſi talia eſſent, per quæ Sedes Apoſtolica meritò conſulenda ſit] debitam abſolutionem impendere, ac pænitentiam ſalutarem injungere.

Necnon ſimiliter, quòd Rector, & Priores Canonicorum, & è converſo Concanonici præfati, Rectorum, & Priorum eorumdem peccata ſua pari modo confiteri volentium Confeſſiones audire, ac eis pro commiſſis ſimilibus, abſolutionem ſimilem impendere, pænitentiamque injungere liberè, & licitè valeant, atque poſſint.

Non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, & aliis contrariis quibuſcumque.

Conceſſum ut petitur, durante Obſervantia Regulari, in præſentia Domini noſtri Papæ. C.Ariminen. Et quòd ſignatura V.S., ſeu de ejus mandato, aut in ſui præſentia, in fine præſentis ſupplicationis appoſita, abſque eo, quòd litteræ Apoſtolicæ conficiantur ſuper ea, ad totalem omnium, & ſingulorum, quæ ſuperiùs petita ſunt, effectum valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant in omnibus,& per omnia, perindè, ac ſi hujuſmodi litteræ in forma debita confectæ eſſent. Conceſſum. C. Ariminen.

Datum Bononiæ 7.Kal.Februarii Anno VI. 1436.

Item circa Abſolutiones, ac Diſpenſationes, ſupplicatum, & obtentum adhuc ampliori forma.

BEATISSIME PATER. Supplicant Sanctitatem Veſtram devoti Filii, & Oratores veſtri Rector major, & Priores de Congregatione Beatæ Mariæ de Frigdionaria Lucanæ Diœceſis, Ordinis S. Auguſtini, quatenùs ex ſingulari gratia, & in favorem Obſervantiæ Regularis concedere dignemini: Quod Rector major, & Priores, & qui loco eorum in ipſorum abſentia conſtituuntur Monaſterio-

Rr

tiorum, ſive locorum dictæ Congregationis, præſentes & futuri, omnibus, & ſingulis Canonicis, Novitiis, Converſis, & Commiſſis ejuſdem Congregationis, qui nunc ſunt, & pro tempore fuerint confireri volentibus pro omnibus, & ſingulis peccatis, delictis, & exceſſibus, de quibus Sedes Apoſtolica eſſet meritò conſulenda pro ſemel tantùm: Pro aliis verò quibuscumque præter Sedi Apoſtolicæ reſervata, quoties opus fuerit, auctoritate Apoſtolica poſſint abſolutionis beneſicium impendare, & pœnitentiam injungere ſalutarem. Similiter omnes, & ſingulos prædictos, à quibuſcumque excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdictorum ſententiis, aliiſque cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis à jure, vel ab homine; auctoritate Apoſtolica, vel quavis alia generaliter, vel ſpecialiter, promulgatis, & quarum abſolutio eſſet etiam Sedi Apoſtolicæ generaliter, vel ſpecialiter reſervata, ſi quas incurrerint, injuncta debita ſatisfactione quoties opus fuerit, valeant abſolvere, poſſint etiam ſuper Irregularitatibus quibuscumque, & quomodocumque contractis [Homicidii, ſeu membrorum mutilatione, aut falſificatione litterarum Apoſtolicarum, & bigamiæ dumraxàt exceptis] ſemel tantùm cum ſupradictis diſpenſare; Super Irregularitatibus verò ſi quas ex cenſuris ſupradictis, vel eorum aliqua, Divina Officia celebrando, dum tamen in contemptum clavium forſan incurrere non contingerit, quoties opus fuerit, valeant ſimiliter diſpenſare. Itaut omnes, & ſinguli, cum quibus ſuper Irregularitatibus ſupradictis diſpenſari contigerit, ut permittitur ad omnes ſacros Ordines promoveri valeant, & in Ordinibus ſic ſuſceptis liberè miniſtrare, quodque Rector major, & Priores de Congregatione hujuſmodi, & qui eorum loco iu ipſorum abſentia deputantur à Confeſſore, quem elegerint in præmiſſis abſolvi poſſint, quoties expedierit, & cum eis, ut permittitur diſpenſari: Quodque deputati ad audiendum Confeſſiones Congregationis hujuſmodi, poſſint audire omnes utriuſque ſexus, ubique conſiſtentes, aut ad ſe venientes, abſque alia ſuorum Superiorum, ſivè Ordinariorum licentia, & eos pœnitentia, & ſatisfactione injunctis quoties oportuerit abſolvere ab omnibus, & ſingulis peccatis, & à quibuſcumque ſuſpenſionum, & excommunicationum ſententiis, aliiſque Eccleſiaſticis Cenſuris, & pœnis, quas à jure, vel ab homine latas incurriſſe quomodolibet cenſebuntur, prout locorum Epiſcopi, & Ordinarii ex ordinaria Juriſdictione poſſunt, ac in omnibus, & ſingulis caſibus, & votis cum eis diſpenſare, vel prout eorum Animarum ſaluti viderint expedire, in alia pietatis opara commutare, dummodò propter hæc Sedes Apoſtolica conſulenda non ſit, & eis in Eccleſiis Congregationis hujuſmodi, miniſtrare Euchariſtiæ Sacramentum, quòdque pænitentia jejuniorum, quæ impoſita eſt Religioſis, & perſonis dictæ Congregationis, occaſione Plenariæ Indulgentiæ in articulo mortis, per privilegium Apoſtolicum conceſſæ, poſſit per Prælatos, ſeu Priores dictæ Congregationis modificari, alterari, variari augeri, & minui dictorum Prælatorum arbitrio. Et quod hæc, & aliæ gratiæ amplectantur Novitios, qui dumtaxat perſeveraverint, licet de iis in Apoſtolicis litteris non caveatur; quodque in omnibus gratiis eidem Congregationi, ſive ejus Monaſteriis, vel perſonis conceſſis, ſi quid dubitationis, vel ſcrupuli emerſerit, non ſecundùm rigorem juris, ſeu ſubtilitates, aut difficultates, ſed ſecundùm bonam æquitatem in favorem Animarum largiſſimè intelligantur, & interprætentur. *Conceſſum, ut petitur de omnibus*, de Sacramento Euchariſtiæ, excepto feſto Paſchæ. In præſentia Domini noſtri Papæ C. Ariminen. Et quod omnia prædicta per ſolam ſignaturam Sanctitatis Veſtræ vim, & effectum obtineant, ac ſi ſuper illis litterę Apoſt. confectę, & per Bullam plumbeam obtentę fuiſſent. Non obſtantibus Apoſtolicis, & aliis Cancellariæ Conſtitutionibus, & Ordinibus contrariis quibuscumque. Conceſſum. C. Ariminen.

Datum Florentiæ 10. Kalen. Auguſti 1439. 23. Julii Anno IX. Pontificatus S.D.N. Papæ Eugenii IV.

Confirmatum per Sixtum IV. Anno ſui Pontificatus IV. 10. Septembris 1477. Confirmatum per Clementem VII., per Paulum III., & alios Summos Pontifices. Et demùm

demùm per Pium V. *Anno II. ſui* Pontificatus *, 17. Kal. Septembris 1567. De viridi obſervantia talis* Privilegii *habet Aurea Armilla , in verbo* Abſolutio *numero 26. ubi habes, quòd Rev.* Prædicatores *gaudent de tali Indulto, vide ibi.*

Item pro decedentibus .

BEATISSIME PATER : ut Animarum ſaluti devotorum Oratorum veſtrorum univerſorum Canonicorum , Converſorum , Commiſſorum , & Novitiorum pronteri optantium Congregationis S. Mariæ de Frigdionaria Ordinis S.Auguſtini Lucanen. Diœc., præſentium, & futurorum in perpetuum fructuoſius conſulatur. Supplicant S. V. Oratores præfati, quatenùs ſibi gratiam faciat ſpecialem ipſis in ſinceritate fidei , unitate S. R. E., ac obedientia, & devotione S.V. & ſucceſſorum ejuſdem Romanorum Pontificum canonicè intrantium perſiſtentibus . Sacerdotem idoneum Regularem , vel ſecularem in confeſſorem eligere queant , qui in mortis articulo plenariam remiſſionem omnium peccatorum ſuorum , de quibus corde contriti , & ore confeſſi fuerint impendere valeat , concedere , & indulgere dignemini ; addito quòd ipſi ſupplicantes ex confidentia remiſſionis hujuſmodi aliqua illicita committere non proponant . Et quòd infra terminum trium menſium poſtquam de hujuſmodi , ſignatura notitiam habuerint ſeptem Pſalmos Pœnitentiales. Qui Divino fuerint officio mancipati , & deputati . Qui vero converſi , ſive commiſſi extiterint , ſepties *Septem* Pater *noſter* , & totidem *Ave Maria* uſque ad unum Annum, ſeptimanis ſingulis dicere teneantur,legitimo impedimento ceſſante : Aut ſi forſan eadem in toto , vel in parte quomodocumque adimplere nequierint , eiſdem ſeptimanis inſequentibus ſupplere teneantur , & adimplere ; *Cum non obſtantibus , & clauſulis opportunis . Conceſſum* , ut pro omnibus quamdiù vixerint in obſervantia Regulari; in præſentia D. N. Papæ C. Ariminen. , & quòd hujuſmodi ſupplicationis ſimplex ſignatura ſufficiat , abſque aliarum Apoſtolicarum deſuper confectione litterarum . Conceſſum C.Ariminen.

Datum Florentiæ 21. Julii 1439. Anno 9. D. Eugenii Papæ IV.

Item pro celebratione Miſſarum.

ITem ſupplicant S.V. univerſas prædictorum Canonicorum , quatenùs ipſis præſentibus , & futuris , quòd Sacerdotes ex eis ſtatim erumpente aurora, necnon poſt horam 3. , uſque ad horam 9. quoties opus fuerit pro neceſſitate , ſeu aliqua eorum commoditate , Miſſas celebrare liberè , & licitè valeant, itaque id eis ad peccatum minimè imputetur , perpetuò concedere , & indulgere dignemini de gratia ſpeciali , & cum non obſtantibus , & clauſulis opportunis . *Conceſſum , ut petitur quamdiù , ut ſupra* C.Ariminen. & quòd hujuſmodi ſupplicationis ſimplex ſignatura ſufficiat , abſque aliarum deſuper confectione litterarum . Conceſſ. C.Ariminen.

Item ſupplicant univerſitas Canonicorum prædictorum S. V. ipſis præſentibus , & futuris . Quod cum quibuſcunque perſonis , quibuſvis excommunicationum ſententiis , atque pœnis à jure dumtaxat pro tempore irretitis, & non publicatis, abſque eo quòd id eis ad peccatum valeat imputari, participare , & converſare liberè , & licitè valeant perpetuò concedere , & indnlgere dignemini de gratia ſpeciali ; Et cum non obſtantibus , & clauſulis opportunis. *Conceſſum dummodò non ex contemptu* . Et quòd hujuſmodi ſupplicationis , ſola ſimplex ſignatura ſufficiat ; abſque aliarum deſuper confectione litterarum . Conceſſum C.Ariminen.

Idem Pontifex conceſſit oraculo vivæ vocis,quòd poſſint ad Ordinem dictum acceptare votum ſimplicem habentes intrandi in aliam Religionem . Et quòd liberè ſchiſmaticos evitare non teneantur ; dummodò in crimen illius ſchiſmatis nunquam participent ; Florentiæ . Conceſſit idem SS. Eugenius.

Alia Gratia à SS. D. N. Nicolao Papa V. impetrata pro decedentibus potiſſimum.

SUpplicant S. V. Beatiſſime Pater Canonici Regulares Congregationis veſtræ Lateranen. Quòd cùm jam habuiſſent à fæl.mem.Eugenio Papa IV.quòd plenariè abſolvi poſſent in puncto mortis, & plenariam Indulgentiam, & remiſſionem omnium ſuorum conſequi hac conditione; Quòd Pſalmos pœnitentiales cum Lætaniis dicerent per annum, ſemèl in hebdomada, incipiendo quàm primum habuerit notitiam gratiæ hujus. Nunc verò quia plures Canonicorum prædictorum non inceperunt hanc pœnitentiam quàm primum, vel non recordantur ſi hoc egerunt emergentibus ſcrupulus, vel ſecurè tranſire poſſint, petunt humiliter à præfata S. V. quòd illi, qui non incæperunt hanc pęnitentiam adhùc, vel tempore præfato, poſſint eam incipere infra duos menſes, quamprimum habuerint notitiam ipſius gratiæ: & tam iſti, qui ad præſens ſunt in Congregatione, quàm illi qui futuri ſunt.

Item quòd ſi aliqui pænitentiam præfatam non expleſſent continuato tempore, poſſint etiam complere, & habeantur tanquam ſi continuatè expleſſent. Etſi infra annum decederent ante completam pœnitentiam; vel antequam habuiſſent notitiam præfatæ gratię, poſſint, & debeant plenariè abſolvi; ſicut qui egerunt pœnitentiam tempore ſuo.

Item quòd illi qui incæperunt, & compleverunt, ſed non præſignato tempore. Et quòd illi, qui aliquando per aliquod tempus intermiſerunt,vel intermittent aliqua cauſa, vel oblivione, vel negligentia, & tamen poſtea compleverunt, vel complebunt, poſſint & debeant omnes ſupraſcripti ſimiliter plenariè abſolvi, ſicut ſupradictum eſt.

Item quòd hæc gratia extendatur tam ad Novitios, quàm ad profeſſos, & tam ad Converſos, quàm ad commiſſos, cum hac conditione, quòd dicere poſſint ipſi Converſi loco præfatæ Pœnitentiæ quinquaginta *Pater noſter*, & totidem *Ave Maria*.

Item quòd ſi aliqui in futurum habita Novitia præfatæ gratiæ, non incæpiſſent pœnitentiam infra præfatum tempus, vel ex infirmitate, vel oblivione, vel negligentia, poſſint iterum illam incipere, injuncta eis Pœnitentia à Superiore ſuo; Si ex craſſa negligentia hoc egerint.

Item ſi aliquod dubium oriretur in futurum, debeat hoc non ſcrupuloſè; ſed cum benignitate, & charitate interpretari, habito reſpectu ad intentionem dantis, & concedentis. Et hanc gratiam concedere dignetur S. V. prælibata ob reverentia Jeſu Chriſti, & intuitu charitatis. *Fiat ut petitur de omnibus, & pro omnibus præſentibus, & intraturis uſque ad Decennium*. V. S. Et ſimplex ſignatura ſufficiat abſque litterarum Apoſtolicarum deſuper expeditione. Fiat † 1. 1453. Deo gratias. Amen.

Facultas à Sanctiſſimo Domino Noſtro Nicolao Papæ, V. Lateranenſi Priori data Pœnitentiarios in ipſa Salvatoris Baſilica creandi ac deſtituendi, alioſque ſubrogandi pro libito.

BEATISSIME PATER, dudum S. V. oraculo vivæ vocis Prioribus Eccleſiæ Lateranen. commiſſerat curam providendi de Pœnitentiarijs Religioſis ſui Ordinis eidem Eccefiæ neceſſariis, ac eos removendi, quando eſſet neceſſarium, quod, & fecerunt uſque ad præſentem diem inſtituendo eos, qui erant neceſſarij, & removendo ſuperfluos. Nunc autem Prior exiſtens volens removere quoſdam, minus laudabiliter ſe gerentes in dicto officio Pænitentiariæ pro honore dictæ Eccleſiæ,& ſalute animarum eorundem.Ipſi vero hoc non ferentes ſupplicarunt, S. V. quatenus eos crearet Pœnitentiarios, & Canonicos perpetuos dictæ Eccleſiæ (ut

aſſe-

aſſeritur), Inter quos ſupplicantes unus fuit D. Guglielmus de Papia, nec poſſent removeri de dicta Fcclefia à Prælatis ſuis quocumque tempore: & ſic [ut aſſeritur] ſupradicti gratias obtinuerunt à S. V. excutieutes eollum ſuum de jugo obedientiæ, viventes in libertatate, non curantes de præceptis ſuperiorum ſuorum cum maximo ſcandolo Eccleſiæ, & detrimento animarum ſuarum: quæ conceſſio, ſive gratia eis facta hujuſmodi, in maximum detrimentum Religionis, miranda erat Patrum Sanctitas magnus erat plane viro ſi dicti Pænitentiarij, vel aliqui de dictis Canonicis in dicta Eccleſia habitantibus, vel habitaturis in futurum fuerint exempti à Præeeptis Superiorum ſuorum ſub Pœnitentiariæ, vel alio quovis colore non poſſint removeri de dicta Eccleſia ad alia loca dictis Ordinis, quando videbitur Prælatis eorumdem, nec creditur, hoc eſſe intentionem. S. V. Quare P. S. humiliter ſupplieatur eidem. S. pro parte Priores, & eapituli ejuſdem Eccleſiæ Lateranen., quatenus ſupradictis periculis, & detrimentis dictæ Religionis dignetur eadem V. S. providere de gratia ſpeciali, ac dictas gratias ſive conceſſiones per hujuſmodi prædictos, vel alios Canonicos dicti Ordinis ſic impetratas caſſare, annullare, & mandare, ut de regiſtris caſſentur, & annullentur, ac de eætero omnes ſimiles gratiæ per aliquos dicti Ordinis impetrandæ, etiamſi fuerint impetratę, ſint nullius roboris, & momenti, niſi de hac ſupplicatione feeerint de verbo ad verbum, & de ejus data mentionem. Non obſtantibus quibuſcumq; conſtitutionibus Apoſtolicis. *Fiat motu proprio: & ita fieri mandamus: & uſque ad incarcerationem rebellium*, quidqiud per nos fortè conceſſum fuerit conceſſum in contrarium revocantes, caſſantes, & annullantes.

Et quod ſimplex ſignatura hujus ſupplieationis ſufficiat, abſque confectione aliquarum Litterarum Apoſtolicarum.

Gratiæ Conceſſa per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum
Sixtum Papam IV.

CONeeſſum eſt in Anno Domini 1482. die 17. Aprilis Ordinis Canonic. Regul. Congregat. Lateranen. per Beatiſs. Syxtum Papam IV. per ſimplicem ſignaturam, ad ſuplicationém D. Hieronymi Callini tunc Rectoris generalis; cujus ſupplieationis tenor eum ſignatura ſequitur de verbo ad verbum; ſicut in originali continetur; quod Venetiis in Canonica Charitatis ſervatur: & in ſequenti anno videlieet 1483. oraculo vivæ vocis, ad requiſitionem D. Conſtantij de Mediolano proeuratoris generalis idem Pontifex ſupraſcriptas, & infraſcriptas Indulgentias conceſſit, & ſe per ſignaturam infraſcriptam eonceſſiſſe deelaravit.

Beatiſſime Pater optavi ſæpe, & pro debito temptavi Beatiſſimos pedes S. V. viſitare, atque deoſculari, Congregationemque noſtram Lateranen. Canonicorum Regularium. S. V. ſervam commendare. Sed cum deſiderio meo fruſtratus ſim, & ad Capitulum generale mihi properandum ſit, has literulas Benedictioni veſtræ dare eenſui, videlicet, ut Sanctitas Veſtra aliquod donum ſpirituale ſeruvlis ejuſdem Sanctitatis Veſtræ concedat infraſcriptas gratias, per *Fiat* coneedere dignetur.

Primò, Indulgentiam plenariam, & abſolutionem etiam in caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, ſemel in vita pro omnibus Canonicis, & Commiſſis, ſeu Converſis Congregationis Lateranen.

Necnon omnes Indulgentias conceſſas Ordini Cartuſienſium eo modo, & pariformiter, ſicuti ei coneeſſit.

Inſuper & Indulgentiam plenariam cum abſolutione ut ſupra matribus, Procuratoris Ordinis noſtri, & mea, & cætera.

E. B. pedum S. V. ſervulus Hieronymus Tarviſinus Canonicorum Regularium Rector generalis.

Fiat de abſolutione pro Fratribus, & aliis ut ſupra Congregationis, & de caſibus. De ſeeularibus autem fiat de plenaria Indulg. cum abſolutione, à eaſibus Epiſcopalibus. F.

Item SS. D. N. Sixtus Papæ IV. ad requiſitionem D. Conſtantii Mediolanen. Procuratoris Ordinis; conceſſit Congregationi noſtræ, ideſt Patribus, & Fratribus noſtris præſentibus, & futuris perpetuis futuris temporibus, Indulgentiam plenariam omnium peccatorum in die Nativitatis Virginis Glorioſæ Mariæ cum poenitentia unius Miſerere, & hoc de anno 1483.

Item eadem auctoritate conceſſit præfato Ordini noſtro ſingulo anno, quòd omnes Fratres eorum præſentes, & futuri, dicentes unum *Miſerere* ad quodlibet Altare illius Eccleſiæ in qua reperiuntur, perpetuis futuris temporibus, conſequantur Indulgentias omnes Eccleſiarum illius Diœceſis, & quæ ſunt ea die in Urbe Roma.

Item confirmavit omnes gratias, & privilegia conceſſa Ordini illi tam per Bullas, quàm per ſimplicem ſignaturam, aut oraculo vivæ vocis à quibuſcunque Pontificibus.

Item conceſſit Sanctitas Sua, quòd poſſint prædicare ubique, & in prædicationibus habere gratias, & immunitates, quas habet Ordo Fratrum Minorum ſeu à jure, ſeu per ſpecialia privilegia.

Item conceſſit ſemel in vita, & ſemel in morte omnibus Canonicis Ordinis eorum, plenariam remiſſionem omnium peccatorum, & hoc ad inſtantiam D. Celſi Veronen. Rectoris generalis, & D. Philippi de Camerino tunc Viſitatoris 1471. die 2. Octobris.

Item conceſſit alia die Plenariam abſolutionem Ordini noſtro pro noſtris fratribus, & quòd ab omnibus Caſibus ſibi etiam reſervatis, & Sedi Apoſtolicæ poſſint abſolvere eos.

Diverſæ gratiæ conceſſæ per Innocentium Papam VIII. vivæ vocis oraculo.

ANNO Domini 1486. nonis Martii. Sanctiſſimus D. Innocentius Papa VIII. conceſſit Reverendo Patri D. Celſo Veronen. Congregationis noſtrę Canonicorum Regularium Lateranen. tunc generali Rectori, oraculo vivę vocis, ut quicumque ex Fratribus noſtris tam pręſentibus, quàm futuris, diceret ter Pſalmum *Miſerere*. Conſequantur omnes Indulgentias illius Diœceſis, in qua fuerint, necnos ea, quæ in Urbe Roma occurrerint, ac ſi ea omnia loca viſitaſſent, in quibus Indulgentię ipſę ſunt conſtitutę.

Item, quòd poſſit ipſas concedere omnibus Monialibus Ordinis noſtri, & quibuſcumque aliis Monialibus, quibus videbitur filio D. Celſo.

Item pręfatus Sanctiſſimus Dominus eidem Patri D. Celſo eadem die conceſſit, ut Rector generalis prędictę noſtrę Congregationis, qui pro tempore fuerit, licentiam habeat benedicendi corporalia, necnon & ipſe Pater D. Celſus quocumque tempore habeat prędictam licentiam.

Item anno 1487. conceſſit Patri D. Hieronymo Tarviſino Rectori generali, quòd Oblati noſtri gaudeant privilegiis, & beneficiis ſpiritualibus, puta Stationibus, & aliis Indulgentiis, ſicut Clerici noſtri.

Pauli Papæ II. Oraculo vivæ vocis.

PAULUS Papa II. conceſſit Oraculo vivę vocis D. Philippo de Camerino ſupplicante, qui Monaſteriis Lateranen. Prior erat, quòd Viſitatores, & Priores Congregationis noſtrę, qui pro tempore fuerint, poſſint celebrare Miſſam poſt mediam noctem, & ante Auroram tempore neceſſitatis, ideſt, dum iter capere voluerint, aut aliquid hujuſmodi facere. 1470.

Dile-

Dilectis Filiis Canonicis Regularibus Lateranenſibus. Diverſæ Gratiæ conceſſa vivæ vocis Oraculo, per Alexandrum Papam VI.

REverendi in Chriſto Patres Fratres obſervandi, ſalutem in Domino. Virtutum ſpecies, ac profectus Congregationis veſtræ, merita, tanta me charitate, devotioneque erga Paternitates veſtras devinxere: ut quicquid ingenii, ac virium in me eſſe cenſetur, id totum honori, ac commodi veſtri gratia, & excitare mihi ſit gratiſſimum, & opportunitate occurrente exponere ſemper paratiſſimus ſim. In his quippe omnibus ſive privatis, ſive quæ publicis in rebus dictæ Congregationi veſtræ conducere videntur, portionem quamdam habere, meque participem eſſe exiſtimo. Quo fit, ut ea, quæ nuper à Sanctiſsimo Domino noſtro, Congregatio veſtra conſequi mea opera vivæ vocis Oraculo optavit, à Beatitudine Sua omni, qua potui diligentia obtinuerim, quæ ſunt infraſcripta, videlicet.

Ut Prælati Congregationis veſtrę Lateranen. per alios veſtri Ordinis profeſſos tantùm, verberari facere poſſint Clericos, & Commiſſos, ſeu Converſos ejuſdem Congregationis cauſa correctionis, & Regularis Diſciplinæ, quos ipſi Prælati de Jure tenentur manu propria ſi poſſent verberare.

Item, ut eos, qui ſunt incorrigibiles, & rebelles, ac omninò indiſciplinabiles, qui multoties non corriguntur, eiicere poſſint de Congregatione; ablato ſaltem profeſſionis habitu, ne ſuis malis moribus alios bonos inficiant, atq; contaminent, ut ſimiliter faciunt alii Ordines Clauſtralium.

Item, ut Canonici Congregationis prędictæ, qui ex natura, vel alia ex cauſa Vinum non bibunt; poſſint ſine ſcrupulo poſt ſumptionem Sanguinis in Miſſa perſundere cum aqua ſimplici propter eorum ſtomachos, qui Vinum abhorrent, & eis aliquandò vomitum excitat. Et ſic de cętero in quibuſcumque, quę honori, & utilitati, ac commodo Congregationis dictæ eſſe cognovero, nunquam me defuturum re ipſa cognoſcetis. Nec plura, niſi quòd in Orationibus veſtris mei memoriam habere velitis. Benè valete. Romæ 24. Aprilis 1496.

Leo Papa X.

UNiverſis, & ſingulis pateat, quatenùs Sanctiſſimus Dominus noſter Leo X. ad ſupplicationem R.P.D. Valerii Vicentini tunc Rectoris 8. Martii 1515. Oraculo vivæ vocis benignè, & liberè conceſſit Patri Rectori, Patribus Viſitatoribus, & quibuſcumque Congregationis veſtræ Prælatis, ſub quorum Cura, atque Regimine Moniales exiſtunt, eorum ingredi Monaſteria, quarum habent Curam, abſque ulla Excommunicatione, ac Cenſura cum aliquam novam fabricam, ſeu ædificium conſtruere velint, pro evitandis variis earum ſuperfluis, & caſſis impenſis. Alexandri VI. privilegio in contrarium non obſtante.

Leo Papa X. conceſſit, quòd Confeſſores Monialium noſtrarum poſſint ingredi Monaſteria ſua, poſt datam Animæ reccomendationem, quandò Monialis infirma diù laborat.

Privilegium Pii Papæ V. in quo vivæ vocis Oraculo communicat ſingulis ex Congregatione, noſtra omnia Privilegia, Indulgentias, & Gratias conceſſas Abbatiſſæ, & Monialibus Monaſterii Præſentationis Mantuæ noſtri Ordinis.

IOANNES Paulus Miſeratione Divina Tituli S. Pancratii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis ab Eccleſia nuncupatus. Univerſis, & ſingulis præſentes litteras viſuris, pariter, & audituris fidem facimus, & atteſtamur. Quòd Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter Dominus Pius Divina Providentia Papa V. vivæ vocis *Eſt Creta.*

Oraculo

Oraculo nobis facto, Venerabilibus, & Religioſis Viris Generali, aliiſque Abbatibus, Præpoſitis, Canonicis, ac Priori Monaſterii S. Mariæ, Creten. Diœc. Caſalis S. Gervaſii, ſingularibuſque aliis perſonis Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium Congregationis Lateranen. ubilibet nunc, & pro tempore exiſtentibus, ut omnibus, & ſingulis gratiis, Indultis, & Indulgentiis, Abbatiſſis, & Monialibus, Secularibuſque Mulieribus, & in ſpecie Abbatiſſæ, & Monialibus Monaſterii præſentationis Mantuanæ ejuſdem Ordinis à fel.rec.Leone X.,ac etiam ab eodem Sanctiſſimo Domino noſtro, & quibuſcumqne aliis Romanis Pontificibus hactenùs conceſſis, & quibus utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti potiri,& gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum. Ipſi quoque ſimiliter, ac pariformiter, & abſque ulla penitùs differentia, & prout ipſæ Abbatiſſæ, & Moniales gratiis, Indultis, & Indulgentiis, eidem Generali, aliiſque Abbatibus, Præpoſitis, Canonicis, ac Priori præfatis conceſſis, ſimiliter utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti potiri, & gaudere poſſunt, etiam poſſint, & valeant conceſſit, indulſit, pariter & elargitus eſt. In cujus rei fidem, & teſtimonium, has præſentes noſtras patentes litteras, noſtra manu propria ſubſcriptas exindè fieri, & per Secretarium noſtrum infraſcriptum ſubſcribi, ſiglllique noſtri, quo in talibus utimur, juſſimus, & fecimus appenſioue communiri.

Datum Romæ in Palatio Apoſtolico, & ſtantiis noſtræ ſolitæ habitationis, ſub anno a Nativitate Domini 1572. Indict. 15.die verò 10. menſis Aprilis Pontificatus prælibati Sanctiſs. D. noſtri Pii Divina Providentia Papæ V.anno VII.

Subſcripta Jo. Paulus Card. ab Eccleſia.

Michael Crottus Secretarius.

Decretum Sacræ Congregationis Illuſtriſſimorum Dominorum Cardinalium ſuper negotiis Epiſcoporum, & Regularium.

Ad favorem Canonicorum Regularium Salvatoris Lateranen. in cauſa præcedentiæ inter ipſos, & Monachos Caſſinenſes.

CUM ſuperioribus diebus, die videlicet 4. Auguſti præſentis anni 1603. Sanctiſſimus Dominus noſter Clemens Papa VIII. in Congregatione Illuſtriſs. Dominorum Cardinalium ſuper negotiis Epiſcoporum, & Regularium, & ex voto ejuſdem Congregationis ſuper controverſia inter Canonicos Regulares Lateranenſes, & Monachos S. Benedicti Congregationis Caſſinenſis orta, occaſione præcedentiæ in Congregatione nuncupata Sapientiæ, quæ in Civitate Patavii celebratur coram Epiſcopo, intervenientibus in ea uno ex Canonicis, & uno ex Monacis prædictis, mandaverit obſervari ſententiam aliàs inter eoſdem Canonicos, & Monacos latam, à fel.rec. Pio Papa IV. prout jacet; Cumque deindè alia nova differentia in eadem Congregatioue Patavina inter eoſdemmet orta ſit, prætendens Monachus Caſſinenſis, ut non ſolùm Canonicus Regularis Lateranenſis [ad hoc, ut juxta dictam ſententiam ſit præferendus, & anteponendus in digniori loco] teneatur dimittere ſuperiorem veſtem, pallium, ſeu capam nigram, ſed etiam induere ſuper linea veſte, quam Rochettum vocant, aliud ſuperpelliceum lineum, vulgò *Cottam* nuncup. quemadmodum ſolet fieri ab ipſis Canonicis Regularibus in publicis proceſſionibus. Eadem Sacra Congregatio, negotio maturè diſcuſſo, declaravit ſufficere, ut ipſi Canonici Regulares Lateranenſes in omnibus actibus publicis,& privatis,& ſic etiam in eadem Congregatione Patavina remaneant (dimiſſa tantummodo ſuperiori veſte nigra) in linea veſte,videlicet in Rochetto, abſque alio ſuperpelliceo, & tunc intelligatur eſſe in habitu Clericali, juxta eamdem ſententiam Pii IV. & ita obſervari mandavit. Romæ die 1. Septembris 1603.

Alexander Card. Floren.

Loco ✠ ſigilli.

Hieronymus Agucchius Secret.

Litterę

Litteræ Sanctiſs. Domini noſtri Papæ VIII. pro Rectore Parochialis S. Pauli de Cremona Seculari, vel Regulari per Abbatem, & Canonicos S. Petri ejuſdem Civitatis deputando.

CLEMENS PAPA VIII.

AD perpetuam rei memoriam. Injunctum nobis Apoſtolicæ ſervitutis officium poſtulat, ut Jus ſuum unicuique conſervemus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus Monaſterii Sancti Petri da Pò, vulgò nuncup. *Civitatis Cremonen.* Congregat. Canonicorum Regularium Lateranen. ſub Regula S. Auguſtini petitio continebat ipſos Abbates, & Conventum poſſidere in eadem Civitate Parochialem Eccleſiam, ſub invocatione S. Pauli, eorum Monaſterio à fel.rec. Eugenio Papa IV. prædeceſſore noſtro perpetuo unitam, ad cujus dilectorum filiorum Parochianorum curam Animarum exercendam, unum ex Canonicis ejuſdem Monaſterii, aut etiam aliquem Presbyterum ſecularem ad Abbatis dicti Monaſterii nutum amovibilem, ex Romanorum Pontificum privilegiis deputari conſueviſſe, ipſumque Abbatem in poſſeſſione, ſeu quaſi, deputandi hujuſmodi Canonicum, vel Presbyterum ſæcularem reperiri. Verum quia ſicut eadem petitio ſubjungebat cum dictus Abbas modernus, remoto ex dicta Parochiali Eccleſia quodam Præsbytero ſeculare ad curam hujuſmodi jam à triennio ab ipſomet, ſeu tunc exiſtente ipſius Monaſterii Abbate deputato, unum ex Canonicis ipſius Monaſterii ad hujuſmodi curam deputare voluiſſet, dilectus filius Vicarius Venerabilis Fratris Epiſcopi Cremonen. in ſpiritualibus genera lis, inſtetit ibidem ad hujuſmodi curam deputandam eſſe Presbyterum ſecularem, propterea iidem Abbas, & Conventus, nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut eorum Jurium conſervationi, ipſiuſque Monaſterii indemnitati in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui juſta petentium votis non abnuimus, eoſdem Abbatem, & Canonicos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxàt conſequendum, harum ſeriè abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Congregationi ſuper rebus, & negotiis Epiſcoporum, & Regularium deputatæ præpoſitorum, quibus hoc negotium examinandum, & nobis referendum commiſimus, conſilio, eiſdem Abbati, & Conventui in cura Animarum, & aliis muneribus Parochialibus ejuſdem Parochialis Eccleſiæ S. Pauli exercendis per Sacerdotem ab Ordinario probatum ſecularem, vel ſi malint per unum ex ipſiſmet Canonicis Regularibus, dummodò cum ipſo Canonico, alter ſocius Canonicus item ejuſdem Congregationis jugiter degat, & permaneat, ſervire licitum ſit, nec ipſos deſuper à loci Ordinario moleſtari, vel perturbari poſſe, ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & deffiniri debere ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quocumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò decernimus, & declaramus. Mandantes propterea dicto Epiſcopo Cremonenſi, ejuſque Vicario, nunc, & pro tempore exiſtentibus in virtute Sanctæ Obedientiæ, ne Abbatem, & Canonicos prædictos ſuper hoc ullatenùs de cætero moleſtare, vel perturbare præſumat. Non obſtantibus Conſtitutionibus, et Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Dat Romæ apud S.Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 30.Junii 1595. Pontificatus noſtri Anno IV.

Subſcript: M. Veſtrius Barbianus.

Privilegium Prioris Baſilcæ Salvatoris Lateranen. Ordinis S. Auguſtini, Canon. Regul. Canoniſſis S. M. Gratiarum Januæ conceſſum:

PRior Canoniei, & Capitulum Sacroſanctæ Lateranenſis Eccleſiæ, Canonieorum Regularium Beati Auguſtini, Congregationis Salvatoris ejuſdem Lateranen. Eccleſiæ, Dilectis nobis in Chriſto ſorori Magdalenæ, & ſocialibus de Janua, necnon, & ejus ſociabus Deo mulieribus famulantibus, & in communi, & ſpiritualiter viventibus, ſalutem, & æternæ felicitatis præmium adipiſci. Quoniam inter euncta pietatis opera id præcipuum, & meritorium ferè eſſe dignoſcitur (prout Sanctorum Parrum docent exempla, & ſacræ paginæ inſtruunt diſciplinæ) ſi hijs noſtrum adiutorium impartiri attentius affectemus quibus dictæ noſtræ Lateranenſis Eccleſiæ, ad laudem, & honorem Salvatoris noſtri dedieatæ devotio augeatur; Attendentes itaque zelum veſtrum, veſtrumque pium propoſitum, & affectionem devotam, quam ad præfatam Leteranenſem habetis Eccleſiam, prout veſtra petitio, & opera menifeſtant, meritò, inducimur veſtrum affectum, veſtraſque ſupplicationes admittere grariosè. Cùm igitur ad dictam noſtramLateranenſem Eccleſiam habeatis ſpecialem divotionis affectum, intendentes pro veſtrarum animarum ſalute, ob reverentiam Dei, & honorem ipſius noſtri Salvatoris, Eecleſiam, ſeu Monaſterium, ſub vocabulo Beatæ Marię Virginis de Gratia fundare, & ædificare in quibuſdam domibus, & noſtris fundis, poſitis in Civitate Januæ apud Plateam imbria, quorum fines ab uno latere & via publica, ab alio tenet Lueas Pirrus, ab alio tenet Franciſcus Juſtinianus olim de banchis de Janua, vel ſi qui alii eſſent, plures aut veriores confines ſpectantes, & pertinentes ad dictam noſtram Leterenenſem Eccleſiam jure donationis inter vivos, dictæ Lateranen. Eccleſiæ factæ, de dictis Terris, & domibus, prout de dicta donatione patet manu, & per acta publici Notarii, nobis humiliter ſupplicaſtis, ut vos fundare, & ædificare poſſitis Eecleſiam, ſeu Monaſtarium ſub vocabulo antedicto, necnou inibi Oratorium, & officinas, & in ipſo Oratorio, & Eccleſia Altare pro fidelium ipſius Eccleſiæ, & Oratorij obſequio erigendi, & cum cimiterio, & campana, & Sacri fontis baptiſmate d. noſtræ Lateranenſi Eccleſię ſubjectum, cum poteſtate poſſe in ea per fidelem Sacerdotem communieare, & conſiteri fideles Chriſtianos, & Sacratiſſimum corpus D.N.J.C. fidelibus Chriſtianis præbere, & in ea mortuos ſepelire, jure tamen Parrochialis Eccleſiæ ſemper ſalvo, cum annuo cenſu unius libræ ceræ laboratæ in feſto Paſchatis Reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, dictæ noſtræ Lateraneſi Eccleſiæ anno quolibet perſolvendo, & aſſignando, dignaremur auctoritate, & poteſtate à Sede Apoſtolica ſuper his nobis conceſſis opportunæ licentiæ præſidium impartiri. Nos enim tam piæ petitioni, & devoto propoſito annuere volentes, vobis præfatæ Magdalenæ, & ſociabus ſupradictis, in dictis terris, & domibus Eccleſiam, & Monaſterium ſub vocabulo antedicto, fundandi, & ædificandi, & in eis Oratorium, & officinas conſtruendi, & in ipſo Oratorio Capellanum ſive Sacerdotem eligendi, Monaſterium, Eccleſiam, & Altare pro fidelium obſequio erigendi, & cum cemiterio, & campana, & Sacri Fontis Baptiſmate Secundum Sanctæ Matris Eccleſiæ conſuetudinem, ad opus, &jus dictæ noſtræ Lateranen. Eccleſię ſubjectum ſub dicto annuo cenſu reſpondendo dictæ noſtræ Lateranen. Eccleſiæ, jure confirmationis, & iuſtitutionis Abbatiſſæ, & dicti Capellani, nobis, & dictæ Lateranen. Eccleſiæ reſervato, auctoritate, et poteſtate ſuper hijs nobis ab Apoſtolica ſede conceſſis, plenariam atque liberam tenore præſentium concedimus facultatem, ſuſcipientes ex nunc dictam Eccleſiam Beatæ Mariæ de Gratia, et Monaſterium ſupradictum erectum de recenti, ſub protectione dictæ noſtræ Lateranen. Eccleſiæ, Privilegiorum induliorum ipſi Eccleſiæ Lateranen. et ſubjectis eidem ab Apoſtolica Sede coceſſorum, admittentes dictam Eccleſiam, et Monaſterium prælibatum, dictaſq; Magdalenam, et ſocias ejus prędictas, et in d. Monaſterio ſuc-

ſuccedentes, earumque Cappellanos, & Rectores, ac bona, & jura ipſarum, ad omnes gratias, immunitates, exemptiones, Indulgentias, privilegia, & indulta dictæ noſtræ Lateranen. Eccleſiæ, ſibique ſubjectis, ab eadem ſede conceſſas: ac volentes dictos Monaſterium, & Eccleſiam ſub vocabulo antedicto, earumdem gratiarum, & Indulgentiarum eſſe participes, & conſortes, & de illis ſicut cætera membra noſtra gaudere.

Et inſuper tenore præſentium declaramus auctoritate litterarum Apoſtolicarum ipſi Eccleſiæ Lateranen. ejuſque membris conceſſarum indulgentias infraſcriptas eſſe conceſſas omnibus verè pęnitentibus, benefacientibus, vel aliquas oblationes, & eleemoſynas dantibus, & relinquentibus, quoties aliquam eleemoſynam dederint, donum fecerint, & manus porrexerint adiutrices, in dicta Eccleſia, ſeu Monaſterio B. Mariæ de Gratia, decem annorum, & decem quadragenarum de injuncta ſibi pœnitentia, in Domino miſericorditer relaxari, quæ Indulgentia quolibet feſto principali Apoſtolorum, Evangeliſtarum, & in octava dictarum feſtivitatum, & in quolibet die quadragreſimæ duplicetur, & in feſto BB. Joannis Baptiſtæ, & Evangeliſtæ, & in quolibet Feſto B. Mariæ Virginis, & in die fundationis dicti Monaſterii, & Eccleſiæ quadruplicetur, necnon, & à D. N. Jeſu Chriſto Salvatore omnium, cujus nomini ipſa Eccleſia Lateranen. principaliter fuit constructa, & ſub utriuſque Joannis vocabulo inſignita, juxta præſidii quantitatem, & devotionis affectum ſuorum remiſſionem peccatorum, animarumque ipſorum ſalutem, aliaſque Indulgentias miſericorditer conſequantur.

Denique committentes Ven. Viro Domino Joanni Priori Eccleſiæ S. Theodori de Burgo Januæ ſupradict., cui plena concedimus poteſtatem, & facultatem fundandi dictam Eccleſiam, & Monaſterium antedictum ſub vocabulo antedicto, & benedictionem primarii lapidis impoſitionis, immiſſionis, ſeu fundationis, in eadem Eccleſia ſeu Monaſterio, primario fundamento imponendi, & omnia alia, & ſingula faciendi, & exercendi, quæ ad prædicta pertinere noſcuntur, & fuerint opportuna, ac facere poſſemus ſi in prædictis præſentes eſſemus, dantes, & concedentes Ven. Viro D. Joanni Priori Eccleſiæ S. Theodori prædicto, cui in prædictis damus, & concedimus plenariam poteſtatem, & facultatem, quatenùs ex noſtri parte poſſit, & valeat dare, & præbere jam dictis Magdalenæ, & Sociabus, & aliis futuris in dicto Monaſterio habitum, poſſeſſionem, & Regulam B. Auguſtini, & deputare eandem Magdalenam in Prioriſſam, & Regitricem ipſarum, & Monaſterii prælibati, cum ſolemnitatibus, & promiſſionibus, & aliis ad prędicta conſuetis ita damus, & concedimus facultatem, quòd Prioriſſa, & Regitrix, quæ nunc eſt, & pro tempore erit, unacum ſociabus Monialibus dicti Monaſterii, poſſint eligere eis Cappellanum, & Presbyterum idoneum, qui eiſdem Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare poſſit, confeſſiones audire, abſolutionem impendere, ac pęnitentiam injungere ſalutarem, niſi tales fuerint exceſſus, pro quibus Sedes Apoſtolica meritò eſſet conſulenda. Quòdque ſi dictus Cappellanus moribus, & vita non ſe honeſtè haberet, propria auctoritate ipſarum, ipſum deponere valeant, & alium idoneum ipſius depoſiti loco ſubrogare ſeu eligere poſſint, & valeant, & quòd decedente Prioriſſa, ſeu Regente dicti Monaſterii, aliæ Moniales dicti Monaſterii, aliam Prioriſſam, ſeu Regitricem earum, valeant, & poſſint eligere, & deputare.

Et ad majorem firmitatem, & robur dictæ noſtræ conceſſionis, omnium prędictorum, & privilegii antedicti, in præſenti Bulla inſerere fecimus, infraſcriptas Bullas, & Indulta dictæ noſtræ Lateranen. Eccleſiæ indultas, & conceſſas per infraſcriptos Summos Pontifices ad verbum, nihil addito nec diminuto, quod ſubſtantiam mutet, nec variet intellectum. Quarum tenor per omnia talis eſt.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Priori, & Canonicis Lateranen. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem, Eccleſia veſtra, quæ ſpecialibus Pontifici Romano conjungitur &c. ſuper fol. 127.

Innocentius ſervus ſervorum Dei.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Congruam officii noſtri proſequimur auctoritatem &c. fol.152.

Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Priori, & Capitulo Lateranen. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Meritis veſtræ devotionis inducimur, ut vos favore benigno, & gratia proſequamur &c.fol.176.

In quorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum hoc præſens privilegium per infraſcriptum Antonium Ludovici Notarium, & Scribam dicti Capituli, ſubſcribi, & publicari fecimus, ipſumque juſsimus magni noſtri Capitularis ſigilli appenſione muniri. Datum Laterani die prima menſis Aprilis 14. Indict. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. Domini Nicolai, Divina providentia Papæ V.

Et Ego Antonius Ludovici Romanus Civis, publicus Dei gratia Imperiali auctoritate Notarius, quià prædictis omnibus, & ſingulis interfui rogatus; quià majoribus occupatus, per alium mihi fidem ſcribi feci, in publicam formam redegi, & ad præmiſſorum fidem meum ſignum appoſui conſuetum,

Locus ſigilli.

Item pro Canonicis S.Salvatoris Bononiæ Indulgentiæ Terræ Sanctæ recitantibus Antiphonam B. M. ſemper Virginis
Salve Regina.

GAleottus Miſeratione Divina Tituli S.Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis S.R.E. Vicecancellarius &c. RR. PP. Generali Canonicorum Regularium S. Salvatoris Ordinis S.Auguſtini, S. Inter cæteras obligationes &c.Sanctiſsimus in Chriſto Pater D.Julius Papa II. Univerſis, & ſingulis Canonicis, Commiſsis, Converſis, & Oblatis Congreg. Veſtræ S. Salvatoris, qui ſingulis diebus devotè dixiſſent Antiph. *Salve Regina*, pro conſeruatione, & felici ſtatu Sanctæ Matris Eccleſiæ, & Sanctitatis Suæ, vivæ vocis oraculo dedit, & conceſsit in perpetuum, omnes, & ſingulas Indulgentias Sacri Sepulchri Dominici, & Terræ Sanctæ. Et ut nos quoque in tanto munere partem haberemus, voluit, ut ſignificatio hujuſmodi, per præſentes noſtras fieret &c. In quorum fidem &c. Datum Romæ in ædibus noſtris Cancell. Apoſtol. die 1. Auguſti 1505. Pontificatus ejuſdem Sanctiſs. D.N. Julii Anno II.

Veneris 6. Martii 1598. Papien. Juriſpatronatus Seraph. Deciſ.

FUit quæſitum. An Canonico Regulari cum licentia Superioris, poſsit provideri de beneficio Curato Seculari, & fuit concluſum poſſe, per Text. in cap. *Quod Dei timorem* de ſtat. Monach., & ibi Abb. in ſum. de ſtat. Monachor. Idemque videtur ſentire Sac.Concilium Trident. cap.11.ſeſſ. 14. dum vult, Canonicum Regularem translatum ad alium ordinem non eſſe capacem beneficii ſecularis curati; Tacitè enim innuere videtur, non translatum eſſe capacem. Idem uoluit Rota deciſ.5. de Jurepatronat. in nou. quicquid ſit de aliis Monachis, quià iſti habent regulam laxiorem Egid. deciſ.751. ante fin. Federic. conſ.136., Roch. de Jurepat. *in verbo honorificum* qu. 5. num. 13. Præpoſit. in cap. priſcis num. 4. diſtinct.56. Sylva de Benef. par.4. quæſt.70.verſ. *aut eſt Curata*, Navar. conſ. 9. de præben. Lambert. lib.2. part.1. art. 19. 7. qu. principali cum aliis, & tenuit Rota referente Guidobono deciſ. 96. cui deciſioni circa illum artic. An requiratur diſpenſatio Epiſcopi, vel ſufficiat licentia ſui ſuperioris, magis eſt ſtandum quam deciſioni 85. par.1. Caputaque cum Guidobonus fuerit Relator illius cauſæ, & ita per Dominos concluſum.

Seraphinus Olivarius Razzalius Rotæ Decanus.

Gui-

Guidobon. deciſ. 96.

ETſi deciſ. Rota 262., & 482. in novis, & Egid. 750., & 314. Staphil. de lit. grat. & Juſt. fol.20. verſ. *ſed ſi datur* tenuerunt, quòd Regulares non poſſunt obtinere Parrochialem Eccleſiam Secularem, not. Fel. in cap. in noſtra 40. correll, verſ. & notat de Reſcript. Tamen videtur in contrarium eſſe communem opinionem, ut not. Abb. in cap. *Quod Dei timorem.* Jo.de Sylva in tract. de Benef.q.70. par.3. Card.Alex. & alii in cap. Parochialis 16.qu.1, Card. Alex.in cap. priſcis 55. diſtinct. 97. Rocch. de Curt. in verb. *bonorificum*, num.8. & ſeq. de Jurepatr. Sed quicquid ſit in aliis Regularibus, ſecus eſt in Canonico Regulari, ut dicit eadem deciſ.262. qu. 5. de Jurepatr. in nov. ut fuit tentum coram me 16.Novemb.1552. In una Meten. Parrochialis de Richeno.

Item D.Paulus Taparellus à Genolia Pedemontanus obtinuit anno 1602.
à Sacra Congregatione Concilii Tridentini

Decretum Illuſtriſſimorum, ac Reverendiſſimorum Dominorum Cardinalium
Congregationis Sacri Concilii Tridentini in favorem Canonicorum
Regularium Lateranenſium.

COngregatio Concilii cenſuit, decretis ejuſdem Concilii, Canonicorum Regularium non prohiberi obtinere Beneficia Curata ſecularia, niſi fuerit ex his translatis, de quibus habetur Decreto cap.11, ſeſſ.14;

Hieron.Card.Mattheius.

Locus Sigilli.

Collatio Præpoſituræ Cornegliani Parochialis D.Valerio Albenſi Inſubri,
per Sanctiſſimum Dominum noſtrum Clementem VIII.

CLEMENS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili Fratri Epiſcopo Amerin. et dilectis Filiis Vicariis Venerabilium Fratrum noſtrorum Aſten. et Aquen. Epiſcoporum in ſpiritualibus generalibus ſalutem, et Apoſtolicam benedictionem. Hodie dilecto Filio Valerio de Rodda Canonico Monaſterii S.Andreæ Vercellarum, Ordinis S.Andreæ Vercellarum Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium Congregationis Lateranenſis, Parochialem Eccleſiam Sanctorum Galli, et Nicolai loci Cornegliani Aſten. Diœceſis, tunc per reſignationem dilecti filii Pauli Æmilii Angelerii, nuper Rectoris dictæ Eccleſiæ de illa, quam tunc obtinebat in manibus noſtris ex cauſa permutationis ſpontè factam, & per nos admiſſam, vacantem, Apoſtolica auctoritate contulimus, & de illa etiam providimus, prout in noſtris indè confectis litteris pleniùs continetur. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, ſi & poſtquam dictæ litteræ vobis præſentatæ fuerint per vos, vel alium, ſeu alios, eumdem Valerium, vel Procuratorem ſuum ejus nomine, in corporalem poſſeſſionem Eccleſiæ, ac annexorum, juriumque, & pertinentiarum prædictarum inducatis auctoritate noſtra, & defendatis inductum, amoto exindè quolibet detentore: Facientes eidem Valerio de Eccleſiæ, ac annexorum eorumdem fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus univerſis integrè reſponderi: contradictores auctoritate prædicta, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus omnibus, quæ in dictis litteris voluimus non obſtare, ſeu ſi Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Aſtenſi, vel quibusvis aliis communiter, aut diviſim, ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi

men-

mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1602. Idibus Decembris, Pontificatus noſtri Anno XI.

De. C. Valentinus. V. Ulpius.
M. de Pirotia. C. Pamphilius.
V. Carlettus.
S. Iſquierdus.
E. Loccius.
Pendet plumbibullium.

AScanius Aſiuarius Præpoſitus Eccleſiæ Cathedralis, Multum Illuſtris, & Reverendiſs. in Chriſto Patris, & DD. Joaunis Stephani Epiſcopi Aſtenſis, & Comitis, ejusque Curiæ, & Menſæ locumtenens, cum facultate Vicarii Generalis, & in hac parte Apoſtolicus Executor Dilecto nobis in Chriſto Reu. Rectori loci Publiciorum feudi, & Diœc. Eccleſiæ Aſten. Vicario Diœceſano, in hac parte Commiſſario ſpecialiter deputato. Salutem in Domino, viſis Bullis Apoſtolicis à Sanctiſs. Domino noſtro Clemente Papa VIII. obtentis à M. Reu. Patre D. Valerio Rodda Canonico Regulari S. Auguſtini Lateranen. Proviſionis Eccleſiæ Parochialis, ſub titulo Sanctorum Galli, & Nicolai, loci Cornegliani Diœc. Aſtenſis Præpoſituræ nuncupatæ in forma gratioſa expeditis, una cum aliis Bullis, ſive litteris ejuſdem Sanctiſs. Domini noſtri nobis directivis, ſub Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1602. Idibus Decembris Pontificatus ejuſdem Anno XI. cum ſigillo plumbeo, & cordula canapis, ipſis nobis directis, & gratioſis Rubei, aureique colorum impenden. more Romanæ Curiæ ſic inſtante ipſo Reu. P. D. Valerio Præpoſito, tibi committimus, & mandamus, quatenùs attenta ipſarum Bullarum nobis facta præſentatione ad prædicta loca accedendo, eundem in realem, actualem, ac corporalem poſſeſſionem bonorum, juriumque, & pertinentiarum ad ipſam quomodolibet ſpectantium, attenta conſecutione Præpoſituræ Inciſiæ facta à M. Rev. D. Paulo-Æmilio Angelerio Rectore ex permutatione pœnas immittas, aſſocies, ac inducas, poſitumque, ac immiſſum manuteneas, ac defendas pro poſſe, Notario legali aſſumpto, demumque facias, quæ ex forma dictæ noſtræ commiſſionis habentur, amoto quolibet illicito detentore, & occupatore, ſi exiſtit, dantes tibi in præmiſſis, & circa ea cum ſuis dependentiis univerſis, auctoritate opportuna, quam tibi ſubdelegamus. In quorum fidem &c.

Datum Aſtæ die 22. menſis Martii 1603.

Aſcanius Aſinarius Vicarius Gen. & in hac parte Apoſt. Executor.

Pro ſigillo plumbeo dictis litteris appenſo.

Collatio Parochialis Vimodroni, per bo. me. Carolum Borromeum Cardinalem Archiepiſcopum Mediolanenſem D. Theophilo de Variſiis, facta.

AVdoenus Ludovicus J. U. D. utriuſque Signaturæ Sanctiſſimi Domini noſtri Referendarius Archidiac. Cameracenſis Illuſtriſs. & Reverendiſs. Domini, Domini Caroli Tit. S. Praxedis S. R. E. Presbyteri Card. Archiepiſcopi Sanctæ Eccleſiæ Mediolanenſis Vicarius Generalis. Dilecto nobis in Chriſto Reverendo Don Theophilo Variſio de Triviglio Canonico Regulari Congregationis Lateranen. Salutem in Domino. Inter cætera, quæ pro injuncti nobis officii debito præſtare cupimus, illud præcipuè nobis cordi eſt, ut Parochialibus Eccleſiis, quibus de Rectoribus per nos providendum eſt, tales præficiamus, qui officio, & miniſterio Curæ Animarum, quod omnium graviſſimum eſt, laudabiliter ſatisfaciant. Cum itaque ſicut accepimus Parochialis Eccleſia S. Remigii Vicemodroni Pleb. Secrati Mediolanen. Diœceſ., quàm aliàs Ven. Presbyter Joannes Bonarottus illius ultimus poſſeſſor obtinebat, per reſignationem ejuſdem Joannis in manibus noſtris ſponte, & liberè factam, ac per nos admiſſam nuper vacaverit, & ad

præſens

præſens vacet. Nos eidem Eccleſiæ, ac animabus illi ſubditis, de idoneo Rectore providere volentes, tibi facultatem à Rev. Generali tuo ſuſcipiendi beneficia Eccleſiaſtica etiam in hac Diœceſi habenti, qui à Reverendis Patribus Examinatoribus in Synodo Diœceſana Mediolanen. deputatis, in concurſu juxta Sacri Concilii Tridentini præſcriptum, examinatus moribus, & doctrina ad hanc Parochialem Eccleſiam regendam, ejuſque curam per te ipſum gerendam, idoneus nobis renunciatus fuiſti, & quem nos ipſi præ cæteris, qui ad eamdem idoneis nobis renunciati fuerunt delegimus, Parochialem Eccleſiam prædictam, cum illi forſan annexis, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſuis univerſis conferimus, & aſſignamus, deque illa te coram nobis propter hoc flexis genibus humiliter conſtitutum, & acceptantem per bireti capiti tuo impoſitionem inveſtimus. Quo circa univerſis, & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis, Notariiſque, ac Tabellionibus publicis Civitatis, & Diœceſis Mediolanenſis in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac ſub pœnis, & cenſuris contra Inobedientes Superiorum mandatis à jure inflictis, & arbitrio noſtro infligendis, per præſentes præcipimus, & mandamus, ut cum pro parte tua vigore præſentium requiſiti fuerint, vel eorum aliquis requiſitus fuerit, ad ipſam parochialem Eccleſiam perſonaliter accedere, teque vel procuratorem tuum pro te in corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem parochialis prædictæ, ac omnium illi annexorum, juriumque, & pertinentiarum prædeceſſorum, ſervatis ſervandis inducant auctoritate noſtra, & defendant inductum amoto exindè quolibet illicito detentore, quem nos etiam harum ſeriè amovemus, & denuntiamus motum, fictabilibus verò Colonis, & aliis arrendatariis de parochialis prædictæ, ac omnium illi annexorum, juriumque, & pertinentiarum prædictorum fructbus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus univerſis integrè tibi, vel procuratorio legitimo, debito tempore reſpondeant, ac ab aliis quantum in ſe fuerit reſponderi faciant. In quorum fidem præſentes manu noſtra ſignatas, & per infraſcriptum Cancellarium Archiepiſcopalem ſubſcriptas, ſigillique Archiepiſcopalis S.Ambroſii munitas fieri juſſimus. Dat. & act. Mediolani in Palatio Archiepiſcopali, Anno à Nativitate Domini 1584. 4. Idus Januarii, Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris, et Domini noſtri D. Gregorii, Divina providentia Papæ XIII. Anno XII. præſentibus Reverendiſs.D.Jo.Andrea Pionnio Sac.Theologiæ Doct., et D.Jo.Petro Gluſſiano Doctore, teſtibus idoneis ad præmiſſa omnia, et ſingula tactis, atque ſpecialiter rogatis.

Avdoenus Ludovicus VicariusGen.

M.Ant.Bellinus Med.at.Can.Ord.Cancell.Archiep.

Sanctiſſimi Domini Noſtri Pij Papæ V. pro Canonicis S. Georgij in Alega Venetiarum.

PIUS Papa V. Motu proprio &c. Cum dilecti filii Rector Generalis, & Canonici Congreg. Canonicorum ſecularium S. Georgii in Alega Venetiarum, qui in eorum Capitulo, in Monaſterio S. Salvatoris in Lauro de Urbe, Congregationis hujuſmodi noviſimè celebrato, tanquam noſtri, & hujus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ obedientiæ filii, præcepto per nos eis facto, quòd profeſſionem Regularem, ut juxta eam, qui in hujuſmodi Congregatione de cætero degere vellent profiterentur acceptarent, obtemperando debita cum reverentia acceperunt in eorum Monaſteriis ſive domibus religioſè, & laudabiliter; prout hactenus vixerunt de cætero vivere, & gratum Altiſſimo famulatnm reddere intendant.

Nos, ut Rector Generalis, & Canonici ipſi, eorum laudabile propoſitum proſequi, & in pace, & tranquilitate, & juxta eorum inſtituta vivere poſſint, eos confovere, & amplecti, ac omne impedimentum Rectori Generali, & aliis Superioribus, ac Canonicis ipſius Congregationis de medio tollere, eoſque favoribus, & gratiis proſequi volentes, Motu ſimili, Rectorem Generalem, & Canonicos

nunc,

nunc, & pro tempore exiſtentes, ac Congregationem hujuſmodi, ſub noſtra, & Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentium, ac dictæ Sedis protectione ſuſcipimus, & omnem aliam protectionem etiam de Rectoris Generalis, & Canonicorum ipſius Congregationis cenſenſu, aut abſque eo per nos, vel prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices hucuſque, & de perſona cujuſcunque Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis nunc viventis, cujus nomen, & denominationem, hic pro expreſſis haberi volumus, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac facultatibus factum revocamus, ac omnem facultatem auctoritatem, & ſuperioritatem auferimus, ac quicquid à Rectore Generali, & Patribus capitibus Congregationis hujuſmodi nuncupatis, factum, ſeu diffinitum fuerit obſervari volumus, ac perpetuò punimus, & ordinamus, necnon Rectorem, & Canonicos hujuſmodi, omnes alios Fratres Religioſos quorumcunque, etiam Mendicantium, & aliorum Ordinum, quos ipſi Rector Generalis, & Canonici in proceſſionibus, & aliis actibus publicis hactenùs præceſſerunt, de cætero in eiſdem proceſſionibus, ac quibusvis actibus publicis, & privatis præcedere volumus, & pariter decernimus, & declaramus. & infra,

Inſuper omnes, & ſingulas Conſtitutiones, ac ritus, & mores, aliaque Regularia Inſtituta Congregationis hujuſmodi, quæ Sacri Tridentini Concilii decretis contraria non ſunt, ac Privilegia, conceſſiones, gratias, & indulta ipſi Congregationi, illiuſque Rectori Generali, & Canonicis per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem Apoſtolicam principaliter, ſive per viam communicationis, aut alios quomodolibet conceſſa, eorum omnium tenores præſentibus pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, ex certa noſtra ſcientia, ſimili Motu confirmamus, ac de novo concedimus, necnon etiam omnia alia per ipſos prædeceſſores, ac nos quibuſvis Ordinibus, & Religionibus, etiam Fratrum Mendicantium, quomodolibet hucuſque conceſſa, ac quæ de cætero concedentur, eiſdem Rectori Generali, & Canonicis, ac Congregationi hujuſmodi, gratioſè concedimus, ac confirmata, & conceſſa eſſe volumus, ac omnia etiam per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & nos, ac etiam per quoſcumque etiam in forma Brevis litteras, in contrarium præmiſſarum, ſeu in ipſis Congregationis, & Privilegiorum eidem conceſſorum præjudicium, quomodolibet hucuſque conceſſa eorum omnium, ac quarumcumque litterarum, etiam in forma brevis, ac Motu proprio, vel alias quomodolibet conceſſas, tenores, ac ſi de verbo ad verbum, &c. Non obſtantibus &c.

Datum Romæ apud S. Petrum 3. Kal. Decembris Pontific. Anno IV. 1569.

Sanctiſſimi Domini Noſtri Pauli Papæ III. pro Clericis Regularibus Congregationis S. Pauli Decolati.

PAULUS Epiſcopus &c. Dilectis filiis Antonio Mariæ de Zachatiis, &c. Dudum fœlicis recordationis Clementi Papæ VII. &c.

Necnon, ut omnibus, & ſingulis Privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, Indulgentiis, facultatibus, libertatibus, auctoritatibus, indultis, favoribus, conceſſionibus, & gratiis ſpiritualibus, & temporalibus, quibus potiuntur, & gaudent, ac in futurum potientur, & gaudebunt Canonici Regulares Congregationis Lateranenſis, ac perſonæ, & loca eorum, quorum tenores pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus, itaut litteræ Apoſtolicæ ſuper iiſdem privilegiis conceſſis, vel pro tempore concedendis, mutatis dumtaxàt nominibus ad libitum expediri poſſint &c.

Datum Romæ apud S.Marcum Anno Incarnationis Dominicæ 1535. Kalen. Auguſti Pontificatus Anno I.

F. Soderinus in calce.

Gregorius XIII. conceſſit eidem Congregationi S. Pauli Decolati ſuo motu proprio, ſub Dat.Idus Martii Pontific. anno XIII. ne proceſſionibus, aliiſve actibus publicis

Digitized by Google

publicis intereſſe tenerentur, neu ad eas inviti compelli poſſent ex quibuſcumque cauſis. Eas verò litteras ſupervenientes Pontificis obitu expediri juſſit ſucceſſor. Sixtus V. 1585. Kalen. Maii Pontificatus Anno I.

A Sixto V, 8. Idus Januarii 1586.

DIE profeſſionis, conceditur profitenti Indulgentia plenaria, et peccatorum remiſſio.

Item in feſto Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli 111. Kal. Julii, conceditur Indulgentia plenaria confeſſis, ſacramque ſinaxim ſumentibus, & pro Principum concordia, Hæreſum extirpatione, Eccleſiæ Sanctæ exaltatione orantibus.

Iiſdem in articulo mortis pœnitentibus, et confeſſis, communioneque ſacra refectis, vel ſaltem contritis, ſi cætera præſtare nequeant, Indulgentia plenaria, ſi ore, vel corde dixerint: *Jeſu miſerere mei.*

Viſitationis quoque tempore, Præpoſitus Generalis, & Viſitatores, finita viſitatione, elargiri poſſunt Indulgentiam plenariam Collegialibus omnibus contritis, confeſſis, & communione refectis.

SS. D. N. Pauli Papæ III. pro RR. Clericis Regularibus almæ Societatis Ieſu.

Facultas abſolvendi Laicos à caſibus etiam reſervatis.

PAULUS Papa III. Dilecti filii, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cùm inter cunctas ſolicitudines noſtras, quibus nos præmit Paſtorale officium, illa ſit præcipua, ut gregi Dominico Nobis ſuperna diſpoſitione commiſſo, animarum cura non deſit, ne illum antiquis ſerpens humano generi inimicus indefenſum, & impreparatum invadat. Attendentes igitur ad fructus uberes, quos in domo Domini hactenus produxiſtis, & producere non deſinitis, veſtræ Religionis integritate, ſcientiæ, doctrinæ, moribus, & experientiæ plurimum in Domino confidentes, vobis, quos aliàs Societatem veſtram Dei Jeſu approbandam, confirmando, & benedicendo, atque perpetuæ firmitatis munimine roborando, ſub Apoſtolicæ Sedis protectione ſuſcipimus, & cuilibet veſtrum, qui ad hoc munus idoneus repertus, & per veſtrum Societatis Præpoſitum pro tempore exiſtentem deputatus fuerit in quibusvis Eccleſiis, & locis, atque Plateis communibus, ſeu publicis, & aliàs ubique locorum, Clero, & Populo verbum Dei prædicandi, proponendi, & interpretandi, ac eos viam veritatis edocendi, & ad benè, beatèque vivendum, itaut in vobis verbo patiter, & exemplo ædificentur, in Domino hortandi, & monendi. Necnon illis ex vobis, qui Presbyteri fuerint quorumcumque utriuſque ſexus Chriſtifidelium, ad vos undique accedentium confeſſionibus diligenter auditis, ipſos, & eorum ſingulos ab omnibus, & ſingulis eorum peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis quantumcumque gravibus, et enormibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, et à quibusvis ex ipſis caſibus reſultantibus ſententiis, cenſuris, et pœnis Eccleſiaſticis, (exceptis contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini ſolita eſt legi) abſolvendi, atque eis pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem injungendi, nec non vota quæcumque per eos pro tempore admiſſa, ultramarinis, viſitationis liminum Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum de Urbe, ac S. Jacobi in Compoſtella, necnon Religionis, et caſtitatis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutandi &c.

Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 3. Julii Anno Domini 1545. Pontificatus noſtri Anno XI.

P. Bembus.

Sanctiſs: D: noſtri Urbani Papæ II: Abbati Monaſterii Cavenſis conceſſio pro Eccleſiis conſtruendis Cruce ſignandis Pontificalibusq; exercendis:

URBANUS Epiſcopus &c. Cum univerſis Sanctæ Eccleſiæ Presbyteris pro Sedis Apoſtolicæ auctoritate &c.

Concedentes et dicto præfato confirmantes, ut tam, tu quàm ſucceſſores tni per Terras tui Mouaſterii habitas, et habendas liberè poſſis Eccleſias conſtruere cum Cruce ſignare, aliaque Pontificalia, et ſpiritualia exercere; Sacrorum Ordinum collatione, Baſilicarum, et Altarium Conſecratione, ac Chriſmatis confectione tibi, tuiſque ſucceſſoribus dumtaxàt abdicata poteſtate. Siquis autem contra hanc noſtri decreti auctoritàtem venire tentaverit [ſalva Sedis Apoſtolicæ, et Legatorum ejus reverentia, et dignitate] ſcait ſe Beati Petri Apoſtoli gratiam ammiſſurum, et indignatione Apoſtolica feriendum. Obedientes verò &c.

Datum Salerni per manus Joannis S.R.E. Diaconi Cardinalis 18. Kal.Octob. 15.Indict. Anno Dominicæ Incarnationis 1092. Pontificatus Anno V. ſubſcripta à duobus Cardinalibus.

Hic Poutifex antea D. Otho natione Gallus, Canonicus Regularis Lateranenſis poſtea Monachus in Monaſterio converſi inito Pontificatu, ſcripſit ad Abbatem S.Ruffi Can. Regul. expreſsè præcipiens, ne quis deinceps Regularis Cauonicus, ad Monachos tranſiret.

SS. D. N. Eugenii Papæ IV. pro Vener. Congregatione S. Iuſtinæ Caſſinenſi.

EUGENIUS Epiſcopus &c. Etſi Monaſteria piaque loca ſingula &c.

Prælati juxta Congregationis Ordines electi, nominati, ſi abſque Sedis Apoſtolicæ, vel alterius proviſionis ſive diſpoſitionis adminiculo, & præter hoc, quod eis propterea munus benedictionis impendatur, ipſis Monaſteriis, & Prioratibus ad quæ ſi electi ſive nominati fuerint præeſſe, ac illa in hujuſmodi ſpiritualibus, & temporalibus regere, & gubernare, necnon omnia, quæ per Abbates, & Priores aliorum Monaſteriorum, & locorum dictæ Congregationis, juxtà illius ſtatuta, & ordinationes hujuſmodi fieri poſſunt, facere, & exercere libere, & licitè valeant &c.

Datum Florentiæ Anno 1434. 3. Idus Januarii Pontificatus anno IV.

PIUS PAPA IV.

Dilectis filiis Præſidenti Viſitatoribus Congregationis Caſſinenſis, alias S. Juſtinæ de Padua, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

SEdis Apoſtolicæ circumſpecta benignitas Devotorum conſuevit juſtis annuere votis,& his quæ Divini cultus reſpiciunt augmentum, animarumque ſalutem libenter intendere. Exhibita ſiquidem Nobis pro parte veſtra petitio continebat, quòd cum in diverſis Monaſteriis, necnon locis Regularibus veſtræ Congregationis Caſſinenſis, aliàs S. Juſtinæ de Padua: diverſa Altaria, Cappellæ, Cappellaniæ, & alia pia loca in dies erigantur, & ſepè creſcente numero Presbyterorum Religioſorum ejuſdem Congregationis, Altaria benedicta deficiant. Nos volentes commoditati Religioſorum dictæ Congregationis, ac eorum devotioni in præmiſſis opportunè conſulere, ipſam Congregationem favoribus, & gratiis proſequi: eidem Congregationi, & ſingulis illius Abbatibus, pro tempore exiſtentibus, qui licèt quinquennales ſint, nihilominus ex Privilegio Apoſtolico eidem Congregationi conceſſo Baculo Paſtorali, ac Mitra Pontificali, in Eccleſiis Monaſteriorum, in quibus Abbates pro tempore depu-

deputati exiſtunt, uti, & benedictionem Pontificalem poſt Divina officia Chriſtifidelibus inibi exiſtentibus elargiri conſueverunt, quoſcumque lapides marmoreos, vel prophirios, vel alios, ad uſum Altarium portatilium accommodandos, pro uſu quorumcunq; utriuſque ſexus d. Congregationis Monaſteriorum, Prioratuum, & Eccleſiarum, & aliorum locorum piorum, ſuper quibus intra clauſtra eorundem Monaſteriorum, & Prioratuum, ſeu ſepta Eccleſiarum, & aliorum piorum locorum, hujuſmodi dumtaxat, Miſſæ celebrari poſſunt conſecrare, & benedicere, Ordinariorum locorum licentia deſuper minimè requiſita, liberè, & licitè valeant, plenam, & liberam licentiam, & facultatem, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Decernentes conceſſionem, & indultum hujuſmodi, necnon præſentes litteras, ſub quibusvis, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, vel derogationibus, per nos, & quoſcunque Rom. Pont. prædeceſſores, & ſucceſſores noſtros quomodolibet factis, vel faciendis, nullatenus compræhenſas, ſed ſemper exceptas ab illis exiſtere, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, & de novo conceſſas eſſe, non obſtantibus quibusvis etiam revocatoriis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis per nos, & per quoſcunque Cancellariæ regulas æditis, & ædendis cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatoris die 6. Iulii 1565. Pontific. noſtri anno VI.

Cæſar Glorierius.

Alexander Farneſius miſeratione Divina Epiſcopus Hoſtienſis.

SAcri Collegii Illuſtriſſimorum, et Reverendiſſimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium, Decanus Cardinalis Farneſius nuncupatus, et ejuſdem S.R.E. ViceCancellarius, necnon Venerab. Congregationis Monachorum Caſinenſium, aliàs S. Juſtinæ de Padua Ordinis S. Benedicti Protector, univerſis, et ſingulis has noſtras inſpecturis fidem indubiam facimus, et in verbo veritatis atteſtamur; qualiter Sanctiſſimus in Chriſto Pater, et Dominus noſter, Dominus Sixtus Divina Providentia Papa V. in Audientia Conſiſtoriali die duodecima præſentis menſis, nobis acconſentienribus, præſtantes, et numquam ſatis laudatas Vitæ Regularis, et morum exemplarium dotes, necnon doctrinæ congruentis abundè ſufficientiam, quibus omnibus Reverendiſſimi Patres Abbati ejuſdem Congregationis Caſinenſis tam nunc, quàm in futurum exiſtentibus, perpetuò, etiamſi ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis, ad id examinati non fuerint, et approbati. Vivę vocis oraculo ſuę Beatitudinis hac de re nobis ſpecialiter, et expreſsè facto benignè annuit, et conceſſit, ut Chriſtifidelium quorumvis utriuſque ſexus tam Laicorum, quàm Clericorum, ad eos ſpontè quantumque accedentium, confeſſiones diligenter audire, nec non ipſos, poſtquam ore confeſſi fuerint, et corde contritos eſſe adinvenerint, ab omnibus et ſingulis eorum peccatis, et exceſſibus, ſi id humiliter petierint, quemadmodùm alii Catholici Sacerdotes Confeſſarii examinati, ut præficitur, et approbati, poſſint miſericorditer in Domino abſolvere, et pro Commiſſis et erratis, pænitentiam ſalutarem ipſis injungere, valeant. Nobis quoque injungens, ut hac de re noſtras Patentes litteras hujuſmodi confici curaremus, quas in fide præmiſſorum, manu propria ſubſcriptas per Secretarium noſtrum pariter ſubſcribi, ſigilliq; noſtri appenſione muniri mandavimus.

Datum Romæ in Palatio noſtrę Reſidentię, apud S. Laurentium in Damaſo ſub Anno à Nativitate Domini 1585. Indict. XIII. die 30. Novembris Pontificatus ejuſdem Sanctiſs. Domini noſtri Domini Sixti V. Anno I.

A. Card. Farneſius Protector.

Locus ſigilli.

Franciſcus Linus Secret. &c.

Sanctiſſimi Domini noſtri Sixti Papæ IV. Indulgentiæ conceſſæ Reverendis Monachis Carthuſienſibus.

SIXTUS Epiſcopus &c. Ad fructus uberes &c. Concedimus, ut viſitando majus, et alia Altaria conſiſtentia in ambitu Eccleſię domus in qua eos pro tempore degere contigerit, et ante quodlibet Altare eorumdem genibus flexis Pſal. *Miſerere*, ſeu Illiterati, ſeptem Orationes Dominicas, et totidem Salutationes Angelicas devotè recitando, et verè pœnitentes, et confeſſi eaſdem prorsùs Iudulgentias, et paccatorum remiſſiones, etiam plenarias conſequantur, quas conſequerentur, ſi alias Baſilicas conſiſtentes in Urbe, aut alia Civitate, Terra, Caſtro, Villa, ſeu alio loco Diœceſis ejus, in qua Altaria viſitarunt perſonaliter viſitaſſent, et omnia illa feciſſent, quę ad conſecutionem Indulgentiarum hujuſmodi forent quomodolibet opportuna.

Item conceſſit eidem Congregationi Carthuſianę Indulgentiam plenariam in feſto Nativitatis Beatę Marię ſemper Virginis, pro qua obtinenda voluit eos per ejuſdem Ordinis Confeſſarios poſſe abſolvi in omnibus caſibus, etiam Sedi Apoſtolicę reſervatis, ſemel dumtaxat in anno, et hęc gratia publicata fuit per Laurentium Patriarcham Antiochenum, Epiſcopum Tarviſinum, et Urbis Gubernatorem die 7.Maii Anno Domini 1477. Indict.VII.Pontificatus Anno VII.

Sanctiſs.Domini noſtri Papæ IV. Facultas abſolvendi in foro conſcientiæ ampliſſima Carthuſienſibus conceſſa.

SIXTUS Epiſcopus &c. Ac fructus uberes &c. et ut ipſi Priores, et Frattes, qui nunc ſint, et pro tempore erunt dicti Ordinis, conſcientię pacem, et Animę ſalutem, Deo proprio poſſint, ut optant facilius adipiſci, et Indulgentias hujuſmodi conſequi. Majoris Carthuſię, et aliis quinquaginta Prioribus Domorum dicti Ordinis deputatis, ad abſolvendum perſonas dicti Ordinis, in ſingulis etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis caſibus, et cum eis diſpenſandum ex cedula fel.rec. Eugenii Papæ IV. prędec. noſtri, eis ad tempus conceſſa, et pet nos approbata, et extenſa, petſonas dicti Ordinis tam ad effectum Indulgentiarum hujuſmodi, quàm aliàs in ſingulis etiam hęreſibus, et injectionibus manuum in Prælatum alterius Ordinis, et homicidii etiam voluntarii, ac mutilationis membrorum caſibus in foro conſcientiæ dumtaxat, de abſolutionis beneficio, et opportuna diſpenſationis gratia, auctoritate noſtra, perpetuis futuris temporibus providendi, ita tamen, quod ſuper Irregularitate contracta pro homicidio voluntario circa Altaris miniſterium dumtaxat diſpenſent.

Datum Romę apud S.Petrum Anno 1461. 17.Kal.Aprilis Pontific.Anno XI.

Sanctiſs. Domini noſtri Papæ IX. facultas conceſſa Abbati Generali Montis Oliveti, abſolvendi Subditos ab omnibus ſummo Pœnitentiario reſervatis, cum auctoritate delegandi Vicario ſuo, & Viſitatoribus.

BONIFACIUS Epiſcopus ſervus etc. Eximię devotionis etc. tibi, tuiſque ſucceſſoribus abſolvendi auctoritate Apoſtol. quoties opus fuerit omnes, et ſingulos Monachos, etiam in omnibus, et ſingulis caſibus, in quibus Pœnitentiarius Romanæ Eccleſię ex ſuo officio abſolvere poteſt, injuncta eiſdem pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, et aliis, quę de jure fuerint injungenda, et inſuper hujuſmodi abſolutionem committendi Vicario ſuo, vel dictorum ſucceſſorum tuorum pro tempore exiſtentium,

ac Viſitatoribus, qui erunt pro tempore, liberam tenore pręſentium licentiam, et auctoritatem plenariam elargimur.

Datum Romę apud S. Petrum 6. Kal. Febr. Pontif. Anno I. 1389.

Sanctiſſimi Domini noſtri Gregorii Papæ XIV: extenſio omnium Gratiarum Regularium Ordinibus conceſſarum, ad Ven: Congreg: Camaldulenſium:

GREGORIUS Papa &c. Ex injuncto nobis deſuper &c. Ac prætereà volentes, eoſdem Generalem, Viſitatores, Priorem, Eremi, necnon Congregationis ejuſdem Eremi, ac S. Michaelis vè Murano, ac Ordinem prędictum Camaldulenſem, amplioribus favoribus, & gratiis proſequi eiſdem Generali, Viſitatoribus, Priori, Monaſteriis, Domibus, & locis Ordinis, & Congregationis prædictæ omnia, et ſingula privilegia, pręrogativas, conceſſiones, juriſdictiones, cautelationes, favores, facultates, declarationes, depoſitiones, immunitates, exemptiones, indulta, cujuſcumque generis exiſtentia, necnon Indulgentias etiam plenarias, ac peccatorum remiſſiones, cęteraſque gratias ſpirituales, et temporales, quibusvis aliis Regularium Congregationum Ordinibus, eorumque Monaſteriis tam Virorum, quàm Mulierum, eorumque Generalibus, Abbatibus, aliiſque Superioribus, et perſonis eorumdem, in quibuſcumque Mundi partibus exiſtentibus, aliàs quomodolibet conceſſa, et concedenda, ac quibus de jure, uſu, conſuetudine, vel privilegio, aut conceſſione Apoſtolica, Regia, Imperiali, Archiepiſc. Epiſcopali in genere, vel in ſpecie, tam conjunctìm, quàm diviſim, etiam per viam communicationis, et extenſionis aliàs quomodolibet utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere quomodolibet poſſunt, et poterunt in futurum, etiam ſi talia ſint, vel fuerint, quę ſpecialem, et individuam requirerent mentionem, ſeu in pręſentibus de verbo ad verbum inſertionem, et ſeu particularem conceſſionem eiſdem auctoritate, et tenore, perpetuò communicamus, extendimus, & concedimus, ita quòd iidem Generalis, Viſitatores, Monaſteria, & loca prædicta, ut præfertur, ac eorum Prælati, Fratres, & perſonæ prædictæ, ac eorum res, & bona ſub eorum cura, & ſecundum ejuſdem Congregationis inſtituta, nunc, & prò tempore viventes, & exiſtentes, præmiſſis omnibus, & ſingulis. Æque pariformiter, & abſque ulla penitùs differentia, perindè, ac ſi illis, & eorum ſingulis perſonaliter, & ſpecialiter, & expreſsè, ac nominatim, necnon ad inſtar conceſſa eſſent, in quantum eidem Congregationi expediat, dummodò ejuſdem Congregationis Regularibus Ordinibus, ejuſque gubernio, Privilegiis, Conſtitutionibus, & Diffinitoribus non adverſentur, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè poſſint, & valeant &c.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo piſcatoris. Die 24. Septemb. 1591. Pontificatus noſtri Anno I.

SS. D. N. Urbani Papæ IV. pro Sacro Ordine Prædicatorum.

URBANUS Epiſcopus &c. Qui ex Apoſtolici cura &c. Veſtris ſupplicationibus inclinati, ut ſi aliqui votis aliquibus ſunt aſtricti, qui in Ordine veſtro habitum Religionis aſſumunt, vota hujuſmodi, & pœnitentias eis impoſitas, cum profeſſionem in ipſo Ordine emittunt, dummodo vota ipſa non fuerint de tranſeundo ad Ordinem obſervantiæ arctioris, Magiſter, & Priores ipſius Ordinis, qui pro tempore fuerint, ac vices eorum gerentes, poſſint in obſervantias ejuſdem Ordinis commutare, vobis auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergò hominum &c.

Datum Viterbii Idibus Januarii. Pontific. noſtri Anno I.

In

In Bulla Aurea Sixti Papæ IV. pro Ordinibus R. R. Prædicatorum, ac Minorum. inter cætera hæc verba leguntur.

POſtremò, quia Prædicatorum, & Minorum Fratrum prædictorum Ordinum profeſſores, pro Fidei Catholicæ dilatione, incremento, & defenſione continuè indefeſsè laborant, & eorum exemplari vita, prędicationibus verbi Dei, audientia confeſſionum, ſana doctrina, aſſidua Sacrarum Litterarum inſtructione, & devota Divinorum Officiorum celebratione, Hęreticorum extirpatione, aliiſque innumeris piis operationibus, præ cęteris Ordinum Mendicantium profeſſoribus, fructus in Eccleſia Dei ſalutares copioſiùs attulerunt hactenùs, & continuè afferre, non ceſſant, atque allaturos in futurum Deo propitio ſpe firma tenemus, & propterea convenit, ut ipſi præ cæteris ampliores favores,& gratiarum prærogativas à præfata Sede recipiant, & reportent, aliorumque Ordinum Mendicantium Indultis, & privilegiis apud Sedem pręfatam gaudeant,nè in illis inferiores eſſe videantur omnes,& ſingulas gratias, conceſſiones, Indulgentias, & peccarorum remiſſiones, immunitates, exemtiones, facultates, privilegia, & Indulta ſpiritualia, & temporalia, qualiacumque ſint, Eremitarum S. Auguſtini, & Carmelitarum, ac Servorum Beatę Mariæ Fratrum Ordinibus, & illorum Eccleſiis, Oratoriis, & Domibus, Prioribus, Fratribus, & Sororibus, Converſis, & Oblatis, ac utriuſque ſexus perſonis de pœnitentia nuncupatis, à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus prædictis, & à nobis, aut aliis auctoritatem habentibus; quę omnia, ac ſi nominatim exprimerentur, haberi hìc volumus pro ſufficienter expreſſis, conjunctìm, vel diviſìm in genere, vel in communi conceſſa eiſdem, & eorum cuilibet Prædicatorum, & Minorum Fratrum Ordinibus, Domibus, Eccleſiis, Oratoriis, Generali Magiſtro, Miniſtro, Prioribus, & Miniſtris Provincialibus Conventualibus, Prioribus, Guardianis, Sororibus, Oblatis, Converſis, & utriuſque ſexus tertii Ordinis, ſeu de pœnitentia nuncupatis, & aliis eorundem Ordinum perſonis, de novo concedimus, & in eis locum habere volumus, ac ſi eiſdem nominatim directè, & expreſsè conceſſa fuiſſent. Mandantes etiam motu, & ſcientia prędictis, ut dum privilegiorum, Indulgentiarum, prærogativarum, conceſſionum, exemptionum, immunitatum, facultatum, & Indultorum, dictorum Fratrum Heremitarum S. Auguſtini, Carmelitarum, et Servorum Sanctæ Mariæ originales litteræ, ſeu tranſumpta authentica ex illis, pro, & in favorem Eccleſiarum, Domorum, & Fratrum Prædicatorum, & Minorum Ordinum adducerentur, vel exhiberentur, eadem ſides indubia adhibeatur tam in judicio; quàm extra judicium, & aliis locis, quibus opus fuerit, ac ſi pro, & in favorem dictorum Ordinum Eccleſiarum, Domorum, & Fratrum Prædicatorum, & Minorum à Sede Apoſtolica emanaſſent, ac eis, & cuilibet ipſorum fuiſſent immediatè conceſſæ. Dat. Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1479. 7. Kalen. Auguſti Pontificatus Anno VIII.

SS. D. N. Clementis Papæ VIII. Diffinitiva ſententia, qua Sacrum Ordinum Prædicatorum, à Divo Dominico Canonic. Reguiar. ſub Divi Auguſtini Regula inſtitutum. Quibuſcunque Ordinibus præponendum declarat, antiquis Monachalibus exceptis, ubi Clericales Ordines nullatenus recenſentur, quod diverſæ ſpeciei cenſeantur.

CLEMENS Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Romanum Pontificem æqui, bonique aſſertorem decet litibus, & controverſiis quibuſcumque, inter Eccleſiaſticas perſonas vigentibus, [ut in vocatione ſua quietius Deo ſervire ſtudeant] finem perpetuum imponere; prout in Domino ſalubriter conſpicit expedire. Aliàs ſiquidem à nobis emanarunt

narunt litteræ, tenoris ſubſequentis, videlicet: Ad perpetuam rei memoriam. Regimini militantis Eccleſiæ, diſponente Domino præſidentes; circa ſtatum Religioſorum proſperè dirigendum, & ad ea removenda, quæ pium eorum propoſitum impedire poſſunt, intendentes iis, quæ propterea per prædeceſſores noſtros conceſſa ſunt, ut firmius ſubſiſtant, Apoſtolici muniminis præſidium propenſius impartimur, aliaque deſuper diſponimus, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire.

Cum itaque ſicut nobis nuper expoſitum fuit pro parte Fratrum Prædicatorum in Regnis Portugalliæ nonnullæ lites, cauſæ, & controverſiæ inter eoſdem Fratres Prædicatores, & Fratres Eremitas S. Auguſtini ſuper præcedentia, vel jure precedendi ortæ, & nonnullæ ſententiæ in illis partibus ad favorem dictorum Fratrum Prædicatorum, & contra Fratres Eremitas prædictos in cauſis hujuſmodi latę fuerint.

Nos conſiderantes Fratres ipſos Prædicatores primum digniorem, & honorabilem locum, inter cæterorum quorumcumq; aliorum Ordinum Mendicantium Religioſos obtinere, & attendentes eum Ritum, & Ordinem in Urbe obſervari, quod immediatè poſt antiquos Ordines Monachales ſubſequuntur Fratres Prædicatores, ac lites, cauſas, & controverſias hujuſmodi non modicum ſcandalum generare.

Ac de antiquitate, & præeminentia cujuslibet Ordinis Fratrum Mendicantium certiores facti, necnon pacem, & quietem inter eos confovere, et ſcandala removere paterno affectu zelantes; cauſarum hujuſmodi ſtatus, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & Collitigantium, eorumque jura, & prætenſiones, ac litterarum fel.rec. Pii V. prædeceſſoris noſtri, quæ incipiunt *Divina* ſub die 27. Auguſti, ac Pontificatus ſui Anno III. & aliarum quarumcumque deſuper confectarum, ac ſententiarum in cauſis hujuſmodi latarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, ipſaſque litteras Pii prædeceſſoris cum omnibus, et ſingulis in eis contentis clauſulis, decretis, et derogationibus, et ſingulis in eis contentis, clauſulis, decretis, et derogationibus approbantes, et confirmantes de conſilio Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. Eccl. Cardinalium, ſuper ſtatu Regularium deputatorum, et nobis attributa poteſtatis plenitudine, ac motu proprio, et ex certa ſcientia, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, lites, et cauſas ſupradictas, ac quaſcumque quæſtionum, et controverſiarum materias, ſi quæ deſuper, ubilibet in Romana Curia, vel extra eam, etiam in noſtro cauſarum Palatii Apoſtolici Auditorio in quibuſcunque inſtantiis inter quoſcumque etiam indeciſæ pendent, ad nos avocamus, et penitùs extinguimus, ac Fratribus aliorum quorumcumque Ordinum Mendicantium, ſeu Regularium ſuper his perpetuum ſilentium imponimus. Necnon ſtatuimus, et ordinamus in futurum, Ritum, et Ordinem in Urbe prædicta omnium capite, et in qua omnium Regimen ſervari conſuevit, et actù ſervatis ſervari ſolitum tam in ſeſſionibus, et Congregationibus quorumcumque Generalium, Provincialium, et Synodalium, Conciliorum, quàm proceſſionibus miniſteriis, et aliis actibus publicis, vel privatis in quibuſcumque Civitatibus, Oppidis, Terris, Caſtris, et aliis locis dicti Regni Portugalliæ ſervari debere, itaut dicti Fratres Prædicatores immediatè poſt antiquos Ordines Monachales in prædictis actibus ſubſequantur, et omnes alios Ordines tam Mendicantium, quàm Regularium præcedant, etiamſi illic Eccleſias, Domos, et Conventus primi habuerint, ſeu habeant, aut aliorum Ordinum Mendicantium, et Regularium Fratres, et Religioſi in eiſdem Civitatibus, et locis antiquiores pro tempore, eorumque Eccleſiæ, Capellæ, Domus, et loca Regularia, ibi primùm inſtituta fuerint.

Diſtrictè in virtute Sanctę Obedientiæ, et ſub excommunicationis majoris, eo ipſo incurrenda pœna omnibus, et ſingulis quorumcumque aliorum Mendicantium, et Regularium Ordinum pro tempore Religioſis inhibentes, ne de cætero præmiſſorum occaſione Ordinem Fratrum Prædicatorum hujuſmodi, illiuſque pro tempore Religioſos quoſcumque moleſtare, inquietare, perturbare, aut quoquo modo impedire audeant, ſeu præſumant.

Ac

Ac decernentes ſic in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores in quavis cauſa, & inſtantia, etiam per appellationem pendente judicari, & diffiniri debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam, quavis auct oritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quo circa univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, ac aliis Eccleſiarum Prælatis, & perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis in dicto Regno Portugalliæ exiſtentibus per Apoſtolica ſcripta mandamus,ut has noſtras litteras,& in eis contenta quæcumque inviolabiliter obſervent, & obſervari curent, & præcipiant auctoritate noſtra, ac ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel per alium, ſeu alios, ubi, quando, & quoties opus fuerit, & pro parte dictorum Fratrum Prædicatorum, aut aliquorum ex eis fuerint requiſiti, eis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præmiſſa obſervari contradictores quoslibet, ac rebelles, & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiamſi ad hoc opus fuerit auxilio brachii ſecularis.

Non obſtantibus litteris Piæ memoriæ Gregorii. XIII. etiam prædeceſſoris noſtri ſub die 5. Julii. Pontificatus ſui anno. 12. & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, & ordinationibus, ac Ordinum quorumqumque juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; necnon omnibus illis,quæ dictus Pius prædeceſſor noſter in ſuis litteris Apoſtolicis voluit non obſtare; cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Cæterum, quia difficile foret præſentes noſtras litteras ad ſigngula quæque loca, ubi neceſſe fuerit, defferri, volumus, & dicta auctoritate decernimus; quòd præſentium tranſuptis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Prælati in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberentur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſę. Datum Tuſculi ſub Annulo Piſcatoris die 28. Septembris. 1592. Pontificatus noſtri Anno I.

Cum autem poſtea dictarum litterarum executionem ex cauſis tunc expreſſis, & donec aliud mandatum dediſſemus, per alias noſtras in ſimili forma Brevis litteras ſuſpenderimus, & deindè etiam per litteras dilecti filii noſtri Petri Diaconi Cardinalis Aldobrandini nuncupati, noſtri ſecundum carnem ex Fratre germano nepotis; venerabili Fratri Fabio Patriarchæ Hjeroſolimitano, tunc in eiſdem Regnis Vicelegato, & Collectori Generali directas mandaverimus, ut donec hujuſmodi cauſa à nobis terminaretur; ne interim aliqua ſcandala orirentur, & pro majori Divini Cultus ſervitio Fratres dictorum Ordinum in proceſſionibus alternatim præcederent, prout in dictis noſtris, & dicti Cardinalis Petri, litteris plenius continetur.

Cumque nos interim, & poſtea Fratrem Andream Texelram Ordinis prædicatorum, & Fratrem Alvarum de Jeſu, Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, dictorum Regnorum Procuratores audiverimus, ac eorum jura, & prætenſiones, primùm dilectis filiis noſtris Camillo Sancti Joannis, & Paulo Burgheſio,& Cæſari Sanctorum Nerei, & Achilei Baronio, ac deindè etiam poſtquam iidem Camillus, & Cæſar ſuam nobis ſententiam ad favorem dictorum Fratrum Prædicatorum retulerunt, Laurentio S. Laurentii in Pane, & Perna Blanchetto; necnon Pompejo S. Balbinæ titulorum Arrigonio nuncupàtis S.R.E. Cardinalibus diligenter iterum examinanda, & nobis referenda commiſerimus;ipſique Camillus, & Cæſar,& Laurentius, & Pompejus Cardinales, denuò Procuratores præfatos, ac eorum Advocatos pluries ſimiliter audiverint, & documenta,ſcripta, & prætenſiones quaſcumque hinc inde deductas, diligentiſſimè examinaverint, demumque omnes idem nobis retulerint.

Nos

Nos in ſupremo Juſtitiæ Trono, Divina diſponente Clementia, conſtituti, lites, & differentias hujuſmodi inter Religioſos prædictos diutiùs vigere nolentes, ac propterea lites, differentias, & cauſas hujuſmodi de novo, quantùm opus ſit, ad nos, harum ſerie, avocantes, illaſque penitùs perpetuò extinguentes, dictiſque Fratribus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini ejuſdem Regni perpetuum deſuper ſilentium imponentes, Motu proprio, ac ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, præinſertas litteras, ac omnia, & ſingula in eis contenta, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuò confirmamus, approbamus, & innovamus, illaſque perpetuis futuris temporibus valere, ac in prædictis Fratribus Eremitis, & quibuscumque aliis, quos concernunt inviolatè obſervari debere ſtatuimus, & ordinamus: diſtrictiùs in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis in eiſdem præinſertis litteris contentis, necnon privationis vocis activæ, & paſſivæ, & officiorum, ac dignitatum quorumcumque, ac perpetuæ ad illa, & alia obtinenda inhabilitatis, eo ipſo abſque aliqua Judicis declaratione incurrendis, omnibus, & ſingulis quorumcumq; Mendicantium, & aliorum Regularium Ordinum pro tempore Religioſis inhibentes, ne de cætero præinſertis, ac præſentibus litteris, quovis prætextu, vel quæſito colore contravenire, aut Ordinem Fratrum Prædicatorum hujuſmodi, illiusq; pro tempore Religioſos ulteriùs quoquomodo moleſtare, inquietare, aut perturbare, vel impedire audeant, ſeu præſumant; irritum nihilominùs, & inane decernentes, quicquid ſecus ſuper his, aut quibuſcumque aliis contingerit attentari.

Mandantes propterea univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis eorum Officialibus, nec non Abbatibus, & aliis Eccleſiarum Prælatis, & perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis ejuſdem Regni, ut præinſertas, ac præſentes noſtras litteras, & in illis contenta quæcumque perpetuò inviolabiliter obſervent, ac obſervari faciant, necnon, ut ipſi, aut duo, vel unus eorum, ubi quando, & quoties opus fuerit, aut pro parte dictorum Fratrum Prædicatorum, aut aliquorum ex eis fuerint requiſiti, eaſdem præſentes ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra illos eorumdem præmiſſorum effectum pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper à prædictis Fratribus Ordinis Eremitarum, aut quibuscumque aliis quomodolibet moleſtari, perturbari, vel inquietari: contradictores quoſcumque, & rebelles, eiſque auxilium, conſilium, & favorem publicè, vel occultè, directè, vel indirectè quomodolibet præſtantes per prædictas, aut alias cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, etiam ſæpiùs aggravandas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis.

Non obſtantibus præmiſſis, ac omnibus illis, quæ in præinſertis litteris volumus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 16. Martii 1600. Pontificatus noſtri Anno IX.

M. Veſtrius Barbianus.

Fr. Mancel Cœlho.

SIXTUS Papa IV. conceſſit Ven. Fratribus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Congregationis Lombardiæ, quòd eorum Converſi profeſſi, ad curam Sacriſtiæ gerendam deputati, quandiù id muneris exercent. Calices, Patenas Purificatoria, & hujuſmodi abſque conſcientiæ ſcrupulo nudis manibus tangere, & pertractare liberè licitè valerent inſtar Fratrum Ordinis Minorum, quibus hoc privilegium conceſſum fuerat, idque perpetuò pro præſentibus, & futuris.

Item Alexender VI. Communicat ijſdem omnia Privilegia eorum, quibus ſua fuiſſent exſtenſa.

ALEXANDER Papa VI. Dilecti filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem: Sacræ Religionis ſub qua in humilitatis ſpiritum devotum, & ſedulum exhibere ſtudetis Domino famulatum promeretur honeſtas: ut ſuper hisque vobis, veſtræque Congregationi proſperi ſtatus incrementum afferre valeat: gratioſum Apoſtolici favoris præſidium libenter impendamus. Accepimus ſiquidem diverſorum Ordinum Religioſis per Sedem Apoſtolicam, ut Privilegiis vobis vel Ordini veſtro conceſſis, frui & gaudere poſſent: conceſſum fuiſſe. Quare ęquum fore arbitramur: ut pari modo vos eorumdem Ordinum, & Religioſorum Privilegiis gaudere poſſitis. Nos igitur, qui vos degentes in Eccleſiiis, quæ ſub titulo de Populo glorioſę Virginis Mariæ cui deditiſſimi ſumus, & ad quam habemus ſingularem devotionis affectum in viſceribus charitatis noſtræ amamus: motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia: ac de plenitudine poteſtatis; vobis veſtræque Congregationi, ut omnium, & ſingulorum Religioſorum, & cujuſcumque obſervantię fuerint domorum, & locorum, perſonarumque in illis degentium quibus, ut privilegiis veſtri Ordinis uti poſſint, per eandem Sedem conceſſum eſt; ipſarumque domorum, locorum, ac perſonarum in illis habitantium Pręvilegiis: indultis: immunitatibus, exemptionibus, conceſſionibus, indulgentijs, & libertatibus, eis in genere quacumque auctoritate Apoſtolica conceſſis, quorum tenores omnium, & ſingulorum, ac ſi de illis ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum mentio facta fuiſſet: præſentibus haberi volumus pro expreſſis, ſpecificatis, & inſertis perpetuis futuris temporibus uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeatis, concedimus in omnibus, & per omnia perinde ac ſi illa omnia, & ſingula, cum ſuis clauſulis vobis, veſtræque Congregationi ſpecialiter conceſſa fuiſſent. Non obſtantibus conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque in contratium facientibus quibuſcumque.

Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris. de 8. Martij, 1497. Pontificatus noſtri Anno V.

L. Podacatarus.

Bulla Pauli Papæ III., contra Prælatos ſibi appropriantes bona Monaſteriorum.

PAULUS PAPA III.

Ad perpetuam rei memoriam.

GRave gerimus, & moleſtum, cum ſiniſtra nobis de quibusvis perſonis Eccleſiaſticis, præſertim Religioſis, perferuntur: ſed in Prælatorum exceſſibus eò gravius provocamur, quò eorum culpæ remaneat incorrectæ: cum à ſubditis, quod ab eis agitur, faciliùs in exemplum trahatur. Sanè, ſicut ad noſtri Apoſtolatus diſplicenter pervenit auditum, licèt Canonici Regulares Ordinis S. Auguſtini Congregationis Lateranenſis, inter alia paupertatis votum emittant: ac etiam juxta ordinis & congregationis hujuſmodi Regularia inſtituta proprietarii eſſe nequeant, & ſingulis annis in ipſa Congregatione, ſeu illius Capitulo generali cenſuræ & pœnæ Eccleſiaſticæ contra eoſdem proprietarios promulgentur: nihilominùs nonnulli dictæ Congregationis Prælati paupertatis voto, & cenſuris hujuſmodi ſpretis, ac depræſſa Regularis diſciplinæ norma, bona Monaſteriorum Congregationis hujuſmodi, vel ipſius Congregationis furtim ſibi temeritate propria appropriare, & bona Chriſti, quæ neceſſitati in ipſis Monaſteriis Domino ſervientium, & reparationi Eccleſiarum illorum, ac inopiæ pauperum ſervire deberent, in proprios uſus, ſeu potiùs abuſus convertere præſumpſerunt hactenùs, & præſumunt, cenſuras, & pęnas prædictas damnabiliter incurrendo, in animarum ſuarum perniciem, & Monaſteriorum eorun-

rundem ruinam, detrimentum, & deſolationem. Nos tam improbæ ipſorum Prę-latorum cupiditatis exceſſum reprimere, ac tanto ſacrilegio congruis remediis obviare, & dd. Monaſteriorum indemnitati ſalubriter providere cupientes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quòd omnes, & ſinguli Abbates, Præpoſiti, Priores, cęterique Prælati, & Superiores, necnon Canonici dictæ Congregationis, ac eorum Miniſtri, cujuſcunque gradus exiſtant, qui bona dictorum Monaſteriorum, ſeu ipſius Congregationis hactenùs furari, & ſibi appropriare, ac ſub quocunque prætextu ſine expreſſa totius Capituli Generalis, vel omnium Diffinitorum Congregationis hujuſmodi licentia, uſurpare præſument, & qui ad præſens uſurpata detineant, & ea intra octo dies publicationem præſentium immediatè ſequentes, non reſtituerint, ultra cenſuras & pœnas in tales, etiam per Regularia inſtituta Ordinis, & Congregationis prædictorum, ac privilegia, & indulta Apoſtolica illis conceſſa promulgatas, quas etiam per præſentes innovamus, & ipſos tranſgreſſores [ſi forſan illis per hujuſmodi inſtituta, & privilegia, excommunicationis, & anathematis pœna non ſit inflicta] excommunicamus, & anathematizamus eo ipſo, omni regimine, & adminiſtratione omnium prælaturarum, & officiorum Ordinis, & Congregationis hujuſmodi, ac voce activa & paſſiva privati, & ad illa, & alia quæcunque dictæ Congregationis Prælaturas, adminiſtrationes, & officia in poſterum habenda, perpetuò inhabiles ſint, & eſſe cenſeantur: & deprehenſi tanti furti rei, quando civili lege pœna mortis puniri mererentur, per Diffinitores pro tempore exiſtentes ipſius Congregationis, eorum arbitrio (citra tamen ultimi ſupplicii, aut mutilationis membrorum pœnas) puniantur: ac quæcumque bona, ſive pecuniæ, ſive aliæ quæ pecuniis extimari poſſint res exiſtant, ſibi ab eis ſimili temeritate uſurpata, apud ipſos, ſeu quoſcunque alios eorum nomine exiſtentia, etiamſi conſanguineis ſuis, vel aliis quibuſcunque donata, quantumlibet in bonis ſtabilibus commutata; ſine expreſſa Diffinitorum Congregationis hujuſmodi licentia, ſtatim Monaſteriis propriis, à quibus ſublata fuerunt, ſub eiſdem pœnis eo ipſo reſtitui debeant: nec cum eis deſuper diſpenſari poſſit, niſi immediatè à Sede Apoſtolica, & Monaſterio à quo ſublata fuerunt, ut præfertur, priùs ſatisfacto. Sic tamen, quod qui in præterito tanti criminis rei fuerint, ſi in Capitulo reſipuerint, & de facto ſatisfecerint, vel quamprimum potuerint ſatisfacere debitis cautelis promiſerint, vel aliter ab ipſo Capitulo, vel Diffinitoribus præfatis ordinatum fuerit, abſolvi poſſint: & abſentes, cum præſentes ad eorum notitiam pervenerint, infra aliorum octo dierum ſpatium ab ipſorum Prælatis, vel ab illis, quibus per præfatos Diffinitores demandatum fuerit, facta ſatisfactione, vel promiſſione, ut præfertur, abſolvi poſſint: tranſacto autem Capituli Generalis tempore pro præſentibus, & octo diebus hujuſmodi pro abſentibus, poſt præmiſſorum notitiam, illorum abſolutio Sedi prædictæ dumtaxat reſervata ſit, & eſſe cenſeatur: ac tranſgreſſores ipſi pœnis ſupradictis ſubjaceant. Diſtrictius præcipiendo mandantes omnibus, & ſingulis, qui talium ſcelerum notitiam habuerunt, & habent, vel in futurum habebunt, ut illa Capitulo Generali, vel Rectori, & Viſitatoribus Congregationis prædictæ manifeſtent, & revelent. Ac inhibentes Rectoribus, & Viſitatoribus præfatis ſub eiſdem pœnis, ne inconſulta ſede prædicta caſu aliquo cum illis diſpenſare, necnon illis, ac eorum miniſtris, ne contra Conſtitutiones Ordinis, & Congregationis hujuſmodi bona Monaſteriorum prædictorum diſtribuere, vel uſurpare, niſi ad ſummam in eiſdem Conſtitutionibus taxatam, vel prout per Capitulum Generale prædictum fuerit diffinitum, quoquo modo præſumant. Ac etiam præcipiendo mandantes Rectori, Diffinitoribus, & Viſitatoribus pręfatis, ut præſentes litteras in libro Statutorum dictæ Congregationis adnotari, & inſeri, ac ut moris eſt in ſingulis Monaſteriis pluries legi mandent, & faciant cum effectu. Decernentes ipſas litteras poſt decem dies à die earum publicationis in locis convenientibus faciendę effectum habere: ac illarum tranſumptis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo ipſius Congregationis munitis eandem prorſus fidem in

 judi-

judicio, & extra adhibendam fore, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Quocirca dilecto filio noſtro Herculi S.Mariæ novæ Diacono Cardinali Mantuano nuncupato, & pro tempore exiſtenti dictæ Congregationis Protectori mandamus, ut præſentes litteras, & in eis contenta quæcunque, auctoritate Apoſtolica firmiter obſervari faciat, contradictores quoslibet, & rebelles per ſupradictas, & alias formidabiliores, de quibus expediens ſibi fore videbitur, cenſuras, & pænas, ſublato diffugii, & appellationis obſtaculo compeſcendo. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis privilegiis, & indultis Apoſtolicis, tam ſub plumbo, quàm in forma brevis Prælatis, Superioribus, Canonicis, Miniſtris, & aliis præfatis, forſan ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clauſulis, et decretis conceſſis, et approbatis, quæ eis adverſus præmiſſa nullatenus ſuffragari poſſe volumus, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, et expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud S.Petrum, ſub Annulo piſcatoris, die , Martii 1539. Pontificatus noſtri Anno V. Bloſius.

CONSTITUTIO CLXXIV.

SUMMARIUM.

1555. *Nov.* 23.

PAULUS PAPA IV.

Montem Novennalem non vacabilem erigit præcipuè ex pecuniis Subſidii triennalis pro ſumma ſcutorum 14960. *& ejus Collegii Privilegia, Exemptiones, & Emolumenta decernit, ac Subſidium triennale prorogat.*

Ex Bullario Romano Pauli IV. Conſtit. 12.

Extat in Bullario Caſſinenſi.

PAULUS Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad futur. rei mem. Superioribus menſibus fel. rec. Julio Papa III. prædeceſſore noſtro, ſicut Domino placuit, rebus humanis exempto, Camera Apoſtolica, non ſolùm, multo ære alieno gravata: verum etiam pecunia adeò exhauſta comperta fuit, ut pro ipſius prædeceſſoris exequiis, etiam ſatis remiſsè celebrandis, & parando, muniendoq; atque cuſtodiendo Conclavi, novum æs alienum, cum gravi ipſius Cameræ intereſſe contrahendum fuerit. Et ſuperveniente inde ad paucos dies piæ mem. Marcelli Papæ II. etiam prædeceſſoris noſtri obitu, cum eadem, celebrandarum Exequiarum, & inſtruendi Conclavis impenſæ reiterandæ eſſent, aliæ pecuniæ ab Urbis mercatoribus, cum ſimili, & forſan maiori intereſſe, ſumendæ fuerunt. Itaut debitum, præmiſſorum occaſione, contractum, & pro quo intolerabile intereſſe ſolvitur, ſummam centum millium ſcutorum auri tranſcendant. Verum, cum ordinarii ejuſdem Cameræ proventus, qui admodum tenues, & pro majori parte, etiam ad multos annos diverſis perſonis, in ſolutum aſſignati, ſeu venditi, aut obligati reperiuntur, ad ſolutionem intereſſe hujuſmodi, ac Noſtri, & familiæ Noſtræ ſubſtentationem non ſufficiant, nec humano judicio reperiri poſſit, quonam pacto debitum hujuſmodi diſſolvi, & moles expenſarum, quæ pro Orthodoxæ Fidei defenſione, & ſtatus Romanæ Eccleſię conſervatione, Nobis ſubeundæ ſunt, ſubſtineri valeant, præſertim, cum decreverimus bona, aut proventus ipſius Eccleſiæ perpetuò non alienare, nec ſubditos Nobis vectigalibus gravare; cogimur ex ali-

quorum

Digitized by Google

quorum ejuſdem Eccleſiæ proventuum quantitate ad aliquod tempus, ſummam centum, & octuaginta ſeptem millium ſcutorum ſimilium, ex qua præmiſſa, & aliqua alia, cum diverſis inferioris ſortis hominibus, qui niſi id, quod præfatæ Cameræ crediderunt brevi recuperent, vitam ducere non poſſe videntur, & propterea Nos, & Domus Noſtræ Miniſtros, ſingulis ferè horis ſuper hoc moleſtant, cum effectu ſolvere, Noſque, & dictam Cameram ab hujuſmodi gravioribus intereſſe liberare, ac molem expenſarum per Nos, ut præfertur, ſubeundarum ſubſtinere poſſimus, minori, quo fieri poſſit, ipſius Cameræ detrimento exquirere. Cum itaque aliàs fel.rec. Paulus etiam III. ſimiliter prædeceſſor Noſter, ex certis tunc expreſſis cauſis, unum ſubſidium quartæ partis fructuum, à Congregationibus Regularibus Italiæ ad triennium exigendum,& per eas præfatæ Cameræ triennio hujuſmodi durante annis ſingulis integrè perſolvendum impoſuerit, & ſubſidium hujuſmodi Paulus primò ad duo ſucceſſivè, & deindè Julius ad aliud, & poſtremò Marcellus prædeceſſores præfati ad reliquum ex tunc immediatè ſubſequuta triennia, ac neceſſitatibus, in quibus dictus Marcellus prædeceſſor tunc conſtitutus erat, durantibus, ad Sedis Apoſtolicæ beneplacitum prorogaverint, prout in diverſis ipſorum prædeceſſorum deſuper confectis litteris plenius continetur. Nos beneplacitum præfatum per totum annnm à Nativitate Domini computandum millesimum quingenteſimum, & ſexageſimum qnartum quomodolibet ceſſare,aut expirare non poſſe decernentes, & quatenùs opus ſit ſubſidium hujuſmodi, etiam per totum dictum annum milleſimum quingenteſimum ſexageſimum quartum prorogantes, & extendentes, habita ſuper his cum Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus in Conſiſtorio noſtro Secreto deliberatione matura, de eorum conſilio,& unanimi conſenſu, ac ex certa noſtra ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine unum Montem Novennalem nuncupandum, & infra novem annos proximè futuros extinguendum, in hac Alma Urbe noſtra pro tot perſonis, quot pecunias ſuas in eo, uſque ad ſummam centum, & octoginta ſeptem millium ſcutorum auri, ad rationem decem Juliorum pro quolibet ſcuto poſuerint, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ad novennium tantùm, & non ultra erigimus, & inſtituimus, ac illi ſic erecto, & inſtituto præfatum ſubſidium, quod vigore conventionum per Agentes pro eadem Camera cum ipſis Congregationibus initarum, triginta millia ſcuta ſimilia annuatim reddit pro ſumma quatuordecim millium, & noningentorum ſexaginta ſcutorum ſimilium ab omni onere, impoſitione gravamine, reſtauro, & quocumque caſu fortuito, etiam quantumcumque inexcogitabili libera, immunia, & exempta, ac integrè, & ſine aliqua diminutione inter perſonas Montis hujuſmodi, annis ſingulis, & quolibet bimeſtri pro rata diſtribuenda, & dividenda, ad dictum novennium tantùm; ita quod, eo durante, de ipſo ſubſidio, aut quavis ejus parte, niſi ſatiſfacto priùs perſonis Montis hujuſmodi, aut pro tempore exiſtenti earum Depoſitario de eiſdem quatuordecim millibus,& noningentis ſexaginta ſcutis diſponi nequeat pro dictis centum, & octuaginta ſeptem millibus ſcutis, ut præfertur, ponendis, vendimus, tradimus, concedimus, & aſſignamus, ac applicamus, & appropriamus. Necnon Montem ipſum, & illius perſonas, ac Collegium in noſtrum, & ipſius Cameræ locum, quod ad ſummam quatuordecim millium, & noningentorum ſexaginta ſcutorum hujuſmodi, & illius exactionem, pro eiſdem novem annis tantùm, ponimus, ſubſtituimus, & ſubrogamus, ac pro potiori eorum cautela dilectum Filium Nobilem Virum Thomam de Marinis Terræ Caſalis majoris Cremonen.Diœceſis in temporalibus Dominum, fide, & facultatibus idoneum, & pro tali apud omnes notum, ejuſdem ſubſidii, non ſolùm quoad quatuordecim millia, & noningenta ſexaginta, ut præfertur, vendita, ſed etiam quoad reliqua quindecim millia, & quadraginta ſcuta hujuſmodi exactorem, ac ejuſdem Montis, & illius Collegii Depoſitarium, ad hoc, ut exinde ſummam quatuordecim millium, & noningentorum ſexaginta ſcutorum hujuſmodi inter perſonas præfati Montis, annis ſingulis, & quolibet bimeſtri, eorum ratam ſecundum diſtributionem, per pro tempore exiſtentem Theſaura-

ſaurarium noſtrum deſuper faciendam, diſtribuere, & dividere, ac pro extinctione ipſius Montis, infra eoſdem novem annos, aut incontinenti illis finitis dicta centum, & octaginta ſeptem millia ſcuta, perſonis ejuſdem Montis perſolvere poſſit. Et hæc omnia promittat, ac ſe, bonaque ſua omnia ſuperindè, in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ cum renunciationibus, promiſſionibus, ſubmiſſionibus, cautelis, & clauſulis in ſimilibus apponi ſolitis, efficaciter obliget, auctoritate, & tenore prædictis, conſtituimus, & deputamus. Volentes, & eadem auctoritate ſtatuentes, & decernentes, quòd quæcumque utriuſque ſexus perſonæ cujuſcumque ſtatus, gradus, & conditionis exiſtentes, etiamſi Cardinalatus honore præfulgeant, & Eccleſiis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, aut quibusvis Monaſteriis præſint, ac quæcumque, quoſcumque, & qualiacumque Beneficia Eccleſiaſtica obtineant, necnon in Sacris, & Presbyteratus Ordinibus conſtitutæ, & Hieroſolymitani, vel quorumvis aliorum Hoſpitalium, & Militiarum, ac quorumcumque, non tamen Mendicantium Ordinum Religioſi, & Religioſæ, ac mulieres cujuſcumque nominis, qualitatis, & conditionis, necnon qualitercunque [præterquam dumtaxat ratione Regularis profeſſionis in aliquo Ordine Mendicantium, inhabiles, & incapaces exiſtant] in ipſo Monte quaſcumque pecuniarum ſummas, non tamen infra centum ſcuta ſimilia uſque ad ſummam centum, & octoginta ſeptem millium ſcutorum hujuſmodi, & non ultra ponere, & tam ipſæ perſonæ, quàm earum hæredes, & ſucceſſores, aut alii ab eis cauſam habentes pro pecuniis ſic poſitis ad rationem octo pro centenario, ſingulis annis, & quolibet bimeſtri ratam eorumdem octo ſine aliquo conſcientiæ ſcrupulo, ſeu reſtitutionis onere percipere, & habere. Ac etiam ſi læſæ Majeſtatis, aut alia quæcunque, quotcunque, & quantumcunque graviſſima crimina, præterquam in perſonam Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, aut alicujus ejuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardinalis commiſerint, & propterea, ſive in eorum non comparentium contumaciam, ſivè legitimè convictæ in pœnam ultimi ſupplicii condemnatæ, ſeu etiam illi realiter traditæ, ſeu condemnandæ, & illi tradendæ, ac omnia eorum bona confiſcata, aut confiſcanda fuerint, nihilominùs de pecuniis in ipſo Monte eorum nomine exiſtentibus, ac emolumentis eis ex eodem Monte ſpectantibus, Romani Pontificis, ſeu præfatæ Cameræ, vel cujusvis alterius licentia, ſeu auctoritate, confirmatione, vel ſcriptura deſuper nullatenùs requiſita, dicto novennio durante, quibuſcunq; eis placuerit in toto, vel in parte ſimul, vel ſeparatim, & in favorem complurium (dummodò in perſonam unius de minori, quàm centum ſcutorum ſimilium, ſumma non diſponatur) reſtamento, ſeu codicillis, aut venditione, donatione, permutatione, ceſſione, vel quocumque alio titulo, etiam per ſimplicem manu ſua ſcriptam, vel ſubſcriptam, aut publicum Inſtrumentum, ſeu aliàs in quorumcunque, etiam filiorum ſuorum illegitimorum ex quocumque, quantumcumque damnato coitu procreatorum, aut aliarum, & magis incapacium perſonarum favorem, etiam pluries de incapaci, in incapacem diſponi contingat ad eorum libitum liberè diſponere poſſe, & pecunias in eodem Monte exiſtentes, ac emolumenta exinde pro tempore provenientia, etiam ſi perſonæ Montis hujuſmodi ex læſæ Majeſtatis, aut aliis criminibus præfatis, ut præfertur condemnatæ, & ultimo ſupplicio traditæ, ſeu condemnandæ, & ſupplicio hujuſmodi tradendæ, ac alia eorum bona confiſcata ſint, aut confiſcanda veniant, confiſcari nullatenùs poſſe. Etſi perſonæ Montis hujuſmodi inteſtatæ, aut de pecuniis ejuſdem Montis, & emolumentis hujuſmodi aliter non diſpoſitæ deceſſerint ab inteſtato, ad eorum utriuſque ſexus liberos, & alios deſcendentes, ſeu aſcendentes, conſanguineoſque, & affines, ſalva graduum prærogativa, adinſtàr aliorum bonorum patrimonialium, ſecundùm communem juris diſpoſitionem tranſire poſſe, & debere. Ac perſonas Montis hujuſmodi Collegium inter ſe conſtituere, ac Collegialia jura, & inſignia habere, nec non quæcumque ſtatuta, et ordinationes proſperum, et tranquillum ſtatum Montis hujuſmodi concernentia, dicta auctoritate Apoſtolica concedere, et condita mutare, corrigere, reformare, & alterare, ac quaſcumque pœnas etiam pecuniarias,

rias, Monti, ſeu illius Collegio hujuſmodi, vel quibus ipſi placuerit applicandas in quoſcunque illi contravenientes, infligere. Necnon omnibus, & ſingulis privilegiis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, gratiis, litteris, & indultis, quibus Collegium, & perſonæ Montis Fidei Almæ Urbis utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum eiſdem novem annis durantibus tantùm uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè poſſe. Necnon Montem hujuſmodi, & illius perſonas, ac Collegium, ratione pecuniarum, quas in eodem Monte habuerint ab omni ſtratarum, & decimarum, ac etiam meſatæ nuncupatæ, & aliarum impoſitionum per Nos, & pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem, & etiam pro ipſius fidei defenſione, ac ſtatus ejuſdem Romanę Eccleſiæ conſervatione quomodolibet impoſitarum, ſolutione immunes, & exemptos fore, ac cenſeri debere. Necnon Montem, & illius perſonas, ac Collegium hujuſmodi, & Thomam præfatos, eorumque hæredes, & ſucceſſores, ac cauſam ab eis habentes ſuper ſubſidio hujuſmodi, & Illius exactione, etiam per Nos, dictam Sedem, vel ſucceſſores Noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, quovis modo perturbari, impediri, moleſtari, aut aliquo gravamine, ſeu onere, etiamſi evidens utilitas, & urgens neceſſitas etiam pro ejuſdem Fidei tuitione, & contra Infideles expeditione, id ſuaderent gravari, vel onerari. At Montem ipſum ultra eoſdem novem annos in toto, vel in parte prorogari, aut innovari non poſſe. Et aliquem ad probandum, quod centum, & octuaginta ſeptem millia ſcuta hujuſmodi, vel aliqua eorum pars in utilitatem, aut neceſſitatem Eccleſiæ, ſeu Sedis, aut Cameræ prædictorum, converſa ſint, minimè teneri, nec obligatos eſſe. Necnon præſentes litteras robur veri, & validi contractus, ac obligationis inter Nos, & Sedem, ac Cameram præfatas ex una, & eos, qui pecunias ſuper Monte præfato poſuerunt, aut ab eis cauſam habebunt ex altera, partibus, legitimè initi, & ſtipulati, obtinere: Sicque, & non aliter in præmiſſis omnibus per quoſcunque, etiam Cardinales prędictos, ac Palatii noſtri Auditores, & alios quacunque tam ordinaria, quàm delegata, et mixta auctoritate fungentes, Judices, et perſonas ubique judicari, cognoſci, et decidi debere, ſublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, aut interpraetandi facultate. Necnon irritum, et inane ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nos enim pro potiori Montis, & illius perſonarum, ac Collegii, & Thomæ prædictorum cautela, & ſecuritate, de eorundem Fratrum conſilio, & aſſenſu, ac ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, quolibet bimeſtri ratam eorundem quatuordecim millium, & noningentorum ſexaginta ſcutorum, & infra eoſdem novem annos, aut incontinenti illis finitis, eadem centum, & octuaginta ſeptem millia ſcuta perſonis ejuſdem Montis perſolvere, ac eundem Thomam, hæredeſq; & ſucceſſores ſuos à promiſſione, & obligatione per eum, ut præfertur, faciendi indemuem, & penitùs ſine damno conſervare, ac pro eodem ſubſidio triginta millia ſcuta prçfata, quæ anno quolibet Kal. Novembris à Congregationibus prædictis perſolvi debent, ipſi Thomę pro novem annis, & novem integris ſolutionibus, quarum prima ſit ea, quæ debebitur Kalen. Novembris anni proximè futuri Milleſimi quingenteſimi quinquageſimi ſexti per eaſdem Congregationes perſolvi, ita tamen, quòd ipſe Thomas bimeſtres ſolutiones prædictas nihilominùs facere teneatur; Etſi aliquo caſu ex eodem ſubſidio, ſumma triginta millium ſcutorum hujuſmodi quolibet anno uſque ad finem dicti anni milleſimi quingenteſimi ſexageſimi quarti confici non poſſit eam ſummam, quæ de triginta millibus ſcutis pro tempore deficiet ex ſubſidio triennali, & ſignanter ex eo, quod in Provincia noſtra Marchiæ Anconitanæ exigitur, ſuppleri, necnon Coronam Pontificiam pretioſam, Regnum nuncupatam, quam nonnulli Mercatores de Olgiate, & Ubaldinis ex cauſa certi contractus cum eis per Collegium Cardinalium, Sede vacante facti in pignus habent, eidem Thomæ conſignari facere promittimus, & ad hæc non ſolùm ſingula ſubſidia præfata, ſed etiam Nos ipſos, & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, ac omnia noſtra, & illorum, necnon Eccleſiæ, Se-

dis,

Digitized by Google

Sedis, & Cameræ prædictarum bona mobilia, & immobilia, ac ſe moventia ſpiritualia, & temporalia, præſentia, & futura, etiam ſi regaliæ, aut aliàs talia forent, quæ in generali obligatione bonorum non comprehenderentur, ex quibus in defectum ſubſidiorum prædictorum Thomæ, & ſuis prædictis integrè ſatisfieri poſſit, & debeat, necnon loco pignoris jocalia, ſeu gemmas, quæ, ſeu quas idem Thomas, ratione Depoſitariæ generalis, & alia qualibet ratione, vel cauſa à Nobis, & dicta Sede in pignus habet, poſtquam ab obligatione ſibi de illis dictæ Depoſitariæ, vel alia qualibet ratione, & cauſa facta, liberata, ſeu liberatæ fuerint ſpecialiter, & expreſsè in ſimili forma Cameræ obligamus, & hypothecamus, ac obligata, & hypothecata eſſe decernimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis quibusvis perſonis, & Congregationibus præfatis, ac eorum Ordinibus per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores Noſtros, et Nos, et Sedem eamdem, etiam per viam generalis legis, et ſtatuti perpetui, ac Motu proprio, ſcientiaque, et poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, et cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficaciſſimis, et inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, et aliis decretis quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus quomodolibet approbatis, et innovatis, quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ſervanda ſit, et in eis caveatur expreſsè, quod illis nullatenùs derogari poſſit, illorum omnium tenores, necnon quorumcunque inſtrumentorum, conventionum, et ſcripturarum, occaſione præmiſſorum, quomodolibet confectarum, tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, necnon modos, et formas ad id ſervandos pro individuo ſervatis habentes, hac vice dumtaxat illis aliàs in ſuo robore permanſuris, harum ſerie ſpecialiter, et expreſsè derogamus, et derogatum eſſe decernimus, cœteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, et auctoritate prædicta decernimus, quòd primo anno novennii hujuſmodi elapſo, quandocunque Nobis, ſeu ſucceſſoribus Noſtris, aut Agentibus pro ipſa Camera videbitur, Mons hujuſmodi pro ea parte, quæ Nobis, aut ipſis placuerit, eo tamen prius perſonis, de quorum intereſſe tractabitur per menſem ante intimato, et reſtitutis per dictum Thomam, aut ſuos hæredes, et ſucceſſores, vel alios nomine ipſius Cameræ eodem menſe tranſacto, perſonis ipſis pecuniis, quas in eodem Monte habuerint, una cum emolumentis eis propterea debitis, liberè extingui poſſit, itaut in fine ejuſdem novennii Mons ipſe in totum extinctus ſit, nec ulterius reviviſcere, aut prorogari poſſit. Quodque tranſumptis præſentium manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, et ſigillo Collegii Montis hujuſmodi, ſeu alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, et extra adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ prorogationis, extenſionis, erectionis, inſtitutionis, venditionis, traditionis, conceſſionis, aſſignationis, applicationis, appropriationis, poſitionis, ſubſtitutionis, ſubrogationis, conſtitutionis, deputationis, ſtatuti, promiſſionis, obligationis, hypothecationis, derogationis, voluntatum; et decretorum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. Romæ apud S.Marcum Anno Incarnationis Dominicæ 1555. 10. Kalen. Novembris Pontificatus noſtri Anno I.

CON-

CONSTITUTIO CLXXVI

SUMMARIUM.

1556. Julii 20.

PAULUS PAPA IV.

Imponit duas decimas ſuper fructibus anni 1556. quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum Status Eccleſiaſtici, Congregationis Caſinenſis, aliorumque Regularium.

Ex Bullario Romano Pauli IV. Conſtit. 20.

PAULUS Papa III. Ad futuram rei mem. Etſi in mente gerimus ſubditos noſtros ab extraordinariis oneribus immunes præſervare, idq; neceſſitate ceſſante, præſtare intendimus, tamen gravitas impenſarum, quas pro hujus Almæ Urbis, et totius Status Eccleſiaſtici conſervatione, et ſecuritate in dies ſuſtinere neceſſe eſt, Nos cogit, ut de univerſo Clero, et Eccleſiaſticis perſonis ſtatus hujuſmodi fiduciam ſumamus, ſperemuſque eos de facultatibus ſuis huic operi libenter contributuros, ut potius partem erogando, totum conſervetur, quàm partem conſervando totum in diſcrimen ponatur. Hac itaque conſideratione inducti, Motu proprio, et ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine duas integras decimas omnium, et ſingulorum fructuum, redditu um, et proventuum Eccleſiaſticorum præſentis anni, ſecundùm verum annuum valorem quarumcumque Cathedralium, etiam Metropolitanarum, & aliarum Eccleſiarum, ac Monaſteriorum, Prioratuum, & Beneficiorum Eccleſiaſticorum, Secularium, & quorumvis Ordinum, ac Militiarum (non tamen S. Joannis Hieroſolymitani) Regularium in toto Statu Eccleſiaſtico Nobis immediatè ſubjecto exiſtentium à Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Electis, Adminiſtratoribus, Commendatariis, & Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Prælatis, Capitulis, Conventibus, cœteriſque perſonis Eccleſiaſticis Secularibus, & Regularibus, exemptis, & non exemptis etiam S. Benedicti, S. Auguſtini Ciſtercien., Cluniacen., Præmoſtraten., Cartuſien., Camaldulen. Montis Oliveti, Humiliatorum, Vallis Umbroſæ, Cruciferorum, Monachorum Eremitarum S. Hieronymi, & aliorum quorumcunque Ordinum, etiam Mendicantium, ſi certos quoquomodo redditus habent, ac etiam Caſinen. aliàs S. Juſtinæ de Padua, Montis Oliveti, S. Bernardi Lateranen. & Sancti Salvatoris, aliarumque Congregationum tam Virorum, quàm Mulierum in eodem Statu Eccleſias, Monaſteria, & alia Beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, ſeu fructus hujuſmodi Beneficiorum, & penſiones annuas quantumcumque exemptas, & ſub quibusvis obligationibus, etiam in forma Cameræ, & juramento, etiam de non contraveniendo, ac fortaſsè etiam de non impetrando aliquas gratias in contrarium, & eis conceſſis nou utendo, aliiſque cautelis, decretis, & clauſulis ſuper eiſdem fructibus, etiam medio cedularum Banchi, ſeu in forma depoſiti percipientibus, & infra præſentem annum percepturis cujuſcumque præeminentiæ, ſtatus, gradus, Ordinis, & Religionis exiſtant, quibus, aut quorum aliquibus ulla privilegia, aut Indulgentias ſub quacumque verborum forma, aut expreſſione conceſſa, quo ad hoc ſuffragari nolumus [Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & Fratribus dicti Hoſpitalis S. Joannis quoad Beneficia ejuſdem Hoſpitalis, dumtaxat exceptis] integrè perſolvendas, & per Venerabilem Fretrem Hieronymum Epiſcopum Torcellanum Theſaurarium noſtrum generalem, de cujus fide, & probitate plenam in Domino fiduciam obtinemus, & quem generalem Decimarum hujuſmodi Collectorem per præſentes conſtituimus, & deputamus intra terminos

Extat in Bullario Caſinenſi.

per ipſum Hieronymum Epiſcopum, & Theſeurarium ſtatuendos, exigendas, ac in opus prædictum convertendas Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium imponimus. Ac eidem Hieronymo Epiſcopo, & Theſaurario Decimas ſic, ut præfertur impoſitas à præfatis Epiſcopis, Electis, Adminiſtratoribus, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Prælatis, Capitulis, Conventibus, & perſonis Eccleſiaſticis, exceptis ſupradictis, petendi, exigendi, & colligendi, eiſque tam in genere, quàm nominatim, & in ſpecie, ut illas ſolvant ſub Cenſuris Eccleſiaſticis, etiam privationis Beneficiorum Eccleſiaſticorum per eos obtentorum, aliiſque de quibus ſibi videbitur pœnis, etiam pecuniariis mandandi, nec non ſolvere recuſantes, ſeu differentes, & generaliter contradictores quoslibet, & rebelles, ac ſibi in præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas, & alia opportuna Juris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Solventes verò de eo, quod ſolverint quietandi, & liberandi, ac à ſententiis, cenſuris, & pœnis, quas dicta occaſione quomodolibet incurrerint abſolvendi, & generaliter omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna faciendi, mandandi, & exequendi. Ac pro earundem Decimarum faciliori exactione, unum, vel plures Subcollectores cum ſimili, aut limitata poteſtate, loco ſui, ſubſtituendi, & ſubſtitutos amovendi, ac alios eorum loco toties, quoties ſibi videbitur, ſubrogandi, plenam, & liberam, auctoritate, & tenore prædictis, concedimus facultatem, & poteſtatem. Non obſtantibus quibusvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus contrariis quibuscunque, aut ſi eiſdem Archiepiſcopis, Epiſcopis, Electis, Adminiſtratoribus, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Commendatariis, Capitulis, Conventibus, & cæteris prædictis, vel quibusvis aliis communiter, vel diviſim, ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod ad ſolutionem alicujus decimæ minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu extra, vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſit per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi, ejuſque toto tenore, ac propriis ipſorum locorum, Ordinum, & perſonarum, nominibus, & cognominibus, mentionem, ac quibuscunque privilegiis, & exemptionibus, etiam in corpore juris clauſis, necnon litteris Apoſtolicis prædictis, & quibusvis aliis Dignitatibus, & Ordinationibus, ac Congregationibus ſpecialiter, vel generaliter, ſub quacumque forma, & expreſſione verborum conceſſis, etiamſi de eis, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum pro eorum ſufficienti derogatione habenda ſit mentio ſpecialis, quæ eis, quoad præmiſſa, nolumus in aliquo ſuffragari, cœteriſque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quòd juxta ordinationem in Concilio Viennen. ſuper hoc editam, calices, libri, & alia ornamenta Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Beneficiorum, & piorum locorum Divino Cultui dedicata ex cauſa pignoris, vel aliàs occaſione ſolutionis dictarum decimarum nullatenus capiantur, diſtrahantur, vel occupentur. Quòdque præſentium litterarum tranſumptis ipſius Hieronymi Epiſcopi, & Theſaurarii, aut alicujus alterius Prælati Eccleſiaſtici ſigillo, & publici Notarii ſubſcriptione munitis, eadem prorſus fides adhibeatur in judicio, & extra, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 20. Julii 1556. Pontificatus noſtri Anno II.

Joannes Barenghus.

PIUS

PIUS PAPA V.

Dilectis filiis Generali, cæteriſque Abbatibus, Diffinitoribus, ac Viſitatoribus Congregationis Lateranen. Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, pro Indulgentiis conceſſis omnibus Eccleſiis totius Congregationis.

Dilecti filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Fides, & devotio, qua Nos & Romanam reveremini Eccleſiam, promeretur, ut tam vos, quàm veſtræ Congregationis Canonicos Regulares ſpiritualibus muneribus & gratiis libenter proſequamur, itaque vobis ac omnibus, & ſingulis Canonicis Regularibus prædictis, ut quotieſcunque Chriſtifidelibus viſitantibus aliquam Eccleſiam, Hoſpitale, ſeu Pium locum alicujus Civitatis, Provinciæ Italiæ, ubi veſtra Monaſteria eſſe contigerit, aliquæ Indulgentiæ, & peccatorum remiſſiones per nos, aut Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros, ac Sedem Apoſtolicam concedentur, vos & quilibet veſtrorum Monaſteriorum Canonici Regulares in Civitate ea reſidentes in qua ipſæ Indulgentiæ conceſſæ fuerint, viſitando in Eccleſia Monaſterii ubi reſederitis, & ipſi reſederint, tria aut quatuor Altaria, & in eis quinquies orationem Dominicam, & toties ſalutationem Angelicam devotè recitando, eaſdemmet Indulgentias, & peccatorum remiſſiones conſequamini, & illi conſequantur, quas conſequeremini & ipſi conſequerentur ſi Eccleſias, Hoſpitalia, & pia loca, pro quorum viſitatione Indulgentiæ hujuſmodi, & peccatorum remiſſiones, ut præfertur pro tempore conceſſæ fuerint, perſonaliter viſitaretis, & illi viſitarent, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus pariter, & indulgemus. Non obſtantibus Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque &c. Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 16. Septembris MDLXVI. Pontificatus noſtri Anno I.

Cæſ. Glorierius.

CONSTITUTIO DLXIV.

SUMMARIUM.

Anno Chriſti 1568. *Auguſti* 14.

SAC. CONGREGAT. CONCILII TRIDENTINI.

Famulorum, qui conviviunt, & actualitèr habitant in Monaſteriis Regularium, Confeſſiones audire poſſunt Regulares, cum ſola approbatione ſui Superioris. Familiarium autem, qui extra Monaſterium habitant, Confeſſiones excipere non poſſunt, niſi etiam ab Ordinario approbentur. Extat in Bullario Caſinenſi.

Ex Peyrin. de Privileg. Regular.

Sacra Congregatio cenſuit, quòd Prælati Regulares, ſeu alii Religioſi Confeſſores, non poſſint audire Confeſſiones Secularium, qui ſunt de Familia, & deſerviunt ipſorum Monaſteriis, abſque approbatione, vel licentia Epiſcopi; ſecùs tamèn, ſi illi Seculares ſint verè de Familia, & continui commenſales.

CONSTITUTIO DLXV.

SUMMARIUM.

Anno Chriſti 1586. Septembris 5.

SIXTUS V. PAPA.

Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii Sacerdotes Romæ ad Confeſſiones audiendas approbatos, extrà Urbem à locorum Ordinariis examinari probibet; ſed tantùm ſufficere, eorum licentias Romæ habitas, eiſdem oſtendere, decernit.

Ex Bullar. Quarante.

Extat in Bullario Caſinenſi.

SIXTUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei mem. Decet Rom. Pontificem, cujus fidei cura, & ſalus Gregis Dominici divinitùs eſt commiſſa, prædeceſſorum ſuorum veſtigiis inhærendo, ea benignitèr concedere, quæ ad ejuſdem gregis conſcientiæ purificationem, & peccatorum remiſſionem, Animarumque ſalutem, ac Spiritualem conſolationem, noſcuntur pertinere. Aliàs ſiquidem fæl. record. Greg. Papæ XIII. prædeceſſori Noſtro, pro parte dilectorum filiorum Philippi Nerii Præpoſiti, & Presbyterorum Congregationis Oratorii, in Parochiali Eccleſia S. Mariæ in Vallicella de Urbe, per ipſum prædeceſſorem anteà inſtituti, expoſito, quòd de menſe Auguſti, Anni Domini 1565. piæ mem. Pius Papa IV. etiam prædeceſſor Noſter Philippo, & Presbyteris præfatis, tunc Eccleſiæ S. Joannis Baptiſtæ Nationis Florentinorum, etiam de Urbe, in Divinis deſervientibus, nonnullas gratias, & Privilegia ad decenuium duratura, Apoſtolica authoritate conceſſerat, & decennium hujuſmodi jam tunc expiraverat, dictus Gregorius prædeceſſor, volens eoſdem Philippum, & Presbyteros, non minoribus, quàm dictus Pius prædeceſſor proſequutus fuerat, gratiis, atque Privilegiis proſequi, & ut ipſi faciliùs, & libentiùs Altiſſimo famulari, & Animabus Chriſtifidelium, in eorum audiendis Confeſſionibus ampliùs prodeſſe poſſent, providere, Philippo, & Presbyteris Congregationis hujuſmodi, ut quorumcunq; Chriſtifidelium ad ipſos undecunque accedentium, illoſque infirmitatis, vel quocunque alio tempore, & occaſione domum, ſive ad quemcunque alium locum ad ſe vocantium, & requirentium Confeſſiones liberè audire, & illis diligentèr auditis, ipſos Chriſtifideles, & eorum ſingulos ab excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ac quibusvis aliis Eccleſiaſticis ſententiis, & cenſuris, quavis occaſione, vel cauſa, quomodolibet latis, & per eos incurſis, ac etiam ab omnibus, & ſingulis eorum peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis, quantumcunque gravibus, & enormibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, exceptis contentis in literis die Cœnæ Domini conſuetis abſolvere, & pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem eis injungere, ac vota quæcunque ultramarina, viſitationis limiuum Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum de Urbe, S. Jacobi in Compoſtella, & B. Mariæ Lauretanæ, ac Caſtitatis, & Religionis votis dumtaxàt exceptis, in alia pœnitentiæ, vel pietatis opera commutare, necnon per dimidium horæ ſpatium antè auroram, & poſt meridiem eis eveniente caſu, Miſſas celebrare liberè, & licitè valerent, dicta auctoritate indulſit, & facultatem conceſſit, prout in ipſius Gregorii prædeceſſoris literis deſuper in forma Brevis ſub die 14. Martii, Pontificatus ſui Anno IV. expeditis pleniùs continetur. Cum autem, ſicut exhibita Nobis nupèr pro parte Philippi, & Presbyterorum præfatorum petitio continebat à pluribus credatur literas, & facultates hujuſmodi, licèt illæ ad certum aliquod tempus ſpecificè, & expreſsè non fuerint limitatę, nihilominùs decennio jam de menſe Martii prox.præt. elapſo tantùm duraſſe, & propterea ipſi, ut omne dubium tollatur, ac in Dei, Animarumque ſervitio in dies magis, & magis proficere valeant, libentiùſ-

tiùſque in hanc curam incumbant, dictas facultates ipſis in perpetuum concedi, ac in quibuſdam extendi, & ampliari deſiderent, & pro parte eorundem Philippi, & Presbyterorum, qui, ut aſſerunt in primòdicta Eccleſia ad Confeſſiones audiendas, de Noſtri in dicta Urbe, & illius diſtrictu Vicarii in ſpiritualibus generalis, licentia deputati exiſtunt, Nobis fuit humilitèr ſupplicatum, ut eis in præmiſſis opportunè providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui honeſtis petentium votis libentèr annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis, Philippum, & Presbyteros, præfatos, ac eorum ſingulos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis à Jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus, quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxàt conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon literarum præfatarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Philippo, ac nunc, & pro tempore exiſtentibus Congregationis hujuſmodi ubicunque locorum diffuſæ, Presbyteris in Urbe à dicto Vicario, ſeù extra eam, ab Ordinariis locorum ad Confeſſiones audiendas, quomodolibet approbatis, eorumque ſingulis, quòd ipſi perpetuis futuris temporibus omnium, & ſingulorum Chriſtifidelium Confeſſiones audire, illiſque auditis, eos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque quibusvis Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pænis quavis occaſione, vel cauſa, quomodolibet latis, & per eos incurſis, necnon ab omnibus, & ſingulis eorum peccatis, criminibus, exceſſibus, ac delictis quantumcunque gravibus, & enormibus, etiam in caſibus dictæ Sedi reſervatis, vel in poſterùm reſervandis, exceptis tamen contentis in literis die Cœnæ Domini legi conſuetis, abſolvere, ac pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem eis injungere, necnon vota quæcumque [ultramarina, viſitationis liminum Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum de Urbe, & S.Jacobi in Compoſtella, Caſtitatiſque, & Religionis] votis, dumtaxàt exceptis, in alia pœnitentiæ, vel pietatis opera commutare. Præterea per dimidium horæ ſpatium antè auroram, & poſt meridiem Miſſas celebrare, ac etiam quis ex eis, prævio examine ad Confeſſiones audiendas in ipſa Urbe à dicto Vicario approbati fuerint, extra eandem Urbem abſque alio examine, de licentia tamen Ordinariorum, locorum indulto, & facultatibus hujuſmodi uti, ac potiri liberè, & licitè valeant, Apoſtol. auctoritate, tenore præſentium concedimus, indulgemus. Decernentes præſenter nullo umquam tempore revocari, ſuſpendi, vel limitari, neque eis derogari poſſe, nec ſub quibusvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus compræhendi, & quotiès illæ emanabunt, totiès in priſtinum ſuum, & validiſsimnm ſtatum reſtitutas, ac plenariè reintegratas eſſe, & cenſeri, irritum quoque, & inanè, ſi ſecùs ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari, Non obſtantibus præmiſsis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quòd Philippus, & Presbyteri præfati hujuſmodi indulto celebrandi antè diem parte utantur, quia cum in Altaris miniſterio immoletur D. N. J. C. Dei Filius, qui candor eſt lucis æternæ, congruit hoc non noctis tenebris fieri, ſed in luce, quodque præſentium tranſumptis etiam impreſsis, Notarii publici manu ſubſcriptis, & ſigillo Judicis ordinarii Romanæ Curiæ, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorsùs fides ubique locorum adhibeatur, quæ ipſis præſentibus originalibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò hominum omninò liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſsionis, Indulti, Decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac BB.Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S.Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, 1586. 9. Septemb. Pontificatus noſtri Anno II. E. Pallottus Dat. R. Bergerius.

Sequitur declaratio tenoris ſequentis videlicèt, è tergò. Illuſtriſsimi, & Reveren-

verendiſs. D. Cardinalibus Congregationis Sac.Concilii Trident. pro Presbyteris Congregationis Oratorii. Intùs verò Illuſtriſs. & Reverendiſs.Domini. Sixtus Papa V. fel.record. indulſit PP. Congregationis Oratorii, ut qui ex eis, prævio examine ad audiendas Confeſsiones in ipſa Urbe à Vicario approbati fuerint, extrà eandem Urbem abſque alio examine, de licentia tamen Ordinariorum Locorum Confeſsiones liberè audire valeant, ſed quia in partibus præcipuè Neapolis, ipſis in dubium revocatur Privilegium prædictum, ſub prætextu quod non contineat præciſam derogationem, neque mentionem aliquam Concilii Tridentini ſeſſ. 23. cap.15. quo cavetur. Ne quis abſque propriorum Diœceſanorum examine audeat Confeſsiones audire; prædicti Presbyteri Congregationis Oratorii ſupplices deſiderant ſuper hoc reſponſum à Sac.Congregatione. An fuerit neceſſaria derogatio. Sac.Conc.Trid. Congregatio Concilii cenſuit ſi hujuſmodi Privilegium fuit, ut proponitur à Sede Apoſtolica conceſſum, utique omninò eſſe obſervandum, quamvis nullam derogationem, aut mentionem Conc.Trident, contineat.

Hieron. Card. Matthæjus.

Breve Pii Papæ V. pro puniendis Delinquentibus.

PIUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX incumbenti nobis Apoſtolicæ ſervitutis officio ad ea, per quæ quarumlibet deviantium præſertim Eccleſiaſticarum, & Religioſarum perſonarum emendationi ſtudeat, libenter intendimus. Sanè exponi nobis nuper fecerunt dilecti Filii, moderni, Generalis Rector, & Diffinitores Ordinis S. Auguſtini Congregationis Lateranen., quòd licèt aliàs fel. rec. Pius Papa IV. prædeceſſor noſter prius per eum accepto, quòd nonnulli Canonici, & aliæ perſonæ Regulares, Ordinis, & Congregationis prædictorum à rectitudinis tramite deviabant, diverſoſque exceſſus, errores, & crimina, vel alia id genus facinora perpetrabant, & committebant; tunc moderno, & pro tempore exiſtenti Ordinis, & Congregationis prædictorum Generali Rectori, ut quoſcumque ejuſdem Ordinis Canonicos, & perſonas, errantes, & delinquentes, ac irregularitatem contrahentes, tempore Capituli per ipſos celebrari ſoliti, una cum octo Diffinitoribus ejuſdem Ordinis, per Rectorem, & Canonicos, & perſonas errantes, & delinquentes, ac irregularitatem contrahentes, tempore Capituli per ipſos celebrari ſoliti, una cum octo Diffinitoribus ejuſdem Ordinis, per Rectorem, & Canonicos præfatos pro tempore deputatis ad dictum Rectorem evocandi, ac eos juxta illorum exceſſus, errores, & crimina per Rectorem, & Diffinitores hujuſmodi corrigendi, puniendi, & mulctandi, necnon in rebelles, & inobedientes excommunicationis, & irregularitatis, ac alias ſententias, Cenſuras, & pœnas promulgandi, factaque illorum, qui ſi in ſæculo eſſent, ultimo ſupplicio damnarentur, degradatione, illos perpetuò, vel ad tempus ad triremes mittendi, & condemnandi, eoſque in manus executorum ſecularium conſignandi, ac contra non parentes, ſeu inobedientes, declarationem incurſus cenſurarum, & pœnarum hujuſmodi, illarumque aggravatione, ac aliàs, prout neceſſarium foret, donec parerent, procedendi, omniaque, & ſingula alia in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna faciendi, & exequendi quacunque appellatione remota, Apoſtolica auctoritate liberam licentiam, & facultatem per quaſdam ſuas in forma Brevis literas conceſſerit; ipſique Rectori pariter indulſerit, prout in illis pleniùs continetur. Nihilominùs literæ prædictæ, quia octo Diffinitores præfati, una cum ipſo Rectore in condemnatione, & punitione perſonarum delinquentium hujuſmodi concurrunt, partim favore, partim amicitia, par-

tim

tim verò nonnullorum precibns, partim etiam qu › undam malo ingenio, & natura ad diſſentiendum prona in unanimem ſententiam inclinare, & ad correctionem, & emendationem ſimilium perſonarum errantium devenite nolunt; nunquam, aut ſaltem raro, & difficulter ſuum potuerunt conſequi effectum. Quare pro parte eorundem Rectoris, & Diffinitorum nobis humiliter fuit ſupplicatum, quatenùs in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui providam miniſtrorum Domus Dei directionem ſincero deſideramus affectu, & ne delicta, & crimina temaneaut impunita, quantùm cum Deo poſſumus, diligenter procuramus. Rectorem, ac Diffinirores prædictos, illorumque ſingulos à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, aliiſque Eccleſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, quòd idem Rector una cum duabus tertiis partibus, voto ſuo computato, ſic, ut præfertur, conſentientibus, licèt reliqua tertia pars diſſentiat, delinquentes corrigere, punire, mulctare poſſit, nec ne in rebelles, alioſque contradicentes ſententias, cenſuras, & pœnas præfatas promulgare, aliaque in dictis literis contenta exequi, & debitæ executioni demandari facere, perindè, ac ſi omnes conſentirent, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, ac ſtatutum, & ordinationem noſtra hujuſmodi valida, & efficacia fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, ac per omnes dictorum Ordinis, & Congregationis Canonicos, aliaſque perſonas Regulares, quos, & quas illa quomodolibet concernunt, & concernent in futurum, & illorum quemlibet firmiter, inconcuſsè, & inviolabiliter obſervari debere, illoſque, & illas ab eiſdem ſtatuto, & ordinatione nullatenùs reſilire poſſe, ſed ad prędictorum obſervationem efficaciter obligatos, & obligatas eſſe, & cenſeri, ſicque per quoscunque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata illis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interprætandi facultate, et auctotitate judicari, et diffiniri debere, ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranrer attentari contigerit, irritum, et inane decernimus. Non obſtantibus pręmiſſis, et quibusvis Conſtitutionibus, et Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinis, et Congregationis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, et conſuetudinibus, ac omuibus aliis, quæ dictus prædeceſſor in prædictis ſuis literis voluit nòn obſtare, eæterisque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S.Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 15. Octobris 1568. Pontificatus noſtri Anno III.

Cæ.Glorierius.

Breve Pii Papæ V. exemptionis à quibusvis impoſitionibus ratione Seminarii.

PIUS PAPA V.

AD perpetuam rei memoriam. Quoniam per litterarum ſtudia viri bonis moribus, virtutibuſque ornantur efferuntur humiles in ſublima, & ſtudio celico quodam quaſi rore reſperſi ſapientiæ, & intellectus ſpiritum nacti, non ſolùm rebus gerendis bonum exitum parant, ſed cunctis opem præſtant conſilii ſanioris dignum ducimus, ut ſcholas in quibus ipſæ litteræ interprætantur, & ſtudiis litterarum hujuſmodi intentos, quo illi ſuum faciliùs curſum abſque aliqua perturbatione peragere queant, exemptionibus aliiſque gratiis decoremus. Cùm ſicut accepimus, in S. Andreæ Vercellen., & in S. Auguſtini Placentin. Provinciæ Mediolanen. ac in S. Petri de Pado Cremonen. necnon in S. Joannis in Viridario Paduan., & in Sancti Joannis in Monte Bouonien., ac in Sanctæ Mariæ in Portu Ravennaten.

Ordi-

Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium Congregationis Lateranen. Monaſteriis, ſeu Prioratibus, Præpoſitatibus, ſeu Præpoſituris, aut aliàs quomodolibet nuncupatis, per Priores, ſeu Præpoſitos, aut alios gubernari ſolitis, literarum, & præcipuè ſacrarum ſcholæ habeantur, ipſæque literę inibi legantur, doceantur, & interprætentur, & ex hujuſmodi ſcholis Inſignes Theologi, & verbi Dei Prædicatores, nec non alii admodum eruditi Viri exierint, & quotidiè exeant in magnum Sedis Apoſtolicæ, & Religionis Chriſtianę decus, & ornamentum. Nos perſonas ipſas literis hujuſmodi operam dantes ne ab ipſarum literarum ſtudio, prætextu quarumvis contributionum deterreantur providere, illasque, & Monaſteria, ſeu Prioratus, Præpoſitatus, ſeu Præpoſituras prædicta ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes. Abbatum, ſeu Priorum, vel Præpoſitorum dictorum Monaſteriorum nobis humiliter porrectis in hac parte ſupplicationibus inclinati. Monaſteria hujuſmodi, illorumque perſonas, ac bona quæcunque tam mobilia, quàm immobilia cujuſcumque quantitatis, & ſummæ, ac importantiæ, etiamſi ſpeciali nota dignæ exiſtant à quibusvis impoſitionibus ratione Seminarii Clericorum nunc, & pro tempore per nos, & Sedem prædictam, ac quoſcumque alios Romanos Pontifices prædeceſſores, & ſucceſſores noſtros factis, ita quod Monaſteria, & perſonæ prædictæ ad contributionem impoſitionis hujuſmodi ratione Seminarii prædicti, & etiam ex eo, quod fructus, redditus, & proventus dictorum Monaſteriorum ſint admodum pingues minimè teneantur, nec ad id etiam ſub quibusvis ſententiis, cenſuris, & temporalibus, ac etiam pecuniariis, & aliis pœnis cogi, & compelli poſſint, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò eximimus, & liberamus, ac illa exempta libera, & immunia perpetuò eſſe, & fore, necnon exemptionem, & liberationem, præſentesque literas quovis quæſito colore, vel ingenio, & prætextu de ſurreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, alio ve vitio, vel intentionis noſtræ defectu notari, & impugnari, & ſub quibusvis revocationibus, ſuſpenſionibus, derogationibus, vel limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, & exemptionum à nobis, & dicta Sede pro tempore emanatis comprehendi non poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, & denuò etiam ſub poſteriore Dat. per ipſorum Monaſteriorum Abbates, ſeu Priores, aut Præpoſitos, aut alias perſonas prędictas eligenda conceſſas, ac validas, & efficaces fore, ſuosque plenarios, & integros effectus ſortiri, & inviolabiliter obſervari, ac Abbatibus, Prioribus, & Præpoſitis, aliiſque perſonis prædictis perpetua ſuffragari, & ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſeu eorum locatenentes ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpræ tandi facultate, & auctoritate judicari, ſententiari interpræ tari, & diffiniri debere, necnon ſi ſecus ſuper his à quoque quavis auctoritate ſcienter, vel ignotanter attentari contigerit irritum, & inane decernimus. Diſtrictè inhibentes in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac duorum millium ducatorum partim Cameræ Apoſtolicæ, partim Monaſteriis, Prioratibus, & Præpoſituris, prædictis applicandorum pœnis per contravenientes toties quoties opus fuerit eo ipſo incurrendis, quibusvis perſonis cujusvis ſtatus, gradus, conditionis, præeminentiæ, & dignitatis, etiam Pontificalis exiſtentibus, ne Abbates, Priores, & Prępoſitos, & Monaſteria, Prioratus, ſeu Præpoſituras, ac perſonas hujuſmodi, illorumque ſingula ad aliquam impoſitionum prædictarum contributionem, vel ſolutionem coarctare, & eos, ac ea, & eas ſuper præmiſſis directè, vel indirectè quovis quæſito colore, vel ingenio moleſtare, perturbare, vel inquietare audeant, vel pręſumant. Quo circa Venerabilibus Fratribus Narnien. & Amerin. Epiſcopis, & dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicę generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quandò opus fuerit, ac quoties pro parte Abbatum, Priorum, Præpoſitorum, & perſonarum hujuſmodi, ſeu alicujus eorum deſuper fuerint requiſiti ſolemniter publica-

publicantes, eisque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra eos,& eorum ſingulos exemptione, liberatione,& decreto, aliiſque præmiſſis perpetuò pacificè frui, & gaudere. Non permittentes Abbates, Priores, & Præpoſitos, aliaſque perſonas prædictas per quoſcumque deſuper quomodolibet moleſtari, impediri, vel perturbari contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, et pœnas Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando. Invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac fel. record. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua cavetur ne quis extra ſuam Civitatem,vel Diœc.niſi in certis exceptis caſibus, et in illis ultra unam dietam à fine ſuę Diœc. ad judicium evocetur, ſeu ne Judices à Sede prædicta deputati extra Civitatem, et Diœc., in quibus deputati fuerint contra quoſcunque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere præſumant, ac de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodò ultrà tres dietas vigore præſentium quis ad judicium non trahatur, ac quibusvis aliis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, et Ordinationibus, ac etiam dictorum Monaſteriorum Prioratuum, Præpoſitatuum,ac Præpoſiturarum, et illorum Ordinis, et juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, et conſuetudinibus, inhibitionibus, et declarationibus, ac decretis, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis Monaſteriis, Prioratibus, Præpoſitatibus, Præpoſituris, ac Ordini prædictis, aliiſque quibusvis perſonis, & in favorem dicti Seminarii ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs quomodolibet conceſſis, innovatis, & confirmatis, quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret illorum tenores, formas, & Dat. ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus pro expreſſio, & inſertis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat derogamus, & derogatum eſſe volumus contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. Romæ apud S.Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 22. Julii 1569. Pontif. noſtri Anno IV.

Cæ. Glorierius.

Bulla Pij V. Pro Monaſterio S. Frigdiani.

PIUS PAPA V.

AD futuram rei memoriam. Decet Romanum Pontificem in excelſa Beati Petri Principis Apoſtolorum Sede, Divina diſpoſitione conſtitutum, ſcandala, ſi quæ in Eccleſiis, & Monaſteriis ſint, præſertim dum Divina Officia celebrantur penitùs removere,& ne impoſterùm eveniant, congrua ad hibere remedia. Sanè licet ſicut accepimus dilecti filij Capitulum Eccleſiæ Lucanæ multis vicibus ſingulo quoque Anno ad Eccleſiam Monaſterij S.Frigdiani Lucani Ordinis S.Auguſtini Canonicorum Regularium forſan proceſſionaliter accedere, & inibi Miſſas præcipuè Pentecoſtes, & S. Frigdiani præfati feſtivitatum diebus, quas pro tempore exiſtens Prior dicti Monaſterii ex Privilegio Apoſtolico Pontificalibus indutus, inibi celebrare conſuevit, decantare ſoleant moltoties tamen evenit, ut in ipſo-

rum ingreſſu Miſsa Prioris hujuſmodi adhuc non perfectâ, Capitulum præfati eorum cantu illam impedientes, ac Chorum præoccupantes, non niſi ſubmiſſa voce perfici potuerit, & quod pejus eſt, quandoque Capitulum præfati ex rebus quantumvis frivolis dilectos filios Canonicos Monaſterij prædicti contumeliis variis afficere. Inſuper quoque minas inferre non erubuerint in divini Cultus diminutionem, ac grave Miniſtrorum Eccleſiaſticorum vilipendium, & populi ſcandalum non modicum. Nos igitur præmiſſis, ea, quæ convenit remedia adhibere cupientes Motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc Nobis oblatę petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, & certa ſcientia noſtris, quæcumque ſtatuta, & Privilegia Capitulo pręfati ſuper præmiſſis vel eorum aliquo quomodolibet conceſſa, quorum tenores præſentibus pro expręſſis habemus, tanquam inhoneſta, Apoſtolica Auctoritate tenore pręſentium caſſamus, & effectum ſortiri nullatenùs poſſe, vel debere volumus, ac eiſdem Capitulo in Virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub excommunicationis majoris latæ ſententiæ, necnon privationis Beneficiorum per eos obtentorum, aliiſque arbitrio noſtro moderandis, & infligendis pœnis, diſtrictè præcipiendo inhibemus ne de cætero in Pentecoſtes, & S. Frigdiani ſolemnitatum diebus præfatis in Eccleſia Monaſterii S. Frigdiani hujuſmodi Miſſas, aut alia Divina Officia Celebrare, minuſve Priorem, & Canonicos Monaſterii prædicti in celebratione Divinorum impedire, quovis prætextu, occaſione, vel Cauſa, & cujuſvis antiquiſſimæ conſuetudinis audeant, vel præſumant. Decernentes præſentes Litteras nullo umquam tempore de ſurreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel invalidari nullatenùs poſſe, minuſque ſub quibusvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & derogationibus comprehendi nullatenùs poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas eſſe. Sicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, atque definiri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa dilectis filiis Curiæ Cauſarum Camerę Apoſtolicæ Generali Auditori, ac Venerabilium Fratrum Archiepiſcopi Piſani, & Epiſcopi Piſtorienſis in ſpiritualibus Vicariis Generalibus per præſentes Motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios pręſentes litteras, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Prioris, & Canonicorum Monaſterii hujuſmodi, vel alicujus eorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra Priorem, & Canonicos Monaſterii hujuſmodi, illorumque ſingulos caſſatione, voluntate inhibitione, & decreto, aliiſque præmiſſis, juxtà præſentium continentiam, & tenorem pacificè frui, & gaudere, non permittentes illos deſuper per præfatos Capitulum, ſeu quoſcumque alios quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, & inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis Proceſſibus, illos Cenſuras, & pœnas ipſas incurriſſe declarando, ac eas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachi ſecularis. Non obſtantibus pręmiſſis, ac fel. record. Bonifacii PP. VIII. Prędeceſſoris noſtri de una, & Concilii Generalis de duabus Dietis], dummodo quis vigore pręſentium, ultrà tres Dietas ad Judicium non trahatur, ac aliis quibusvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictę Eccleſię Lucanæ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis eiſdem Eccleſię, & Capitulo, illorumque Superioribus, & perſonis, ſub quibuſcum-

eumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel ſpecie, ac aliàs quomodolibet etiam pluries conceſſis, & confirmatis. Quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quevis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, formas, & datas, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & riſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè motu, & ſcientia paribus derogamus contrariis quibuſcumque. Aut ſi præfatis Capitulo, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per Litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 27. Septembris MDLXVIII. Pontificatus Noſtri Anno III.

C. Glorierius.

In Archivo S. Frigdiani Lucæ.

SS. D. N. Gregorii Papæ XIII. Conſtitutio, ſive Præceptum pro Monaſterio S. Mariæ Inſulæ Tremitarum Canonicorum Regularium Congregationis Lateranenſis.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

NUper ad aures noſtras pervenit, quòd antea in Curia Regia Neapolitana orta fuit ſuſpicio, quòd Abbas, & Conventus Monaſterii S.Mariæ Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium Congregationis Lateranenſis Inſulæ Tremitarum, nullius Diæceſis, Frumentum, Hordeum, & alias hujus generis fruge; extra Regnum Neapolitanum ultra eam quantitatem quam jure immunitatis Eccleſiæ, & quam ex privilegiis Regiis antiquitùs conceſſis exportare licet, Privilegiis Regiis hujuſmodi abutentes extrahebant, ſeu extrahi faciebant. Ex quo ad tollendam hanc ſuſpicionem, dilecti filii Generalis, & Viſitatores dicti Ordinis cupientes quanrum in eis erat,omnem viam ſcandalis, & calumnis prçcludere, in Congregatione die 15.menſis Maii 1583.in Civitate Mantuana habita, diſtrictè prçcipiendo mandarunt in virtute Sanctę Obedientiæ, et ſub pœna privationis vocis activæ, et paſsivæ, ac inhabilitatis in perpetuum ipſo facto incurrendę ad omnes gradus, dignitates, et officia quæcunque eſſent dictę Congregationis; Dilecto filio Conſtantio Abbati dicti Monaſterii, et omnibus ſucceſſoribus ſuis, necnon omnibus Vicariis, Procuratoribus, et Factoribus ejuſdem Monaſterii, ut non poſſent extrahere, vel extrahi facere quovis prætextu Triticum, Hordeum, Legumina, ac omnis generis fruges extra Regnum Neapolitanum, excepta ea quantitate quæ ex privilegiis à Regia benignitate dictę Congregationi conceſsis, ſeu de novo concedendis, licitè ad dictam Inſulam defferri poteſt. Cum autem decretum hujuſmodi in dicta Congregàtione, ut præfertur,factum rationi conſonum ſit, & conveniat æquitati, decretum, ſeu mandatum per Generalem, & Viſitatores prædictos in hujuſmodi Congregatione, ut prçfertur, eidem, ac omnia, & ſingula in eo contenta (ſervata tamen Eccleſiaſtica immunitate quoad omnes fruges, & redditus ipſius Monaſterii) Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, præſentiſque noſtri ſcripti patrocinio communimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quàm facti, & ſolemnitatum forſan omiſſarum defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem ſupplemus. Præcipien-

Digitized by Google

cipientes in virtute Sanctę Obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ pœna Abbati, & Conventui, ac Canonicis dicti Monaſterii, necnon omnibus, & ſingulis aliis perſonis tam ſecularibus, quàm quorumvis Ordinum Regularibus ne aliquid contra dicti decreti tenorem facere audeant, vel præſumant, ſed illud inviolabiliter ſemper obſervent, & obſervari faciant. Quòd ſi ſecus fecerint, Contrafacientes ipſos, & ejuſdem decreti violatores, ac eis auxilium, conſilium, vel favorem publicè, ſeu occultè, directè, vel indirectè quomodolibet præſtantes, ſiue Seculares, ſive Regulares, & in quavis dignitate Eccleſiaſtica, ſeu Seculari, aut mundana conſtitutos pæna excommunicationis latæ ſententiæ eo ipſo innodamus, à qua præterquàm in mortis articulo, niſi à nobis, ſeu pro tempore exiſtenti Romano Pontifice abſolvi nequeant. Præterea Abbati ipſius Monaſterii, & Vicario Eccleſiæ S. Agathæ, quæ eſt membrum dicti Monaſterii nunc, & pro tempore exiſtentibus, omnibuſque officialibus ejuſdem Monaſterii, quocunque nomine nuncupentur, per præſentes mandamus, ne impoſterùm cenſus ſuper bonis Monaſterii creare, & conſtituere, ſive ad cambium, vel mutuo pecunias accipere, aut quocunque modo æs alienum contrahere, etiam ob neceſſitates Monaſterii evidentes ſine licentia pro tempore exiſtentium Cardinalis Protectoris, & Rectoris Generalis ipſius Congregationis; Atque, ut quot annis in Congregatione dicta nuncupata, quæ quarta Dominica poſt feſtum Reſurrectionis Dominicæ celebratur, nec non in Capitulo de triennio in triennium celebrari ſolito, rationem de adminiſtratis, & debitis, ut præfertur, de prædictorum licentia contractis cum quibusvis perſonis tam in Romana Curia, quàm extra eam in illo anno, Generali & Viſitatoribus prædictis omninò reddant id, quod ſi neglexerint, & aliquo modo præmiſſis contravenerint, Abbatem & Vicarium, ac Officiales prædictos ſingulos ſimilem pænam excommunicationis latæ ſententiæ, ac privationis officiorum, & dignitatum dictæ Congregationis, quas quiſque obtinuerit, inhabilitatiſque ad illa, & alia impoſterum obtinenda incurrere volumus, ac liberum ſit Generali, & Viſitatoribus prædictis contra Abbatem, & Vicarium, & Officiales hujuſmodi, uti mandatorum Apoſtolicorum violatores procedere. Ne quis autem ignorantiam allegare poſſit omnes, & ſingulos Venerabiles Fratres Archiepiſcopos, et Epiſcopos, ac dilectos Filios Abbates, et Rectores, et alios Eccleſiarum Prælatos monemus, quatenus per ſe, vel alium, ſeu alios has noſtras literas, ubi, & quandò opus fuerit in Eccleſiis coram Populo ex parte noſtra publicent, et publicari faciant, cæterùm, quia difficile foret præſentes literas, ubi neceſſe fuerit deferri volumus, & dicta auctoritate decernimus, quòd tranſumptis earundem præſentium etiam impreſſis, et manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eadem prorsùs fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſę, non obſtantibus Conſtitutionibus, et Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 25. Auguſti 1583. Pontificatus noſtri Anno XII.

Cæ. Glorierius.

CLEMENS PP. VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

PRo impoſiti nobis Apoſtolici muneris debito inter Religioſos viros, quos honores, & dignitates non ambire, ſed tamen promereri decet, æquam honorum, ac dignitatum eorundem in eorum Ordinibus diſtributionem, vt cuncti ſe ad illa aſſequenda per Religioſas virtutum ſemitas aditum parare ſtudeant, ſervari cupimus, ac in his, cum opus eſt auctoritatis noſtræ partes libenter interponimus, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Sanè cum ſicut accepimus dudum

dum in quodam Capitulo generali Congregationis Lateranenſis Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini Abbatiæ, Præpoſituræ, Prioratus, & aliæ Prælaturæ dicti Ordinis, inter quaſdam Nationes diſtributæ, harum Nationum aliquibus ſeptem, aliquibus quatuor, & aliquibus tres, ſeù plures, aut pauciores Abbatiæ hujuſmodi aſſignatæ fuerit. In hujuſmodi diſtributione plures Nationes, veluti Lucenſis, Mantuana, Marmenſis, Januenſis, Neapolitana, & Alexandrina, ac aliæ in totum, aut in mojori parte excluſæ remanſerunt in magnum earundem Nationum, in quibus viri pietate, doctrina, Religionis zelo, ac aliis Regularibus virtutibus præſtantes reperiuntur præjudicium. Cum autem à Religione valdè alienum ſit, ut inter ipſos Religioſos, Nationum, & perſonarum quodammodò acceptio eſſe videatur quinimò ipſe rationis ordo requirat, vt qui ſub eodem vexillo in Eccleſia Dei militant pari modo tum onera ſuſtineant, tùm honoribus perfrui valeant. Nos idcirco prædictarum Nationum, quæ ab aſſecutione Abbatiarum, Præpoſiturarum, & Prioratuum excluſæ remanſerunt indemnitati proſpicere, debitumque cunctorum virtutibus honorem tribui volentes, ex ſeutentia Venerabilium Fratrum noſtrorum Michaelis Epiſcopi Albanenſis Alexandrini, & Antonij Mariæ Salviati, necnon Camilli Burgheſii, & Pompei Arigonii nuncupatorum S. R. E. Cardinalium, quibus hoc negotium examinandum, & nobis referendum commiſimus. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac mera deliberatioue noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine diviſionem Abbatiarum, & aliarum Prælaturarum prædictarum inter prædictas Nationes, ut præfertur jam factam, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuò caſſamus, revocamus, & annullamus, ac de cætero Abbatias, Præpoſituras, Prioratus, & alias Prælaturas prædictas, perſonis quarumcunque Nationum, meritorum eujuſquam ratione habita conferri, & aſſignari poſſe, & debere decernimus, & declaramus. Ac propterea dilecto Filio ejuſdem Congregationis Generali in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ, necnon privationis dignitatum, & vocis activæ, & paſſivæ, eo ipſo incurrendis pœnis præcipimus, & mandamus, ut in Dieta generali prædictæ Congregationis quarta Dominica poſt Paſcha Reſurrectionis Dominicæ præſentis anni 1598. facienda præſentes literas ſolemniter publicando, juxta earum ſeriem, facta in primis per ipſum omnium Abbatum, Præpoſitorum, & Priorum, & Prælatorum prædictorum ejuſdem Congregationis Abbatiis, Præpoſitutis, Prioratibus, & Prælaturis prædictis illis aſſignatis revocatione, prout nos, tenore præſentium revocamus, abſolvimus, Abbatias, Præpoſituras, & Prælaturas prædictas non ſecundùm prædictarum Nationum, quibus in prædicto Capitulo generali aſſignatę fuerunt, ſed aliarum etiam Nationum, perſonis ad eas attinendas idoneis ſine ulla limitatione conferri, & aſſignari omninò curet, & faciat, ſeu diſtribuat, & aſſignet, atque ita impoſterum cæteris futuris ejuſdem Congregationis Generalibus, Diffinitoribus, & aliis in Congregationibus Generalibus intereſſentibus, ad quos ſpectabit ſub eiſdem cenſuris, & pœnis obſervari volumus, & mandamus. Cęterum, quia, ut etiam accepimus, Abbatias hujuſmodi ex prædictæ Congregationis ordine, qui Prioris, ſeu Vicarii munere functus non eſt, aſſequi non poteſt, & perſonæ dictarum Nationum excluſarum forſan Prioris, Vicarii munere hucuſque functæ non ſunt; nos illis, & cuilibet earum pro hac vice dumtaxat, ut, licet Prioris, Vicarii, munere functæ non ſunt, nihilominùs Abbatias, Præpoſituras, Prioratus, & Prælaturas prædictas conſequi, & obtinere perindè poſſint, & valeant, ac ſi Prioris, Vicarii etiam munere functę fuiſſent auctoritate, & tenore præſentis concedimus, & indulgemus, & cum illis æqualiter illarum gratioſè diſpenſamus, non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac prædictę Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, literis Apoſtolicis eidem Congregationi, illiuſque Abbatibus, & Canonicis ſub quibuſcunque tenoribus, et formis in contrarium prçmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, et approbatis. Quibus omnibus, et ſingulis eorum teno-

res

res preſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, et expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis, quibuſcunque.

Dat. Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 27. Martii 1598. Pontificatus noſtri Anno VII.

M. Veſtrius Barbianus.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX injunđo nobis Apoſtolicę ſervitutis officio ad ea ſedulò intendere debemus, per quæ Regularium Ordinum proſpero regimini ſalubriter conſulatur. Ad Congregationem itaque Canonicorum Regularium Lateranenſium ſub Regula S. Auguſtini mentis noſtræ aciem convertentes, et attentè proſpicientes, quòd ſi Prælaturæ ejuſdem Congregationis, quas numero ſexaginta tres exiſtere, & nunc ad vitam illas obtinentium conrra antiqua regularia ejuſdem Congregationis inſtituta concedi ſolere accepimus: de cætero non amplius ad vitam, ſed de triennio in triennium concederentur, ex hoc profectò proſpero regimini, & felici gubernio ejuſdem Congregationis valdè conſuleretur: quandoquidem ij, qui ad Prælaturas eliguntur, cum paulò poſt ſe ſubditos fore animadvertent, ſuſcepti regiminis curam rectiùs gerere curabunt: Idcircò motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac matura deliberatione, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ex voto etiam Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſuper conſultationibus, & negotiis Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum perpetuitatem dictarum Prælaturarum ejuſdem Congregationis Lateranenſis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, perpetuò abrogamus, ac hujuſmodi Prælaturas ex nunc de cætero de triennio in triennium concedi, & eos, qui per triennium aliquas ex dictis Prælaturis obtinuerint, ſaltèm per annum integrum ab eiſdem, quas dicto triennio obtinuerint, & aliis etiam Prælaturis, itaut interim nec de una ad aliam transferri poſſit, vacare omninò debere auctoritate, & tenore præſentis ſtatuimus, & ordinamus. Verum, quia ſi uno, & eodem tempore omnes prædictæ ſexaginta tres Prælaturæ, quæ nunc perpetuæ, ut præfertur, exiſtunt, vacare deberent aliqua in eligendis novis Prælatis omnibus, confuſio oriri poſſet; volumus, ut in proxima futura Dieta generali dictæ Congregationis, quæ Dominica quarta poſt Paſcha Dominicæ Reſurrectionis celebrabitur, tertia pars Prælatorum nunc exiſtentium, hoc eſt ad numerum viginti unius vacare, & in eorum locum alii novi Prælati uſque ad præfatum numerum viginti unius, ſervata tamen in electione novorum Prælatorum forma noſtrarum literarum in forma Brevis ſub Dat. die 27. Martii 1598. Pontificatus noſtri anno ſeptimo, expeditarum ſuper diſtributione inter omnes Nationes facienda indiſtinctè Prælaturarum dictæ Congregationis, quas literas noſtras ſaluas eſſe volumus eligi, & ſucceſſivè ſequenti anno alia tertia pars, & tertio anno reliqua tertia pars omnium Prælatorum hujuſmodi vacare, & ad illas novos Prælatos eligi debere volumus. Novorum autem Prælatorum in locis vacantium pro tempore, prælaturarum hujuſmodi electiones per novem Electores, prout in Capitulo generali fieri conſuevit in hujuſmodi Dietis generalibus pariter faciendas eſſe per Abbatem Generalem, & quatuor Viſitatores tunc exiſtentes, ſimul cum quatuor Diffinitoribus, qui in antecedenti proxima Dieta, ſeu Capitulo generali extiterint; ita tamen, ut ſi aliquis eorum deceſſerit, aut abſens, vel infirmus, ſeù aliàs impeditus fuerit, cæteri ex dictis novem Electoribus alium ejuſdem Congregationis Canonicum idoneum eorum arbitrio, quorum ſuper hoc conſcientiam oneramus, in defuncti, abſentis, infirmi, vel aliàs impediti locum ſufficere poſſint. Utque circa vacationem tertiæ partis prælaturarum, in proxima futura Dieta generali, & in alia ſequenti quietè procedatur, eas prælaturas in prima, & ſecunda Dietis generalibus hujuſmodi reſpectivè vacare debere, quas

ſupra-

ſupraſcripti novem Electores juxta eorum conſcientiam judicaverint: ſicque, ut præmiſſum eſt, & non aliter in omnibus, & per omnia obſervari debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ, ac privationis dignitatum, ac vocis activæ, & paſſivæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illas, & alias impoſterùm obtinendas dilectis filiis Generali, & aliis Abbatibus, & Prælatis ejuſdem Congregationis, ut ad præmiſſorum executionem prompta, ut decet, obedientia, & humilitate procedant, eaque perpetuò deinceps obſervent, & obſervari curent, & faciant, omni prorsùs contradictione, & reclamatione ceſſante. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Congregationis etiam juramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate, alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis eidem Congregationi, illiuſque Abbatibus, & Canonicis ſub quibuſcunque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & roboratis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, hac vice dumtaxàt ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque &c.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 27. Aprilis 1602. Pontificatus noſtri Anno XI.

M. Veſtrius Barbianus.

CONSTITUTIO CCLV.

SUMMARIUM.

Decretum Sac. Congregationis Eminentiſs. & Reverendiſs. DD. Card. Sac. Concilii Tridentini Interpretum. Extat in Bullario Caſinenſi.

1 *Quod Regulares proprios Ritus in Feſtis celebrandis exercere poſſint, nec ab Epiſcopis quicquam in contrarium præcipi poſſit. Conciones tamen, ac lectiones publicas ad uſum Cleri ſecularis conforment.*

2 *Regulares, qui abſque licentia Epiſcopi in alienis Eccleſiis prędicaverint à ſuis Superioribus, non ab Epiſcopis ſint puniendi.*

3 *Ad Proceſſiones accedere non poſſint compelli Regulares, Monaſteria ultrà medium milliare diſtantia à Civitate habentes.*

4 *Epiſcopi in Regularium Monaſteris, locis, & Eccleſiis quibus cura ſecularium Animarum non imminet, nullam habeant facultatem, neque viſitandi Sacriſtias, Paramenta ſeu Sanctiſſimam Euchariſtiam.*

Ex impreſſo.

Congregatio Concilii cenſuit. Decretum *cap. 12. verſ. Dies etiam Feſti, ſeſſ. 25. de Regul.* ità eſſe intelligendum, ut Regularium Ritus illis diebus Feſtis ſemper permaneat, quoad Miſſas celebrandas, & cętera Divina Officia tàm publicè, quàm privatim ab ipſis Regularibus in eorum Eccleſiis perſolvenda. Nec circa hęc ab Epiſcopis quoquo modo, quicquam in contrarium eiſdem Regularibus præcipi poſſe: Quod ſi de facto præceperint, Regulares neutiquam ipſis Epiſcopis obedire teneri. Verùm quoad Conciones; & Lectiones, quas iidem Regulares ad populum habuerint, debere ſe conformare Evangeliis, & Epiſtolis, quibus Clerus ſecularis utitur illis diebus Feſtivis.

2. Congregatio item Concilii cenſuit, Regulares, qui abſque licentia Epiſcopi prædicaverint in Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, tametſi decreto ejuſdem Concilii *cap. 21. ſeſſ. 5.* contrafecerint, non poſſe tamen puniri ab Epiſcopo, ſed tantùm à ſuis Superior ibus Regularibus.

3. Con-

3. Congregatio Concilii etiam cenſuit, Regulares Monaſterii ultrà medium milliare à Civitate diſtantis, non poſſe ab Epiſcopo compelli accedere ad Proceſſiones.

4. Congregatio itidem Concilii cenſuit, Epiſcopos aut alios locorum Ordinarios, vigore cujuſvis Decreti ejuſdem Concilii, nullam habere facultatem quovis tempore in Monaſteriis, Domibus, & Eccleſiis Regularium exemptorum, quibus non imminet curam animarum perſonarum ſecularium, viſitandi Sacriſtias, Paramenta, Vaſa Sacra, Altaria, & cętera hujuſmodi, aut etiam Tabernaculum, ſeu Pyxidem in qua Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum aſſervatur.

Hier. Card. Matthæjus.

Joannes Franciſcus Fagnanus Sac.Congreg. Concilii Secret.

CONSTITUTIO CCLVI.

SUMMARIUM.

1603. Septemb. 1.

Decretum Sac. Congregationis Regularium ſuper præcedentia tàm in Congregatione Patavina, quàm in aliis, ſervanda inter Monachos Caſinenſes, & Canonicos Regulares Lateranenſes. Quod ſcilicet ſimplices Monachi, ſeù Canonici ſimul non admittantur in eadem Congregatione, ſed tantum Abbates, qui præcedant invicem juxtà antiquiorem promotionem ad Abbatiam. Vel ſi alter ſit ſimplex Monachus, vel Canonicus, alter Abbas, Abbas ſemper præcedat Monachum, vel Canonicum ſimplicem. Item quod ſimplex Rocchettum ſit habitus Clericalis.

Ex impreſſo.

Extat in Bullario Caſinenſi.

CUM inter Monachos Caſinenſes, & Canonicos Regulares Lateranen. Annis præteritis orta fuiſſet controverſia, occaſione præcedentiæ in quamdam Congregatione Patavina, prętendentibus Caſinenſibus, quod ſi Canonicus Lateran. præcedere velit, debeat Cotta, ſeù Superpelliceo ſuper Rocchetto indui, Canonicis autem contrarium aſſerentibus, & ſententiam inter ipſas partes à Pio Papa IV. fęl. rec. latam allegantibus, re tunc delata ad Sac.Congregationem factum fuit decretum infraſcripti tenoris.

Cum ſuperioribus die videlicet 4. Auguſti præſentis anni 1603.SS.D.N.Clemens Papa VIII. in Congregatione Illuſtriſſimorum DD. Cardinalium ſuper negotiis Epiſcoporum, & Regularium, & ex voto ejuſdem Congregationis ſuper controverſia inter Canonicos Regulares Lateran. & Monachos S. Benedicti Congregationis Caſinen. orta occaſione Præcedentiæ in Congregatione nuncupata *Sapientia*, quæ in Civitate Patavii celebratur coram Epiſcopo, intervenientibus in ea uno ex Canonicis, & uno ex Monachis prædictis, mandaverit obſervari, ſententiam aliàs inter eoſdem Canonicos, & Monachos latam à fel. rec. Pio Papa IV. prout jacet. Cumque deinde alia nova differentia in eadem Congregatione Patavina inter eoſdemmet orta ſit, prætenden. Monachus Caſinen. ut non ſolùm Canonicus Regularis Lateranen. [ad hoc ut juxtà dictam ſententiam ſit præferendus, & anteponendus in digniori loco] teneatur dimittere ſuperiorem veſtem, pallium, ſeù cappam nigram: ſed etiam induere ſuper linea veſte, quam Rocchettum vocant, aliud Superpelliceum lineum vulgò Cottam nuncupatam, quemadmodum ſolet fieri ab ipſis Canonicis Regularibus in publicis Proceſſionibus. Eadem Sacra Congregatio, negotio maturè diſcuſſo declaravit ſufficere, ut ipſi Canonici Regulares Lateranenſes, in omnibus actibus publicis, & privatis, & ſic etiam in eadem Congregatione Patavina remaneant (dimiſſa tantummodò ſuperiori veſte nigra) in linea veſte, videlicèt in Rocchetto, abſque alio Superpelliceo, & tunc intelliguntur

gantur

gantur eſſe in habitu Clericali, juxtà eandem ſententiam Pii IV. Et ita obſervari mandavit. Romæ die 1. Septembris 1603.

Alexander Cardinalis Florentin.

Hieronymus Aguechius Secret.

Cumque ſuperioribus menſibus Monachi Caſinen. hujuſmodi decreto nequaquam acquieſcerent iidem negocium denuò de ordine Sanctiſſimi in Sacra Congregatione propoſitum, & examinatum fuit, placuitque ad tollendas lites, peculiariter illud committere Illuſtriſſimis, & Reverendiſs. DD. Cardinalibus Juſtiniano, & Platto ejuſdem Sac. Congregationis Patribus, qui pro eorum ſingulari prudentia, vitam, & rationem inirent, qua, controverſia prædicta aliquo modo componi, & dirimi poſſet. Ii autem, partibus ſæpiùs diligenterque auditis, ac per eas adductis omnibus, accuratè conſideratis. Die 22. Februarii 1606. totius cauſæ exactam relationem in eadem Sac. Congregatione fecerunt, ubi poſt maturam conſultationem ipſa Congregatio annuit, decrevit, & mandavit [ſine præjudicio tamen Jurium partium, per modum proviſionis, & donec alitèr provideatur, & mandatum fuerit] ut in poſterum tam in eadem Congregatione Patavina, quàm in aliis ejuſmodi Congregationibus obſervetur, quod neque ſimplices Monachi, neque ſimplices Canonici, ſed ipſorum Monaſteriorum Abbates ad dictas Congregationes accedant, & conveniant, qui eo ordine, & loco ſedere debeant, quo per ſententiam Pii Papæ IV. diſpoſitum, & ſtatutum eſt. Quod ſi contingat unius Monaſterii Abbatem, alteriùs verò Monachum, ſeù Canonicum privatum ad eas accedere, debeat Abbas ſemper præcedere, ſi verò eorum qui adfuerint neuter in Abbatiali dignitate fuerit conſtitutus, imò ſimplex uterque ſit Religioſus, tunc neuter eorum ad Congregationem ſit admittendus. Et ita ſtatuit, decrevit, mandavit, & ab omnibus, ad quos id pertinet obſervari voluit, ſub pœna privationis vocis activæ & paſſivæ, præmiſſo decreto non obſtante, omni alio meliori modo &c.

Antonius Cardinalis Saulius.

Berling. Gypſius Secret.

CONSTITUTIO CCLVII.

SUMMARIUM.

1604. Sepembris 6.

Decretum Sac. Congregationis EE. & RR. DD. Cardinal. conſultationibus Regularium Præpoſitorum.

1 *Quod Moniales ſupranumerariæ locum ſemper extra numerum teneant.*

2 *Quod ſupranumerariæ prædictæ duplicem eleemoſynam, ſeu dotem tribuant.*

3 *Inſuper quod loca decedentium, niſi effectu ſecuto, promittantur, ſub pœna inhabilitatis.*

Ex impreſſo.

1 QUemadmodum Sacri olim Canones, & noviſſimè Sacrum Generale Concilium Trident. ſumma ratione decrevit, ut in Monaſteriis, & Domibus tàm virorum, quàm mulierum, bona immobilia poſſidentibus, vel non poſſidentibus, is tantùm numerus conſtituatur, ac impoſterum conſervetur, qui vel ex redditibus propriis Monaſterii, vel conſuetis eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari; ita quoque Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium, quæ negotiis, ac conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præeſt; cui antiquiùs nihil eſt, quàm ſalutaria hujuſmodi decreta debitæ executioni demandarè curare, ſepiùs locorum Ordinariis reſcripſit, ut certum numerum in ſingulis Monaſteriis Monialium, etiam curæ Regularium, ſeu Militiarum ſubjectis, juxtà cujuſque Monaſterii facultates præſcriberent, & ſi quæ ſupra ſtatutum numerum reciperentur, duplicem eleemoſynam adſerre, & ſupranumerarium locum tenere (Extat in Bullario Caſinenſ.)

 debe-

deberent, Verùm, quià in dubium plerumque venit, num ſupranumerariæ prædictæ, aliquibus ex numero in quolibet Monaſterio definito decedentibus, in earum locum ſubrogati poſſent aut deberent; eadem Sac. Congregatio, quæ peculiaritèr ſuper ea re ſæpè numero reſcripſit, providere volens, nè quis deinceps dubitationis locus relinquantur; hujus generalis decreti tenore ſtatuit, & declarat, Moniales, quæ ſupra numerum in quolibet Monaſterio conſtitutum recipiuntur, in locum Monialium decedentium, intrà numerum, nequaquam ſubrogari, neque impedimento eſſe, quin aliæ in locum earumdem ex numero demortuarum recipi eo modo valeant, quo in ſingulis Monaſteriis Moniales intrà numerum poſſunt admitti, quinimmò eaſdem, ſic ſupra numerum receptas, Supranumerarias ſemper quoad hoc remanere, etiam in cœteris ab aliis nihil differant, ſed illis in omnibus pares, & æquales, juxtà cujuſque Monaſterii inſtitutum eſſe debeant.

2. Declarat inſuper eadem Sac. Congregatio, duplicis eleemoſynæ, nomine intelligi ſemper debere duplicatam ſummam ejus, quæ in receptione cujuſque Monialis intrà numerum, in quolibet Monaſterio conſtitutam erogari pro tempore conſueverit. Ita tamen, ut ubi ſummam, quæ confertur, minor eſt ſcutis ducentis, ibi ſaltèm ratione duplicatæ eleemoſynæ ſolvenda ſint ſcuta quadringenta, & non minùs.

3. Eadem quoque Sacra Congregatio diſtrictè prohibet, ne loca per obitum Monialium intrà numerum decedentium pro tempore vacatura, cuiquam Puellæ ad habitum Regularem recipiendæ concedantur, neque promittantur, niſi ſecuta vera, & reali illum vacatione; atque ità demùm, & non antea de eis diſponi, ac in Monialis demortuæ locum promiſsionem, aut receptionem in Capitulo, ſeu quovis alio modo fieri jubet, dummodò tunc temporis Puella ipſa recipienda, & ætatem habeat idoneam, & cœteras qualitates requiſitas quibus etiam prædictas eſſe debere vult eas Puellas, quę ſupra numerum recipiendæ ſunt jam tunc, cum eis loca vel promittantur, vel dantur. Si quid verò contra à quoquam fieri contigerit, irritum, & inane, ac nullius roboris, & momenti fore, & eſſe decernit. Ac nihilominus Abbatiſſas, Prioriſſas, & alios quoſcumque Monaſteriorum Superiores, qui cujuſvis Puellæ receptioni, vel admiſsioni, aut locorum vacaturorum promiſsioni, ſeu conceſsioni adverſus præſentis decreti diſpoſitionem conſenſerint, privationis vocis activæ, & paſsivæ, aliiſque arbitrio ejuſdem Congregationis infligendis pęnis obſtrictos, & obnoxios forè declarat; ſalvis etiam ſemper, & in ſuo robore permanentibus aliis quibuſcumque ipſius Congregationis decretis aliàs latis, præſenti decreto non contrariis, præſertim circà Monialium admiſsionem, & receptionem ad habitum, & profeſsionem, & circa eleemoſynarum depoſitionem, ſolutionem & erogationem in bona ſtabilia, quibus nullatenùs derogate vult, & intendit.

Romæ die 6. menſis Septembris 1604.

Confirmatio Privilegiorum, Conceſſionum, Indultorum, Exemptionum, Immunitatum, & Indulgentiarum conceſſarum Congregationi Canonicorum Lateranen. facta per Paulum PP. V.

PAULUS PP. V.

AD perpetuam rei memoriam. Paterna noſtra ergà Congregationem Lateranen. Ordinis S. Auguſtini Charitas, ac ejuſdem Congregationis Canonicorum viciſſim in Nos, et Apoſtolicam Sedem devotio poſtulant, ut Privilegia, et Indulta illis à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, et Sede prædicta conceſſa, ut perpetuò firmiora, et illibata ſubſiſtant, Apoſtolicæ confirmationis robore libenter muniamus. Volentes igitur dilectos filios Celſum Mediolanen. Rectorem generalem, et Canonicos dictę Congregationis ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi, ac illos univerſos, & ſingulos à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis,

nis, & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxàt conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus pro parte dicti Rectoris generalis nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, & ſingula privilegia, indulta, conceſſiones, immunitates, exemptiones, Indulgentias etiam plenarias, & alias gratias tàm ſpirituales, quàm temporales eidem Congregationi, ac ejus Generali, & aliis Rectoribus, & Canonicis, eorumque Monaſteriis, & Domibus, ac Eccleſiis, Novitiis, Fratribus, Converſis, Commiſſis, Servitoribus, Colonis, & familiaribus per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & noviſſimè per fel. re. Clementem VIII. & Sedem prædictam quomodolibet conceſſa, confirmata, approbata, & pluries innovata, necnon Literas Apoſtolicas etiam in forma Brevis, ac omnia, & ſingula in illis contenta quatenus licita, & honeſta, ac in uſu ſint, & non ſint revocata, neque ſub aliquibus revocationibus compræhenſa, neque contrà libertatem Eccleſiaſticam tendant, ac Sacris Cononibus, & Concilii Tridentini Decretis non adverſentur, ac debitæ Nobis, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientiæ, & fidelitati non repugnent, auctoritate Apoſtolica tenore preſentium perpetuò confirmamus, & approbamus illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos tàm juris, quàm facti defectus, ſi qui in eiſdem intervenerint, ſupplemus, ac ea omnia, & ſingula perpetuò valida, firma, & efficacia eſſe, & fore, ac ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & in futurum pro tempore ſpectabit, perpetuò inviolabiliter obſervari debere; ſicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Quocirca

per præſentes committimus, & mandamus, ut ipſi vel duo aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Rectoris Generalis, vel aliorum Rectorum, & Canonicorum dictę Congregationis, aut alicujus eorum fuerint requiſiti præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque ſolemniter publicantes eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra illos univerſos, & ſingulos præmiſſorum omnium, & ſingulorum effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè moleſtari, Contradictores quoſcumque per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ dicti Prædeceſſores in ſingulis eorum Literis voluerunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris. Die 8. Novembris M. DCV. Pontificatus Noſtri Anno I.

M. Veſtrius Barbianus.

PAULUS PAPA V.

Ad futuram rei memoriam.

PAſtoralis noſtri muneris ratio poſtulat, ut in illis auctoritatem noſtram interponamus, per quæ Congregationum, & Ordinum Regularium quieti, & proſpero ſtatui opportunè conſulatur, prout ſalubriter in Domino conſpicimus expedire. Ad Congregationem itaque Lateranenſem Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini mentis noſtræ aciem convertentes, ac attentè conſiderantes maxi-

maximè convenire, ut in electione Prælatorum, Superiorum, ac Officialium ipſius Congregationis omnes illius Canonici Regulares (nulla Nationum, aut perſonarum acceptione, vel exceptione habita) partem habere debeant, æqualitatem votorum, & ſuffragiorum in Diffinitorio tam in Capitulo, quàm in generalibus Dietis ſtabiliendam duximus. Motu igitur proprio, non ad alicujus nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, harum ſerie ſtatuimus, & ordinamus, ut de cætero pro hujuſmodi virorum æqualitate in eodem Diffinitorio, unus ex Marchiæ Eccleſiaſticæ, alius ex Status, & Ducatus Mediolani, alius ex Marchiæ Trivifanæ, alius ex Principarus Pedemontium conjunctim una cnm Monaſteriis Placentiæ, Parmæ, Mantuæ, Mutinæ, Regii, & Vineolæ, & alius ex Hetruriæ; Regni Neapolis, & Genuæ Monaſteriis ejuſdem Congregationis, qui reſpectivè ſic ad hunc effectum pro una vice ex dictis Monaſteriis Hetruriæ, & Genuæ, & pro alia vice ex Regno Neapolis perpetuis futuris temporibus eligi debeat, eligendi Canonici vota in quibuſcunque Capitulis, & Dietis generalibus dictæ Congregationis habeant: quæ quinque vota Diffinitorium novum conſtituunt, quæ omnia intervenire debent in omnibus determinationibus in ipſis Dietis, & Capitulis generalibus faciendis. Præterea, ut Abbas Generalis totius Congregationis, juxta formam literarum in forma Brevis fel.rec.Gregorii Papæ XIII. prædeceſſoris noſtri ad trienium, & cum diſtinctione præſcripta in Conſtitutionibus dictæ Congregationis per dictas lireras confirmatis, videlicet, quòd pro uno triennio ex Provinciis vocatis juxta antiquum uſum Marchiç Eccleſiaſticæ, & Trivifanæ, & pro alio triennio ex Provinciis juxta eundem anriquum uſum nuncupatis Lombardiæ, videlicet Ducatus, & Status Mediolani, Pedemontium, Parmæ, Placentiæ, Mutinæ, Regii, Vineolæ, ac Hetruriæ, Regni Neapolis, & Genuæ, & ex his Provinciis reſpectivè alternis vicibus, juxta diſtinctionem prædictam perpetuò eligi debeat, abſque aliqua Nationum, aut Provinciarum illius partis, ad quam pro tempore ſpectabit, exceptione. Procurator verò generalis, qui in Romana Curia reſidere ſolet, & inſimul Abbas de Sancta Maria de Pace de Urbe exiſtit, ſemper eligatur pro uno itidem triennio ex altera parte duarum ſumprarum, ex qua dicto triennio, quo Procurator Generalis, & Abbas dicti Monaſterii de Pace ex Provincia Lombardiæ extiterit, Provinciæ Eccleſiaſticæ, unum Monaſterium paris qualitatis Monaſterii prædicti de Pace arbitrio Diffinitorii aſſignari debeat. Cùm autem æquum ſit, & rationi conſonum, ut ii, qui ſub eadem Regula militanti æqualiter onera ſuſtineant, ac honoribus, & prælaturis fruantur. Nos menti, & intentioni recol.mem.Clementis Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri ſuper hoc editę inhærentes, diviſionem Monaſteriorum, ac Abbatiarum, & prælaturarum, inter quaſdam Nationes, ut accepimus, factam auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium revocamus, caſſamus, et annullamus, utque de cętero Monaſterio, Abbatiæ, prępoſituræ, Prioratus, & ceterę Prælaturæ ipſius Congregationis Canonicis cujuſcunque Nationis, & Provinciç meritis ſuffultis abſque aliqua Nationum, & perſonarum exceptione aſſignari, & ad eas Canonici hujuſmodi virtute, ac meritis pręſtantes, juxta dicti Clementis intentionem eligi debeant, perpetuò pariter ſtatuimus, & ordinamus. Ulteriùs, ut in quacunque Natione, & Provincia Novitii, juxta capacitatem, qualitatem, & redditus cujuſcunque Monaſterii recipiantur, decernimus, ut impoſterùm in qualibet Natione, & Provincia, is tantùm Novitiorum numerus admittatur, & recipiatur, qui pro implemento cujuſcunque Monaſterii pręſcriptus, & in tariſſa aſſignatus fuit, ac in illis Nationibus, & Provinciis, earumque Monaſteriis, in quibus numerus pręfixus exceditur, recipi nequeant aliqui Novitii, donec ad numerum præſcriptum pro ſingulo Monaſterio tam Canonici, quàm Converſi redacti fuerint. Verùm ſi in ipſis provinciis, et Nationibus, in quibus numerus pręſcriptus completus, et etiam ultra dictum numerum recepti reperiuntur alicujus perſonę literarum, ſcientia, virtque, ac morum integritate, ac ſanctitate maximè prædıtæ, quæ in ipſam Congregationem admitti poſtula-

ſtulaverit, occaſio oblata fuerit, illam cum voto Diffinitorum pro duabus ſaltèm partibus concordis, non tamen ultra ſex perſonas in totum, donec Canonici, et Converſi ad præſcriptum numerum redacti fuerint abſque præjudicio Monaſteriorum, in quibus numerus præſcriptus, et aſſignatus completus non fuerit, recipiendi facultatem concedimus. Et ad hunc effectum Novitiatus inſtitutos, videlicet in Marchia Eccleſiaſtica, Cæſenæ, et Montisbellii, in Statu, et Ducatu Mediolani in Monaſterio Caſoreti, in Diœceſi Mediolanenſi ſito, ac in Dominio Venetorum Veronæ, in Hetruria Feſulis, et in Monaſteriis Neapolis, in Monaſterio B. Mariæ Pediſcriptæ confirmamus, et approbamus, ac in illis Novitios juxta præſentium, et ordinationum decretorum juſſu dicti Clementis prædeceſſoris factorum tenorem, et numerum præſcriptum recipi poſſe concedimus. Præterea non modernorum Abbatis, et Viſitatorum, ac Procuratoris Generalium cauſa, qui alioquin, et præſertim ipſe Abbas Generalis eorum officiis hactenus laudabiliter functi ſunt, neque propter aliqua eorum præterita demerita, ſed, ut hæc noſtra Conſtitutio in ipſa Congregatione de cætero perpetuo obſervanda hoc tempore, ſine alicujus exceptione initium ſumat, volumus, & pari motu, & auctoritate ſtatuimus, ut neque Abbas Generalis, qui pro tempore fuerit finito ejus officio, & facta electione alterius Abbatis ad officium Generale, videlicet Viſitatoris, aut Procuratoris generalis pro tempore in Abbatem Generalem, niſi abſoluto triennio poſt peractum reſpectivè utrumque officium eligi poſſit, utque etiam nullus ex Viſitatoribus Generalibus finito triennio ſui officii Viſitationis generalis, in Abbatem Generalem pro ſequenti immediato triennio eligi valeat: præcipientes in virtute Sanctæ Obedientiæ omnibus, & ſingulis ejuſdem Congregationis Generali, ac aliis Abbatibus, Diffinitoribus, Prælatis, & Canonicis, cæteriſque, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, ut præſentes noſtras literas obſervent, & obſervari curent, & faciant, irritum nihilominùs, & inane decernentes quidquid ſecùs ſuper id à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus quibusvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Congregationis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibusvis ejuſdem Congregationis ſuperioribus, & Canonicis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac aliis quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque, quibuſcunque &c.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 30. Decemb. 1606. Pontificatus noſtri Anno I.

M. Veſtrius Barbianus.

CONSTITUTIO CCLX.

SUMMARIUM.

1606.

Decretum Sacræ Congregationis Eminentiſs. ac Reverendiſs. DD. S.R.E. Cardinalium Sacroſ. Trid. Concilii interpretum. Ad favorem Monachorum Caſinenſium pro uſu Pontificalium, & Sacrorum Vaſorum Benedictionibus.
Ex impreſſo.

ILluſtriſſime, & Reverendiſſime Domine. Fel. recor. Urbanus Papa II. Privilegium conceſſit Abbati Sacri Monaſterii Sanctiſſimæ Trinitatis Caven. Ordinis S. Benedicti, quod Terras, & Caſtra ſua, Eccleſias cum Cruce ſignare, & omnia Extat in Bullario Caſinenſi.

alia

alia Pontificalia exercere poſſet, quæ Epiſcopi in ſuis Diœc. facere poſſunt (Sacrorum Ordinum collatione, Baſilicarum, & Altarium conſecratione, ac Chriſmatis confectione dumtaxat exceptis) & alia, ut in dicto Privilegio, ſub Datum Salerni 18. Kalen. Octobris anno 1092.

Eugenius Papa IV. ejus motu proprio, ſub Datum Florentiæ Anno Incarnationis 1442. 7. Kalen. Junii, inter alia facultatem dedit Abbati Monaſterii S. Pauli celebrandi Miſſas cum Mitra, & Annulo, Sandaliis, Tunica, Dalmatica, & conferen. Ordines Minores ſuis Monachis, & benedicendi Indumenta, quæ ad uſum Altaris ejuſdem Monaſterii requirentur.

Alexander VI. ejus motu proprio ſub Datum Romæ Anno Incarnationis Dominicæ 1501. Kalen. Aprilis, confirmat omnia Privilegia dictæ Congregationi, & cuilibet Monaſterio illius per Summos Pontifices conceſſa, & cujuslibet particularis Monaſterii privilegia, toti Congregationi, & ejus particularibus Monaſteriis communia eſſe, & ad illa extendi debere voluit, & extendit.

De anno 1565. die 6. Junii fel. rec. Pius Papa IV. eidem Congregationi, ut ſinguli illius Abbates, pro tempore exiſtentes, Baculo paſtorali, & Mitra Pontificali in Eccleſiis Monaſteriorum [in quibus pro tempore deputabuntur] uti, ac benedictionem pontificalem poſt Divina Officia Chriſtifidelibus inibi exiſtentibus elargiri, quoſcunque Lapides marmoreos, & porfireos, aut alios ad uſum Altarium portatilium aptos, pro uſu quarumcunque utriuſque ſexus dictæ Congregationis Monaſteriorum, Prioratuum, Eccleſiarum, & aliorum piorum locorum, ſuper quibus ad Altaria intrà Clauſtra eorundem Monaſteriorum, & Prioratuum, ſeu ſepta Eccleſiarum, & piorum locorum hujuſmodi dumtaxat Miſſæ celebrari poſſint, conſecrare, & benedicere, Ordinariorum locorum licentia deſuper minimè requiſita, liberè, & licitè valeant plenam, & liberam licentiam, & facultatem, Apoſtolica auctoritate conceſſit.

Et ſemper Abbates Congregationis hujuſmodi liberè Mitra, & Baculo paſtorali uſi fuerunt Calices, Altaria, in quibus Unctio requiritur, Paramenta, Lapides conſecrarunt, & benedixerunt, Minores Ordines ſuis ſubditis contulerunt, & alia Pontificalia exercuerunt, & in tali poſſeſſione ſemper extiterunt, & de præſenti ſunt, vigore ſupradictorum, & aliorum privilegiorum.

Modò à nonnullis nimis ſcrupuloſis Viris dubitari contigit, an Abbates prædicti Conſecrationem, & Benedictionem ſupradictam facere, & Pontificalia exercere poſſint ſub prætextu aſſertæ reſolutionis hujus Sac. Congregationis, declaran. quòd Abbates benedicti non ſe ingerant in benedictionibus, in quibus Unctio requiritur.

Ad tollen. omnem difficultatem, Procurator Generalis dictæ Congregationis humiliter ſupplicat DD. VV. Illuſtriſs. & Reverendiſſimis, quatenùs dignentur declarare, ipſis Abbatibus, ſtantibus dictis privilegiis confirmatis, & approbatis, quorum Summarium datur, ac de novo conceſſis ſucceſſivis temporibus, etiam à Clemente VIII. fel. rec. facultatem prædictam benedicendi, conſecrandi, Baculum, & Mitram deferendi, & alia Pontificalia exercen. competiiſſe, & competere, non obſtan. ſupradicto decreto, quod quidem non comprehendit Abbates Caſinen. ut ſupra privilegiatos, ſed tantùm Abbates ſeculares benedictos, qui non gaudent iſtis privilegiis, ſed tantùm habent, quod illis Jus commune concedit &c.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum declaravit, deciſionem à ſe aliàs editam, quòd Abbates utcumque benedicti benedicere non poſſunt ea, in quibus Unctio requiritur, non obſtare, quominùs iidem, munus prædictæ benedictionis quoad ea, in quibus Unctio requiritur, impendere queant, ſi ſpecialibus Sedis Apoſtolicæ privilegiis, quibus idem Concilium nequaquam derogat, muniti fuerint.

A. Card. Vicecomes.

PAU.

PAULUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

INdemnitate Regularium perſonarum ex injuncto nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis Officio intendentes, quæ propterea facta fuiſſe dicuntur, ut firmiùs ſubſiſtant, & diligentiùs obſerventur, libenter approbamus. Dudum ſiquidem cùm Congregatio Lateranenſis Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, ob ſiniſtros illius eventus gravi ære alieno gravata reperiretur, cujus cauſa magnam pecuniarum ſummam, etiam ultra onera eidem Congregationi Apoſtolica auctoritate impoſita, & publicos ipſius Congregationis ſumptus, ſingulo quoque annuo ſolvere, & novum æs alienum propterea contrahere cogeretur: fel: rec. Sixtus Papa V. prædeceſſor noſter, incommodis hujuſmodi obviare cupiens, quinque ſuper hoc Commiſſarios dicta auctoritatate conſtituit, & deputavit; quibus omnia dictæ Congregationis Monaſteria, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus viſitandi, & uniuſcujuſque Monaſterii hujuſmodi fructus, redditus, & proventus, ac eorum veros etiam annuos valores minutim conſiderandi, numerum Canonicorum, ac Converſorum limitandi, & alimenta unicuique debita aſſignandi, & quòd ſupereſſet ex fructibus cujuſlibet Monaſterii hujusmodi ſequeſtrandi, illudque tàm in ſolutionem fructuum decurſorum, ac in futurum decurrendorum, quàm in extinctione cenſuum redimibilium nomine ipſius Congregationis convertendi, aliàque forſan deſuper faciendi, & exequendi omnimodam auctoritatem, poteſtatem, & facultatem conceſſit, prout in ſuis deſuper in forma Brevis confectis literis pleniùs continetur. Cùm autem, ſicut nomine ipſius Congregationis Nobis nuper expoſitum fuit, dicta Congregatio, licèt magnam pecuniarum quantitatem Romæ, & Venetiis, ac in aliis Italiæ Civitatibus perſolverit, nihilominus eidem ferè, ac forſan majori æri alieno, quo tempore deputationis dictorum Commiſſariorum erat adhuc obnoxia reperiatur, eoque magis in dies creſcente, in proximo præterito generali Capitulo Ravennę ad præſentiam dilectorum filiorum Abbatis generalis, necnon Diffinitorum, reliquorumque dictæ Congregationis Vocalium habito, infraſcriptum remedium ad Congregationis hujuſmodi onera ſublevanda, ejuſque rationes juvandas magis aptum, & efficax de unanimi conſenſu eorum, qui in dicto Capitulo intervenerunt, excogitatum, & approbatum fuit, ut ſcilicet diviſio debitorum inter Monaſteria fieret tam reſpectu capitalium cenſuum, quàm reſpectu fructuum aliorum cenſuum vitalitiorum nuncupatorum, ac quorumcunque onerum, ac præſtationum Sedi, ſeu Cameræ Apoſtolicæ, necnon dictæ Congregationis ærario pro ſuſtinendis publicis expenſis annuatim præſtandorum, forma tamen, & modo diviſionis hujuſmodi per idem Capitulum dilecto filio noſtro Flaminio Tituli S. Mariæ de Pace Cardinali Plato nuncupato, ac ejuſdem Congregationis Protectori, remiſſis: qui quidem Flaminius Cardinalis, ac Protector, adhibitis calculatoribus, eorumque, necnon etiam dilecti filii Archangeli de Mediolano Monaſterii ejuſdem S. Mariæ de Pace Abbatis, ac Congregationis prædictæ Procuratoris generalis, ac aliorum peritorum conſilium, & relationem in hac parte ſecutus, omnium debitorum, & cenſuum tam francabilium, quàm vitalitiorum ubique exiſtentium, ac fructuum, & onerum annuorum prædictorum ſummam in moneta Romana reductam, diviſit in infraſcripta quinquaginta duo Monaſteria, quandoquidem reliqua alia duodecim dictæ Congregationis Monaſteria adeò ægeſtate premuntur, ac laborant, ut hujuſmodi onus, vel minima ex parte ferre nequeant, ſuamque unicuique Monaſterio portionem contingentem tam ſortis, quàm fructuum, & onerum præfatorum juxta uniuſcujuſque Monaſterii vires, ac facultates, habito etiam reſpectu aſſignationis per dictos Commiſſarios aliàs factæ, diſtribuit, & aſſignavit, eamque ſingulis Monaſteriis, eorumque Prælatis tranſmitti, & poſtquam tranſmiſſa fuit, ab eiſdem diligen-

ter

ter, examinari voluit, & curavit, habitoque reſponſo uniuſcujuſque dictæ Congregationis Prælati, præfato Archangelo Procuratori Romæ per literas dato, noviſſimè de menſe Octobris proximè præterito in Conventu Arimini, coram eodem Flaminio Cardinale, ac Protectore, necnon Abbate generali,ac Viſitatoribus præfatis,nonnullisque aliis Congregationis hujuſmodi Prælatis habito, accuratè examinata, diſcuſſa, & unanimiter approbata fuit. Quibus ſic ſe habentibus id,quod opera dictorum Commiſſariorum aſſecutum non fuit,nunc ex diviſione,& aſſignatione hujuſmodi eadem Congregatio conſequi poſſe ſperat. Ideò nomine dicti Flamini Cardinalis, & Congregationis præfatæ fuit nobis humiliter ſupplicatum, quatenus compartimento, ſeu diviſioni, & aſſignationi hujuſmodi pro illius firmiori ſubſiſtentia robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, aliaſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui felicem hujus Congregationis progreſſum ſpiritualem, & temporalem more majorum noſtrorum Romanorum Pontificum ſinceris deſideramus affectibus, omnes, & ſingulas dictæ Congregationis perſonas à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à Jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes,& abſolutas fore cenſentes, necnon dictorum debitorum quantitates,qualitates, & cauſas, eorumque Inſtrumenta, & ſcripturas etiam privatas, ac creditorum nomina, & cognomina, gradus, & ordines, ac literarum dicti Sixti V. tenores, perindè, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & totaliter inſertis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ex certa ſcientia, compartimentum, ſeu diviſionem, & aſſignationem dictorum debitorum, prout in fine præſentium annotata, & deſcripta eſt, dicta auctoritate, earundem tenore præſentium in perpetuum approbamus, et confirmamus, illique perpetuæ, et inviolabilis firmitatis robur adiicimus, omneſque, et ſingulos tam juris, quàm facti, ac ſolemnitatum deſuper neceſſariarum forſan omiſſarum defectus, ſi qui, quomodolibet intervenerunt, ſupplemus. Præcipientes in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ pœna, per contrafacientes eo ipſo incurrenda, Abbati Generali, Viſitatoribus, et aliis ejuſdem Congregationis Prælatis pro tempore exiſtentibus, ac aliis quibuſcunque dictæ Congregationis Superioribus, ac Miniſtris quocunque nomine nuncupentur, quatenùs nullo alio à Nobis deſuper expectato mandato, compartimentum, ſeu diviſionem, ac aſſignationem dictorum debitorum recipiant omni, et quacunque appellatione, recurſu, ſeu reclamatione poſtpoſitis, et unuſquiſque illorum cum omni animi promptitudine partem eos tangentem integrè, et realiter perſolvat, ac debitæ executioni demandet. Mandantes Abbati Generali, et Viſitatoribus, Prælatis, ac aliis prædictis, ut durantibus eorum officiis, omni, qua fieri poterit, diligentia procurent, ut unumquodque Monaſterium hujuſmodi, ſeu illius Prælatus ſingulo quoque anno portionem fructuum ſibi in compartimento, ſeu diviſione aſſignatam integrè ſolvat; ſingulo verò triennio, quo prælationis munus durare dignoſcitur, congruam pro Monaſterii facultatibus portionem ſortis cenſuum francabilium extinguat. Quòd ſi Abbates Generales, et Viſitatores tam moderni, quàm pro tempore exiſtentes,negligentes fuerint in eorum debito officio circa præmiſſa exequendo,reliqui verò Prælati Monaſteriorum prædictas tam fructuum, et onerum, quàm ſortis portiones ſibi aſſignatas non perſolverint, et reſpectivè extinxerint voce activa, et paſſiva, ac cujuslibet prælaturæ gradus, dignitatis, et officii tam publici,quàm privati in perpetuum eo ipſo privati exiſtant, et in locum præmiſſa non adimplentium, ſeu adimplere recuſantium, aut differentium, et alii dictæ Canonici, vel Prælati arbitrio Abbatis Generalis, ſeu dictæ Congregationis Cardinalis Protectoris prædictorum, et pro tempore exiſtentium ſubrogentur, ac ſubſtituantur, de quorum diligentia, et ſolertia circa præmiſſa major ſpes ſit: Inſuper providere cupientes, ne malitia, aut negligentia Prælatorum, ac Miniſtrorum,

rum unius, vel plurium Monaſteriorum, vel alicuius Nationis, aut Provinciæ impoſterùm aliquo pacto cæteris Provinciis, Nationibus, Monaſteriis, aut univerſæ Congregationi huiuſmodi noceat, vel detrimentum afferre valeat, diſtrictiùs inhibemus ſub prędictis vocis activæ, et paſſivæ privationis, et aliis pœnis, ne ullo unquam tempore debita, ſicut præfertur diviſa, diſtributa, et aſſignata, aut alia etiam debita ab alio Monaſterio, Natione, vel Provincia ad præſens contracta, ſeu quovis modo impoſterùm contrahenda quavis cauſa, vel occaſione, etiam neceſſitate urgente, vel urgentiſſima amplius ipſius Congregationis communia fiant, vel communicentur, ſed propria, et particularia illius Monaſterii, Nationis, et Provinciæ remaneant, quæ ipſamet debita contraxerint, mandantes, ut de eorundem Monaſteriorum, Nationis, et Provinciæ bonis, quæ debita contraxerint, perſolui omninò debeant. Si verò aliquod Monaſterium, ſive Monaſteria, ob grandines, ſeu alios quoslibet ſiniſtros, & fortuitos eventus ratam ſuæ portionis, juxtà diviſionem, & aſſignationem prædictas perſolvere non poſſint, tunc potiùs quævis alia ineatur ratio, qua ei ſuccurratur, quàm Congregatio onus ſolvendi portionem per dicta Monaſteria non ſolutam ſubeat, neque debita particularium Monaſteriorum, Nationum, aut Provinciarum in ſe ſuſcipiat, quinimò potiùs, ubi aliter eis ſuccurri, ac ſubveniri non poſſit, Canonicorum, ac Converſorum numerus in præfatis Monaſteriis, portionem eis diſtributam ſolvere non valentibus, vel nova debita contrahentibus commorari conſuetus, quouſque ad eum ſtatum redacta fuerint, ut ſatisfacere poſſint, minuatur, & nihilominus Abbati Generali, ac Diffinitoribus præfatis cum participatione tamen ejuſdem Cardinalis Protectoris, & dummodò novum æs alienum non contrahatur particularibus quibuslibet Congregationis hujuſmodi Monaſteriis prædictam portionem ſuam ob aliqua infortunia ſolvere non valentibus, vel aliàs indigentibus ex legitima cauſa, & ex ærario publico ſubveniri liceat. Prohibentes eiſdem Abbati Generali, Diffinitoribus, Prælatis, Miniſtris, ac Canonicis præfatis quibuſcunque ſub privationis, ac aliis pœnis præfatis, ne novum æs alienum ex privata cujusvis Monaſterii cauſa etiam quantumvis urgentiſſima, ut præfertur, contrahere audeant, quoquomodo, vel præſumant. Et, ut faciliùs, ac quantocitiùs à quolibet Prælato, & Monaſterio conveniens ſolutio ſortis cenſuum eis aſſignatorum executioni demandetur, eidem Congregationi, & Prælatis cujuslibet Monaſterii Congregationis hujuſmodi, quod de conſenſu, & participatione dicti Flaminii Cardinalis, ac pro tempore exiſtentium ejuſdem Congregationis Protectorum quaſcunque pecuniarum quantitates ad cenſus annuos, minori tamen, quo fieri poſſit, diſpendio, Romæ, Venetiis, Mediolani, Januæ, vel aliis Italiæ Civitatibus, aut Locis quibuſcunque accipere poſſeſſiones, ſeu prædia Monaſteriorum quorumlibet ad longum tempus cum anticipatis ſolutionibus notabilis pecuniarum quantitatis locare, ſeu arrendare poſſint, & valeant, dummodò pecuniæ ex cenſibus novis vigore præſentium reſpectivè creandis, & arrendandis, provenientes, in extinctionem antiquorum cenſuum cuilibet Monaſterio hujuſmodi aſſignatorum convertantur, tenore earundem præſentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur. Decernentes dictam Congregationem, illosque, qui pecunias ſuas ad cenſus dederint ad verificationem præmiſſorum nullo unquam tempore teneri, nec ad id obligatos exiſtere, præſenteſque literas de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo, quod intereſſe in præmiſſis habentes, vel prætendentes ad hoc vocati non fuerint, & cauſæ, propter quas præſentes emanarunt examinatæ non fuerint, notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos Juris reduci, ſeu in Jus, vel controverſiam revocari non poſſe, ſicque per quoſcunque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique judicari, ac diffiniri debere, necnon irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca

circa dicto Flaminio Cardinali, & aliis dictæ Congregationis pro tempore exiſtentibus Protectoribus præfatis, per præſentes committimus, & mandamus, quatenùs per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, ubi, & quando opus fuerit, quoties pro parte dictæ Congregationis fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, ac illi in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittant dictam Congregationem deſuper à quoquam quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari; Contradictores quoslibet, ac Rebelles, & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita comp eſcendo; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſt ante piæ me. Symmachi, & Pauli II. ac aliorum quorumcunque Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum de rebus eccleſiaſticis non alienandis, & malè alienatis recuperandis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Congregationis, & Ordinis prædictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis ſub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, & irritantibus decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis: quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel divisim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Volumus autem, quòd unumquodque Monaſterium, onus ſolvendi tam ſortem, quàm fructus debitorum, & onerum ſibi in prædicta diviſione aſſignatorum quantocitiùs in ſe recipiat, illamque exequi promittat, necnon termino triennii à data præſentium computandi univerſam Congregationem pro dicta ſumma indemnem omninò revelare teneatur; quòdque præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Diviſio autem, & aſſignatio, de quibus ſupra fit mentio, & ſumma ſcutorum integrà quotannis ab unoquoque Monaſterio ſolvendorum, ſivè Romæ, ſivè in propriis Civitatibus, ad rationem Juliorum decem pro quolibet ſcuto, ſivè Venetiis, ad rationem librarum ſeptem monetæ Venetæ eſt, ut infra, videlicet. Ex Provincia Eccleſiaſtica, Monaſterium S. Joannis Baptiſtæ Anconæ ſolvet ſcuta quinque centum. Monaſterium S. Joannis in Monte Bononiæ ſcuta ſeptem centum, & ſolidos monetæ Romanæ ſeptuaginta quinque. Monaſterium S. Crucis extra Cæſenam ſcuta mille. Monaſterium S. Catharinæ Firmi ſcuta tercentum. Monaſterium S. Joannis Baptiſtæ Ferrariæ ſcuta quinque centum. Monaſterium Sancti Juliani Imolæ ſcuta ducentum quinquaginta ſeptem, & ſolidos, uti ſupra, quinquaginta. Monaſterium S. Mariæ Montisbelli extra Bononiam ſcuta mille novem centum, & ſolidos, uti ſupra, quinquaginta. Monaſterium S. Mariæ in Portu Ravennæ ſcuta ſex millia. Monaſterium S. Marini Ariminì ſcuta novem centum, & ſolidos uti ſupra quinquaginta. Monaſterium S. Catervi Tolentini, ſcuta centum quinquaginta. Ex Provincia Ducatus Mediolani. Monaſterium S. Mariæ de Caſtello Alexandriæ, ſolvet ſcuta ſeptem centum. Monaſterium S. Georgii de Brinate extra Mediolanum ſcuta mille ducentum. Monaſterium S. Mariæ Blancæ de Caſoreto extra Mediolanum ſcuta tercentum. Monaſterium S. Petri apud Padum Cremonæ ſcuta duo mille quatuor centum. Monaſterium S. Romani Laudæ ſcuta centum, & octo. Monaſterium S. Mariæ Paſſionis Mediolani ſcuta tria millia, & ducenta. Monaſterium S. Crucis Mortarii ſcuta mille centum. Monaſterium S. Mariæ Gratiarum extra Novariam, ſcuta octo centum. Monaſterium S. Petri in Cœlo Aureo Papiæ ſcuta mille

mille ducentum. Monaſterium S. Epiphanii Papiæ ſcuta quinque centum. Monaſterium S. Matthæi Derthonæ ſcuta ſeptuaginta unum, & ſolidos, uti ſupra, viginti octo. Ex Provincia Veneta. Monaſterium Sancti Spiritus Bergomi ſolvet ſcuta tercentum, & ſolidos, uti ſupra, quinquaginta. Monaſterium S. Salvatoris Brixiæ ſcuta quinque centum, & ſolidos, uti ſupra quinquaginta. Monaſterium S. Antonii de Conegliano ſcuta quatuor centum, & ſolidos, uti ſupra, quinquaginta. Monaſterium S. Benedicti Cremæ ſcuta centum quinquaginta quatuor, & ſolidos uti ſupra, quinquaginta. Monaſterium S. Joannis in Viridario Patavii ſcuta tria millia. Monaſterium Sanctorum quadraginta Martyrum Tarviſii ſcuta octo centum. Monaſterium S. Leonardi extra Veronam ſcuta ſeptuaginta, & ſolidos, uti ſupra, quatuor. Monaſterium S. Bartholomæi Vincentię ſcuta quinque centum quinquaginta, & ſolidos, uti ſupra, quinquaginta. Monaſterium S. Mariæ Charitatis Venetiarum ſcuta octo centum. Ex Provincia Regni Neapolis, Hetruriæ, & Liguriæ. Monaſterium S. Modeſti Beneventi ſolvet ſcuta quinque centum, & ſolidos, uti ſupra, quinquaginta. Monaſterium S. Mariæ Novæ Lanciani ſcuta nonaginta tria, & ſolidos, uti ſupra, quinquaginta. Monaſterium S. Petri ad Aram Neapolis ſcuta mille quatuor centum, & ſolidos, uti ſupra, quadraginta. Monaſterium S. Mariæ Pedis Cryptæ Neapolis ſcuta ſeptem centum, & ſolidos, uti ſupra, triginta quinque. Monaſterium S. Marię ſupra paretem extra Nolam ſcura nonaginta tria, & ſolidos, uti ſupra, quinquaginta. Monaſterium S. Mariæ Tremitatum ſcuta ſex mille quinque centum. Monaſterium S. Bartholomæi Feſularum extra Provinciam ſcura ter centum quinquaginta. Monaſterium S. Marię de Frixionaria extra Lucam ſcuta mille octo centum. Monaſterium S. Frigdiani Lucæ, ſcuta mille ſeptem centum. Monaſterium Sancti Bartholomæi Piſtorii ſcuta quinque centum. Monaſterium S. Michaelis Diſcalceatorum extra Piſas ſcuta centum quinquaginta. Monaſterium S. Theodori Januæ ſcuta centum viginti. Ex Provincia Pedemontana, & Monaſteriis ei unitis, & annexis. Monaſterium Sanctæ Mariæ Novæ Aſti ſolvet ſcuta tercentum quinquaginta. Monaſterium S. Sebaſtiani extra Bugellam ſcuta quinquaginta quatuor. Monaſterium S. Mariæ Cretæ Montisferrati ſcuta centum ſexaginta duo. Monaſterium S. Bartholomæi extra Mantuam ſcuta tercentum. Monaſterium Sanctiſs. Trinitatis Mutinæ ſcuta ducentum octuaginta ſeptem, & ſolidos, uti ſupra, quinquaginta. Monaſterium S. Auguſtini Placentiæ ſcura quinque mille ſex centum. Monaſterium S. Sepulcri Parmæ ſcuta ſexcentum, & ſolidos, uti ſupra quinquaginta. Monaſterium S. Mariæ Gratiarum Regii ſcuta tercentum, & ſolidos quinquaginta. Monaſterium Sanctæ Mariæ ſuper Podium extra Vineolam ſcuta centum quinquaginta quatuor, & ſolidos, uti ſupra, quinquaginta. Monaſterium S. Andreæ Vercellarum ſcuta mille novem centum.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 12. Aprilis 1608. Pontificatus noſtri Anno III.

Scipio Cobellutius.

Fides, & Teſtimonium Jo. Pauli Mucantii Magiſtri Cæremoniarum de Miſſa ſolemni celebrata ab Abbate Pacis coram Illuſtriſs. Cardinalibus &c. Anno 1614. 2. Julii.

IN Nomine Sanctiſſimæ, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Per hoc præſens publicum Inſtrumentum cunctis pateat evidenter, ac notum ſit, quòd Anno à Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti 1614. Indict. 12. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Pauli Divina Providentia Papæ V. Anno X. die verò 2. menſis Julii feria 4. in Feſto Viſitationis Beatæ, & Glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, Romæ in Eccleſia B. Mariæ de Pace nuncupata, & in nova Cappella à fundamentis erecta, & ædificata, ac multis prætioſis lapidibus, eleganriſſimiſque picturis ornata, ſumptibus, & impen-

penſis Nobilis Viri D. Gaſparis Rivaldi Civis Romani, in qua primùm locata, & translata fuit ejuſdem B. Mariæ miraculoſa Imago, quæ in eodem Templo ſuper Altari antiquo majore ejuſdem Eccleſiæ conſervabatur. Præſentibus, & aſſiſtentibus Illuſtriſs. & Reverendiſs. in Chriſto Patribus, & DD. Benedicto Epiſcopo Præneſtino Juſtiniano, Octavio Tit. S. Sabinæ, Baudino, Bonifacio Tit. S. Petri ad Vincula Bevilacqua, Dominico Tit. S. Petri in Monte Aureo Tuſco, Dominico Tit. SS. Duodecim Apoſtolorum Gymnaſio, Carolo Tit. S. Priſcæ de Comitibus, Marcello Tit. SS. Quirici, & Juliiæ Lantes, Philippo Tit. S. Mariæ de Populo Philonardo, Jacobo Tit. S. Georgii Serra, & Horatio Tit. S. Salvatoris in Lauro Lancellotto, Presbyteris S. R. E. Cardinalibus, Cappis violaceis indutis, R.P. Don Joannes Chryſoſtomus Pungolenus Neapolitanus Ordinis Canonicorum Regularium Abbas, ſeù Prępoſirus S. Mariæ de Pace prædict. vigore Privilegii ab Apoſtolica Sede conceſsi, omnibus Præpoſitis, ſivè Abbatibus dicti Monaſterii S. Mariæ de Pace, utendi Mytra, Baculo, Amulo, & aliis Pontificalibus indumentis, & inſigniis, & dandi ſolemnem benedictionem in fine Veſperarum, & Miſſarum ſolemnium, etiam præſentibus, & aſsiſtentibus Antiſtibus S.R.E. Cardinalibus, ac Sedis Apoſtolicæ Legaris, ut conſtat ex Litteris Apoſtolicis ſub plumbo expeditis à fel. rec. Sixto Papa IV. ſub datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1483. 17. Kal. Octobris Pontificatus ſui Anno XIII. ad ad quas littetas Apoſtolicas relatio habeatur, in nova Cappella prædicta apud faldiſtorium ibi præparatum, caligis, & ſandaliis, amictu, alba, cingulo, ſtola, Cruce pectorali, dalmatica, tunicella, planeta, & Mitra indutus, & ornatus more Epiſcoporum, & Prælatorum hujuſmodi facultatem habentium, Miſſam ſolemnem de Viſitatione B. Mariæ apud Alrare novum in dicta Cappella erectum cum omnibus Cęremoniis ſolitis, & conſuetis à Prælatis prædictis habentibus uſum Pontificalium ſervari ſolitis celebravit, in qua Miſſa intonato per ipſum celebrantem Hymno Angelico *Gloria in excelſis Deo &c.* dùm à Cantoribus prędictus Hymnus proſequeretur, Imago prædicta ſuper Altare collocata, & poſira, demiſſo velo aperta fuit, & omnibus præſentibus oſtenſa, & ſic permanſit poſteà per totam octavam, & in fine Miſſæ idem Præpoſitus, ſeu Abbas, qui Miſſam celebravit, accepta Mitra, & facta reverentia erga prædictos Cardinales præſentes ſolemnem benedictionem Populo dedit more Prælatorum dicens: *Sit nomen Domini benedictum &c.* In quorum omnium, & ſingulorum præmiſſorum fidem, & teſtimonium Ego infraſcriptus Sac. Cœremoniarum Magiſter, & Sedis Apoſtolicæ Not., qui prædictæ Miſſæ inrerfui, & unaeum aliis Miniſtris Cappellæ Pontificiæ inſervivi, & miniſtravi, à prædicto R.P.D. Joanne Chryſtomo Præpoſito, ſeu Abbare dicti Monaſterii S. Mariæ de Pace requiſitus, & ad perpetuam hujus actionis memoriam hoc præſens publicum confeci Inſtrumentum. Acta fuerunt hæc Romæ in ſupradicto Templo B. Mariæ de Pace ſub Anno, Indict., Die, Menſe, & Pontificatu, quibus ſùpra, præſentibus ibidem ſupradictis decem Illuſtriſs., & Reverendiſsimis DD. Cardinalibus, ac multis Prælatis, & Curialibus, ac utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, & in ſpecie RR. DD. Jo: Baptiſta Aglio Presbytero Cremonen. Diacono Cappellæ SS.D.N. Papæ, qui Evangelium in prædicta Miſſa cantavir, & D. Carolo Antonio Vaccario SS. D. N. Papæ Cappellano qui in prædicta Miſſa officium Cappellani aſsiſtentis apud dictum R.P.D. Abbatem, ſeù Præpoſitum exercuit, Teſtibus ad præmiſſa ſpecialiter vocatis, adhibitis atque rogatis.

Et quià Ego Jo. Paulus Mucantius Presbyter Romanus J.U.D. Sac. Cęremoniarum Magiſter, & Sedis Apoſtolicæ Notarius prædictis omnibus unacum prænominatis Teſtibus interfui, & miniſtravi, ideò hoc præſens publicum Inſtrumentum, manu mea propria ſubſcripſi, & ſolito meo Norariatus ſigno munivi, in fidem, & teſtimonium omnium, & ſingulorum præmiſſorum, rogatus, & requiſitus.

Loco ✠ Signi.

Conſti-

Conſtitutio SS. D. N. Pauli Papæ V. Contra Ambientes Congregationis Lateranen. Canonicorum Regularium S. Auguſtini.

PAULUS PAPA V.

AD perpetuam rei memoriam. Oneroſa Paſtoralis Officii cura meritis licet imparibus Nobis ex alto commiſſa poſtulat, ut ad Religioſorum ordines, in quorum inſtituto non mediocre conſtitutum eſt Eccleſiæ præſidium, & otnamentum mentis noſtræ aciem aſſiduè intendamus, ut quæ hoſtis humani generis dolis regularis diſciplinę ſubrebunt corruptelæ, paſtorali vigilantia eliminentur; cum verò nulla major vitæ, & obſervantiæ regularis ſit pernicies quàm ſæcularibus deſiderijs inſervire eos, qui abnegantes propriam voluntatem Chriſti jugum ſubire, & ſæculo mori elegerunt, vento ſuperbiæ ſe abripi ſinere, & ut præſtare aliis poſſint, honores, dignitates, & officia affectare, & per illicitos etiam tramites, quod graviùs eſt, quærere; ut hoc malum è Congregatione Canonicorum Regularium Lateranen. Ordinis S. Auguſtini fel. rec. Clemens Papa VIII. prædeceſſor noſter evelleret, per ſuas in ſimili forma Brevis expeditas literas omnes, & ſingulos dicti Ordinis, & Congregationis Canonicos Regulares cujuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, præheminentiæ, qualitatis, & dignitatis exiſtens, qui ad prælaturas, gradus, honores, dignitates, & adminiſtrationes, functiones, & alia Officia dictæ Congregationis aſſequenda intenti ad Principum, & pręlatorum, ac aliarum quarumcumque perſonarum tàm ſecularium, quàm Eccleſiaſticarum de gremio dictæ Congregationis non exiſtentium, etiam Cardinalatus honore, ac quacumque ſęculari dignitate, & Excellentia etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium favores recurriſſent, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliiſque viis directè, vel indirectè, palàm, vel occultè ad prælaturas, gradus, honores, dignitates, adminiſtrationes, functiones, & alia Officia prædicta obtinenda aſpiraſſent, vel aliàs minus legitimis, & honeſtis rationibus ea obtinere quæſiiſſent, aut etiam ſpontè oblatis, & minimè conquiſitis uſi fuiſſent, illorumque complices, & fautores ad quaſcumque prælaturas, dignitates, & Officia, graduſque honores, adminiſtrationes, & munera in ipſa Congregatione obtinenda perpetuò inhabiles declaravit, ac obtentis per eos pręlaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, adminiſtrationibus, functionibus, & Officiis hujuſmodi eo ipſo privavit, ac privatos voce tàm activa, quàm paſſiva carere decrevit, & declaravit, ac in virtute S. Obedientiæ, & ſub excommunicationi latæ ſententię pœna omnibus Ordinis, & Congregationis prędictorum Canonicis, Superioribuſque, et Prælatis quocumque titulo nuncupatis etiam Abbati generali præcepit, diſtrictèque mandavit ne quemquam ullo tempore precibus, literis, vel favoribus adducti, ſeu aliàs ad inſtantiam, ſeu requiſitionem, vel contemplationem Principum, vel Prælatorum, aut aliorum quorumcumque tàm ſæcularium, quàm Eccleſiaſticorum extra dictum gremium exiſtentium, etiam Cardinalium, Imperatoris, Regum, Ducum ad cujuſvis generis Prælaturas, gradus, honores dignitates, adminiſtrationes, functiones, & officia prędictæ Congregationis promovere, vel pænas aliquas remittere auderent, ſeu præſumerent, & aliàs prout in dictis litteris ſub die octava Maij 1593. expeditis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, pleniùs continetur. Quocirca cum ſicut accepimus ad celebrationem Capituli generalis dictæ Congregationis brevi deveniendum ſit, Nos ut tantò diligentius omnis ambitus à prædictis Canonicis caveatur, & à dicto Clemente Prædeceſſore ſalubriter conſtituta ſerventur, quantò enixius ab Apoſtolica Sede procurari perſpexerint, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac mera deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, prædictas Clementis prædeceſſoris literas, omniaque, & ſingula in eis contenta quæcumque tenore præſentium perpetuò approbamus, confirmamus, & innovamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicę firmitatis robur adiicimus, ac ab omnibus, & ſingulis

gulis

gulis Superioribus quocumque nomine nuncupatis, necnon Canonicis, cęteriſque perſonis dictæ Congregationis ſub pęnis, & cenſuris in eiſdem litteris contentis, & eo ipſo per contrafacientes incurrendis omninò obſervari volumus, & mandamus, ſicque, & non aliter per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari decernimus. Nan obſtan. pręmiſſis, ac omnibus illis, quę dictus Clemens prędeceſſor in dictis litteris voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi prędictis Canonicis, vel quibuſvis aliis communiter, aut diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Ut autem harum litterarum notitia ad omnes dicti Ordinis, & Congregationis Canonicos faciliùs deveniat. Volumus illas in Capitulo Conventuali cujuſque Monaſterii cum primùm ad eos pervenerint, legi, & publicari, & poſtquam ſic lectę, & publicatæ fuerint perinde afficere, ac ſi perſonaliter unicuique pręſentatę, & ſolemuiter publicatæ fuiſſent; illarumque exemplis etiam impreſſis manu Scribę dicti Capituli, vel Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Rectoris generalis ipſius Congregationis, vel alterius perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis eandem prorſus fidem adhiberi, quę præſentibus adhibere tur ſi forent exhibitę, vel oſtenſę.

Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 19. Martii. 1615 Pontificatus Noſtri Anno X.

S. Cobellutius.

PAULUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Circa paſtoralis officii Nobis, meritis licèt imparibus, Divina diſponente clementia, commiſſi curam, quantùm nobis ex alto permittitur invigilantes, aſſiduè ad ea, per quæ Congregationum, & Ordinum Regularium quieti, & proſpero ſtatui opportunè conſulatur, libenter intendimus, & in his noſtræ vigilantiæ ſtudium propenſiùs impartimur, prout rerum, temporum, & perſonarum qualitatibus debitè penſatis conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Dudùm ſiquidem Congregationem Lateranenſem Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium in quinque Provincias, Eccleſiaſticam videlicet, Venetam, Ducatus Mediolani, Principatus Pedemontium, atque Ducalium annexorum, & demùm Hetruriæ, Regni Neapolis, atque Genuæ diſtinximus, aliaque circa æqualitatem votorum, ſuffragiorumque Definitorii tam in Capitulo, quàm in generalibus Dietis, ac tam in electione Prælatorum, Superiorum, ac Officialium ipſius Congregationis, quàm in aliis quibusvis determinationibus, utque pro hujuſmodi votorum ęqualitate in eorum Definitorio, unus ex Provincia Eccleſiaſtica, alius ex Marchiæ Triviſanæ, alius ex Principatus Pedemontium conjunctim una cum Monaſteriis Placentiæ, Parmæ, Mantuæ, Regii, & Vincolæ, aliiſque ex Hetruriæ, Regni Neapolis, & Genuæ Monaſteriis ejuſdem Congregationis, qui reſpectivè ſit ad hunc effectum pro una vice ex dictis Monaſteriis Hetruriæ, & Genuæ, ac pro alia vice ex Regno Neapolis perpetuis futuris temporibus eligi deberet, ſtatuimus, & decrevimus, prout in noſtris deſuper ſub Annulo Piſcatoris die 30. Novembr. anni Domini 1607. confectis literis pleniùs continetur. Nos proſperiori, & tranquilliori ejuſdem Congregationis ſtatui conſulere volentes, ſupplicationibus dictæ Congregationis nomine Nobis deſuper humiliter porrectis inclinati, auctoritate Apoſtolica harum ſerie etiam ſtatuimus, & ordinamus, ut de cætero perpetuis futuris temporibus ex ſupradictis quinque Provinciis ſic diſtinctis per turnum, infra

dicto

dicto Ordine ſervato. Abbas, & Procurator Generales ejuſdem Congregationis per Diffinitores, & alios, ad quos electio Abbatis, & Procuratoris Generalium hujuſmodi ſpectat & pertinet, eligi debeat, itaut ex unaquaque dictarum Provinciarum ſucceſſivo ordine Abbas, & Procurator Generales prædicti dummodo tamen ejuſdem Provinciæ inſimul unquam exiſtant, eligantur. In electione autem Abbatis Generalis infraſcriptus turnus ſervetur, & Eccleſiaſtica Provincia præcedat, quæ quia ad præſens Abbatem Generalem habet, ſuum turnum habuiſſe, & compleviſſe cenſeatur; triennio autem præfeuti elapſo ex Ducali, Principatuſque Pedemontis inſimul; deinde ex Veneta, ac poſtea ex Mediolanenſi; poſtremò ex Regni Neapolis, & Hetruriæ, ac Genuæ unitis, ſeu conjunctis, Abbas Generalis per turnum hujuſmodi eligatur, ſemperque hæc forma ſervetur, itaut unaquæque ex Provinciis prædictis toto integro triennio, ſuum Abbatem Generalem habeat, & quia Regnum Neapolis, Hetruriæ, & Genuæ pro una tantùm Provincia enumerantur, primo triennio, quo Abbatem Generalem ex hac Provincia eligi continget ex partibus Hetruriæ, vel Genuę indifferenter, alio autem triennio, Provinciam hujuſmodi poſt electionem, ex aliis quatuor Provinciis prædictis faciendam taugente, ex Neapolis Regno Abbas Generalis eligatur. Quod ſi durante aliquo triennio Abbatis Generalis cujuſvis Provinciæ officium per ceſſum, vel deceſſum, aut aliàs quovis modo ceſſet, ille, qui ex Viſitatoribus fuerit major, qui ſcilicet Abbas Generalis aliàs extiterit, ſin autem inter Viſitatores nullus aliàs extiterit Abbas Generalis tunc antiquior habitu, & profeſſione, etiamſi ſit alterius Provinciæ ſtatim officio Vicarij Generalis uſque ad proximam indè habendam Dietam, ſeu proximum Capitulum generale fungatur, & deinde in ſequenti proxima Dieta, ſeu Capitulo Abbas Generalis uſque ad finem integri triennii prædicti, & non ultra ejuſdem Provinciæ, cujus Generalis Anteceſſor extiterat per eos, qui in Dieta, ſeu Capitulo generali ſuffragium habere conſueverunt, eligatur die Sabbathi immediatè antecedenti Dominicam, in qua Capitulum initium ſumit, ſicque electus, officium hujuſmodi Abbatis Generalis, etiamſi unica tantùm die in officio permanſerit, omnibus, & ſingulis privilegiis, indultis, exemptionibus, præeminentiis, prærogativis, & antelationibus gaudere debeat, ac ſi integro triennio officium Abbatis Generalis exercuiſſet. Procurator autem Generalis ex illa Provincia, ex qua immediatus Abbas Generalis deficiens extiterat, adeòut nullo unquam tempore Abbas, & Procurator Generales ex eadem Provincia ſint, eligatur. Quia verò Procurator Generalis Monaſterii Sanctæ Mariæ de Pace de dicta Urbe, quod inter alia Provinciæ Eccleſiaſticæ Monaſteria annumeratur Abbas eſſe ſolet, ne dicta Provincia Eccleſiaſtica, ex hoc aliquod detrimentum patiatur. Volumus, quòd Provincia illa, ex qua Procurator Generalis eligi debet Monaſterium ſuæ Provinciæ Monaſterio S. Marię de Pace hujuſmodi ęquivalens eidem Provincię Eccleſiaſticæ aſſignare teneatur, alioquin Provincia hujuſmodi ſimile Monaſterium quovis prætextu dare, ſeu aſſignare recuſante, ſeu etiam nequeunte, Capitulum generale, ſeu Diffinitores, aut alii, ad quos electio Procuratoris Generalis ſpectat, Procuratorem Generalem ex alia Provincia Monaſterium, ut præfertur aſſignare, nullo diſtinctionis hujuſmodi habito diſcrimine arbitrio dilecti filii noſtri Jacobi tituli S. Georgii in Velabro Presbyteri Card. Serræ nuncupati moderni, & pro tempore exiſtentis apud nos, & Sedem Apoſtolicam ejuſdem Congregationis Protectoris, dummodò tamen non ſit ex eadem Provincia, ex qua Abbas Generalis pro illo triennio extiterit pro ea vice dumtaxat eligere poſſit. Finito verò triennio, Ordo Provinciarum hujuſmodi in priſtinum ſtatum reducatur perindè, ac ſi illa Provincia ſuum Procuratorem Generalem habuiſſet. Decedente autem Procuratore Generali hujuſmodi, aut ejus officio quovis modo ceſſante, antequam ſuum triennium compleverit, alius ex eademmet Provincia ad complendum dictum triennium in Procuratorem Generalem eligatur, prout de Abbate Generali dictum fuit, & quouſque dicta electio celebretur, Viſitator dictæ Provinciæ Procuratoris Generalis officium uſque ad proximam

mam indè habendam Dietam exerceat. Prælati autem, & Superiores dictæ Congregationis in Capitulis, ſeu Dietis Generalibus, prout eorum triennium expirare contigerit per Abbatem Generalem, & alios octo Diffinitores eligantur; ſi autem durante eorum triennio aliquis eorum decedat, ſeu ejus officium quovis modo ceſſet, Abbas Generalis in ejus locum Vicarium, ſeu ejus Locumtenentem, qui officio Prælati, ſeu Superioris hujuſmodi uſque ad Dietam, ſeu Capitulum ex tunc proximè habendum fungatur, conſtituere poſſit, & deindè in Dieta, ſeu Capitulo hujuſmodi alius Prælatus, ſeu Superior in locum anteceſſoris, per Abbatem Generalem, & Diffinitores prędictos eligatur, electioque hujuſmodi in Dietis, ſeu Capitulis Generalibus, una cum aliorum Prælatorum, ſeu Superiorum electionibus fiat; poſtremò omnes tam Abbatis, & Procuratoris Generalium, quàm Viſitatorum, Diffinitorum, ac Superiorum omnium, & aliorum quorumcunque, qui ad gradus, dignitates, & officia promoventur; necnon ſociorum Capitularium, tam in Capitulis, & Dietis Generalibus, quàm in Capitulis particularibus, aliiſq; Congregationibus, in quibus electiones hujuſmodi fieri ſolent, canonicè fiant, & nemo verè electus, neque electio de ejus perſona facta valida cenſeatur, niſi duæ ex tribus votorum ipſorum eligentium partes interveniant, aliàs irritæ ſint, & ad ſecundam electionem deveniatur, quod ſi neque prima, neque ſecunda electiones hujuſmodi canonicè, ut prefertur, factæ fuerint, tunc, & eo caſu volumus, ut tertiò ad novam electionem deveniatur, & ille electus cenſeatur, qui plura ſuffragia reportaverit, etſi in uno tantùm cæteros ſuperaverit, prout hactenus conſueviſſe afferitur, præſenteſque literas, ac omnia, & ſingula in eis contenta ſemper, & perpetuò valida, firma, & efficacia fore, & eſſe, ac omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit perpetuò, & inviolabiliter obſervari, ac ita per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Non obſtantibus quibusvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis eidem Congregationi, ejuſque Abbati, & Procuratori Generalibus, & aliis quibusvis perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis etiam per Nos, & quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum omnium tenore præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habendis illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut prefentium tranſumptis etiam impreſſis manu Abbatis, & Procuratoris Generalium dictæ Congregationis ſubſcriptis, ſigillo ejuſdem Congregationis munitis eadem prorsùs fides ubique adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S.Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 25. April, 1615. Pontificatus noſtri Anno X.

Loco ✝ Annuli Piſcatoris.

Scipio Cobellutius.

CON-

CONSTITUTIO CCCCXCIII.

SUMMARIUM.

Anno Chriſti 1631. *Januarii* 13.

SAC. RITUUM CONGREGATIO.

Abbatibus Ordinis S. Benedicti, & Titulatis, uſum Pontificalium habentibus, in propriis Eccleſiis paramenta de Altari ſumendi pro celebratione Miſſarum, ac miniſterio Famulorum pro abluendis manibus, cum Polubro, & Urceolo argentis, utendi, facultatem confirmat.

Ex Decretis Sac. Rituum Congregationis.

EPiſcopus Mutinenſis ſupplicavit declarari, quibus perſonis competat ſumere paramenta de Altari pro celebratione Miſſarum, cum miniſterio famulorum pro abluendis manibus, cum polubro, & Urceolo argenteis; Necnon, an Abbates Benedictini, & Titulati poſſint ſupradicta peragere extrà eorum proprias Eccleſias, & hæc, eum ad finem, ne introducantur abuſus. Extat in Bullario Caſinenſi.

Sac. Rituum Congregatio reſpondit, ſolis Epiſcopis privativè competere paramenta ſumere de Altari pro celebratione Miſſarum, cum miniſterio Famulorum inſervientium pro abſtergendis manibus, cum vaſibus argenteis: Idemque competere Abbatibus Benedictinis, habentibus uſum Pontificalium, in eorum propriis Eccleſiis dumtaxàt, niſi alio particulari privilegio muniti ſint. Die 13. Januarii 1631. T. Tegremius Epiſcopus Aſſiſienſis Secret. L. B.

SS. D. N. Gregorii Papæ XV. Confirmatio, & innovatio Privilegiorum, Congregationis Canonicorum Regularium Lateranenſium, cum communicatione privilegiorum Congregationibus Monachorum Caſinenſium, et Canonicorum Regularium S. Salvatoris Bononien. conceſſorum.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

INjuncti Nobis Apoſtolici muneris ratio poſtulat, ut SS. Religionum gratos Domino fructus aſſiduè præſtantium paternam curam gerentes privilegia, gratias, & indulta illis à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus Noſtris conceſſa, quò validiùs perpetuò ſubſiſtant, Apoſtolicæ confirmationis robore libenter communiamus. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Jacobus a Bononia, Procurator Generalis Canonicorum Regularium Congregationis Lateranen. Ordinis S. Auguſtini, quòd nonnulla Monachorum Congregationis Caſſinenſis, Ordinis S. Benedicti, & alia diverſa privilegia, gratiæ, & indulta à diverſis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, eidem Congregationi Lateranenſi, tàm per viam communicationis, & extenſionis, quàm aliàs conceſſa fuerunt. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Jacobus prædictus, plurimum cupiat privilegia, gratias, & indulta hujuſmodi pro eorum majori validitate, & ſubſiſtentia, Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri, & alia privilegia eidem Congregationi Caſinenſi hucuſque conceſſa, dictæ Congregationi Lateranenſi concedi: Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut ſuper præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur Jacobum prædictum, ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, ipſumque, ac ſingulares dictæ Congregationis perſonas à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure,

 vel

vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati; Omnia, & ſingula privilegia, gratias, & indulta prędicta per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros eidem Congregationi Lateranenſi tàm per viam communieationis, & extenſionis, quàm aliàs, ut præfertur conceſſa, dummodo tamen ſint in uſu, & non ſint revocata, neque ſub aliquibus revocationibus compræhenſa, Sacriſque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, & Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, ac noſtris Conſtitutionibus non adverſentur, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac quatenùs opus ſit, dictæ Congregationi Lateranenſi de novo concedimus. Præterea eidem Congregationi Lateranenſi, illiuſque Abbatibus, Superioribus, Canonicis, aliiſque perſonis, quòd omnibus, & ſingulis aliis privilegiis, gratiis, & indultis tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus tàm eidem Congregationi Caſinenſi in hucuſq; diem, quàm Congregationi Canonicorum Regularium S. Salvatoris Bononienſis, illarumque Abbatibus, Superioribus, & perſonis quibuſcumque etiam, ut præfertur, aut aliàs quomodolibet per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam Nos conceſſis, ac quibus utuntur, fruuntur, & gaudent,ac uti, frui, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, dummodo ſimilitet ſint in uſu, & non ſint revocata, neque ſub aliquibus revocationibus compræhenſa, nec Sac. Canonibus, ac Concilii, prædicti decretis, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis repugnent, pari modo uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant auctotitate, & tenore præſentis etiam concedimus, & indulgemus. Decernentes præſentes literas perpetuò validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ac primo dictę Congregationi, aliiſque prædictis in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari; Sique per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtante noſtra de gratiis ad inſtar non concedendis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit Ordinis, & Congregationis hujuſmodi, etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum omnium tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expræſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cœteriſque contraris quibuſcumque. Datum Romę apud S.Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 23. Auguſti 1622. Pontificatus noſtri Anno II.

S. Card. S. Suſannę.

CONSTITUTIO CCCCXCII.

SUMMARIUM.

Anno Chriſti 1631. *Ianuarii* 8.

URBANUS PAPA VIII.

Duodecim Congregationes Non-Mendicantes à ſolutione Gabellæ Frumenti molendi, ſeu Macinatus eximit.

Ex Authentico.

Extat in Bullario Caſinenſi.

MOnſignor Durazzo Noſtro Teſorieto Generale. Volendo Noi provedere, che le Dodici Congregazioni de'Regolari, quali per ſovvenzione delle ſpeſe,

ſpeſe, che la Noſtra Camera fatte, e fà per difeſa del noſtro Stato Eccleſiaſtico, hanno offerto di contribuire cento mila ſcudi di moneta, e li Monaſterii, e Conventi di dette Congregazioni, che concorrono al detto pagamento del Giulio, che habbiamo ordinato, che paghino tutte le perſone Eccleſia iche, e Secolari per la Macinatura di ciaſcuno Rubbio di Grano; poiche è ſtata Noſtra intenzione ſin' dal principio, che le dette Congregazioni, ſtante la detta loro offerta, non ſiano tenute à tal pagamento. Per tanto, havendo per eſpreſſo, e ſpecificato in queſto il tenor delli Chirografi ſegnati da noi per il pagamento del detto Giulio, e de gl'ordini ſpediti da Noi, con ogn'altra coſa quantoſivoglia neceſſaria ad eſprimerſi; di Noſtro Moto proprio, certa ſcientia, e pienezza della Noſtra poteſtà, vogliamo, decretiamo, & ordiniamo, che le dette Dodici Congregationi de Regolari, e loro Monaſterij, e Conventi, che contribuiſcono al pagamento delli detti centomila ſcudi da loro offerti, non ſiano tenute, ne poſſino eſſere aſtrette al pagamento del detto giulio per Rubio del grano, che macinano, che Noi con queſta l' eſentiamo, e liberiamo da tal pagamento, & ordiniamo à voi, che in eſſecutione di queſta Noſtra volontà, ne diate l' ordini neceſſarij, & opportuni, che così è mente Noſtra; Volendo Noi, e decretando, che la preſente vaglia, ancorche non s'ammetta, e regiſtri in Camera, e nelli ſui libri; non oſtante la Conſtitutione, ò Bolla di Pio IV. noſtro predeceſſore *De regiſtrandis*, li ſudetti Noſtri Chirografi, & ordini data da Noi, e qualſivoglia altra coſa, che faceſſe in contrario, alle quali per queſta volta ſolamente deroghiamo. Dato nel Noſtro Palazzo Apoſtolico in Vaticano li 8.Gennaro 1631.

URBANUS PAPA VIII.

DECRETUM SAC. RITUUM CONGREGATIONIS.

PRocurator Canonicorum Leteranen. Sacræ Rituum Cengregationi expoſuit, nonnullos Epiſcopos cogere velle tàm ipſos Canonicos Regulares, quàm etiam Monachos Caſinen. & Olivetanos, vt præter eorum conſuetudinem accedant ad Proceſſionesj Rogationum, & ad alias Proceſſiones, vel quas juxta eorum Privilegia, & reſolutiones factas in Congregationibus Sacri Concilii, & Sac. Rituum, neque dicti Canonici Lateranen. neque Monachi prædicti accedere tenentur. Et Sac. Rituum Congregatio reſpondit, Decreta, & reſolutiones ſupradictas aliàs in ſupradictis Congregationibus factas ſervandas eſſe, & ità ſervari mandavit die 30. Julij 1616.

Procurator Canonicorum Regularium Lateranen. Sac. Rituum Congregationi expoſuit, nonnullos Epiſcopus cogore velle tàm ipſos Canonicos Regulares Lateranen. *quàm etiam Monachos Caſinenſes*, & Olivetanos, præter eorum conſuetudinem accedant ad Proceſſiones Rogationum, & ad alias Proceſſiones ad quas juxtà eorum Privilegia, & declarationes factas in Congregationibus Sacri Concilii, Regularium, & Rituum, neque dicti Canonici Lateranenſes, neque Monachi prędicti accedere tenentur. Et Sacra Rituum Congregat. cenſuit, & declaravit Decreta, & reſolutiones ſupradictas alias in ſupradictis Congregationibus factas ſervanda eſſe, prout ſervari mandavit.

Datum die 17.Septembris 1634.

C. Epiſcopus Portuen. Card. Pius.

Julius Roſpiglioſus Secretarius.

URBANUS PP. VIII.

Facultas confirmandi Prælatos ad ſexennium.

AD futuram rei memoriam. Exponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Abbas Monaſterii de Pace nuncupati de Urbe Congreg. Canon. Regul.Later.ejuſ-

dem Congregationis Procur. Generalis, quod cum Congregatio prædicta Superioribus indigeat, qui vellint, & poſſint eam in miſero ſtatu ad præſens verſantem ſua virtute, ac ſpectato rerum geſtarum uſu ſublevare; Superiorum verò qualitatibus hujuſmodi præditorum magna ſit in eadem Congregatione ob præterita contagionis incommoda alioſque ſiniſtros eventus penuria. Propterea Definitorium ejuſdem Congregationis facultatem à Nobis concedi deſiderat eos in Prælaturis coufirmari, qui in illarum adminiſtratione tàm in Spiritualibns, quàm in Temporalibus laudabiliter ſe geſſerint, ità tamèn, ut in uno eodem Monaſterio non ultra ſexennium continuent, nec confirmari poſſint, niſi quolibet triennio ballottati fuerint, eorumque in gubernio continuatio per ſex vota ſecreta novem Diffinitorum vocalium approbata ſit, aliàs ſive ex quacumque alia cauſa non confirmati vacent juxta ſtylum in ead. Congregatione ad præſens ſolitum, & conſuetum abſque eo quod illis ullum inferat præjudicium, quo minùs aliis vicibus Prælati eligi valeant.

Nos dicti Procuratoris Generalis votis quantum in Domino poſſumus annuere illum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibuſvis quomodolibet innodatus exiſtat ad effectum dumtaxat præſentium conſequendum, harum ſerie abſolvere, & abſolutum forè cenſendum, ſupplicationibus ejus nomine nobis nuper hoc humiliter porrectis inclinati; quod Diffinitorium Generale dictæ Congregationis Prælatos in eadem Prælatura, ac regimine reſpectivè ejuſdem Ordinis ad aliud triennium dumtaxàt confirmare, dummodò ad id ex novem Diffinitoribus ſaltèm ſex per ſecreta ſuffragia conveniant, liberè, & licitè poſſit, & valeat Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus;non obſtantibus præmiſſis à Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Congregationis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis, Statutis, & Conſuetudinibus, Privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis,confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxàt ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cęteriſque contrariis quibuſcumque non obſtantibus. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 17. Aprilis 1635. Pontificatus noſtri Anno X.

M. Ant. Maraldus.

URBANUS PP. VIII.

Facultas eligendi Superiores Majores non obſervato Turno ex toto corpore Religionis.

AD futuram rei Memoriam. Alias Fœlic. Recordationis Paulus PP. V. pædeceſſor noſter per ſuas in ſimili forma Brevis ſub Dat. die 25. Aprilis 1615. expeditas literas inter alia ſtatuit, & ordinavit, vt in electione Abbatis Generalis ejuſdem Congregationis infraſcriptus Turnus ſervaretur, & Eccleſiaſtica Provincia præcederet, quæ quia tempore datæ litterarum prædictarum Abbatem Gneralem habebat, ſuum Turnum habuiſſe, & compluiſſe cenſeretur, illo autem triennio elapſo ex Ducali, Principatuque Pedemontis inſimul, deinde ex Veneta, ac poſtea ex Mediolanenſi, poſtremo ex Regni Neapolis, & Hetruriæ, ac Genuæ unitis, ſeu conjunctis Provinciis; Abbas Generalis per Turnum hujuſmodi eligeretur, ſemperque ea forma ſervaretur, ità ut unaqueque ex Provincijs prædictis toto integro triennio ſuum Abbatem Generalem haberet,& alias prout in dictis litteris, quarum tenor præſentibus prò expreſſis haberi volumus plenius continetur. Cum autem ſicut dilectus Filius Procurator Generalis dictæ Congregationis nomine dilectorum filio-

filiorum Abbatis Generalis, & omnium Deffinirorum ejuſdem Congregationis in dieta in Civitate Regienſi habita Congregatorum nobis nuper exponi fecit prædicti Pauli prædeceſſoris noſtri litteræ quoad ſupra expreſſa ob contagium præteritum aliaſque cauſas executioni demandari non poſſint, & propterea fælici ipſius Congregationis gubernio, atque directioni tàm circa Abbatis Generalis prædicti, quàm etiam circa Procuratoris Generalis dictæ Congregationis electionem de cætero faciendam per nos opportunè provideri deſideret; Nos dicti Procuratoris Gen. votis quantum cum Domino poſſumus conſulere, illumque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententijs, Cenſuris, & pænis à Jure vel ab homine, quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſolven. & abſolutum fore ceſentes ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; Quod dè cætero perpetuis futuris temporibus tàm Abbas Generalis, quàm Procurator Generalis dictæ Congregationis de toto corpore Congregationis hujuſmodi ſervata alias in omnibus, & per omnia Conſtitutionum dictæ Congregationis Apoſtolica auctoritate confirmatarum, litterarumque, ac Conſtitutionum Apoſtolicarum deſuper emanatarum forma eligentur, & eligi debeant, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus. Decernentes præſentes litteras, validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus ad quos ſpectat inviolabiliter obſervari debere, ac irrirum, & inane ſi quid ſecus ſuper his à quaquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus prædicti Pauli prædeceſſoris literis, ac omnibus iis, quæ in illis conceſſa ſunt, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 7. Decembris 1635. Pontificatus noſtri Anno XIII.

Maraldus,

URBANUS PAPA VIII.

Facultas confirmandi Prælatos ad ſexennium, & eligendi Superiores Majores ad gubernium Monaſteriorum.

AD futuram rei memoriam. Aliàs per dilectum filium Abbatem Monaſterii de Pace nuncupatum de Urbe Congregationis Canonicorum Regularium Lateranen. ejuſdem Congregationis procuratorem Generalem Nobis expoſito, quod cum Congregatio prædicta Superioribus indigeret, qui vellent, & poſſent eam in miſero ſtatu tuuc verſantem, ſua virtute, ac ſpectato rerum geſtarum uſu ſublevare, Superiorum verò qualitatibus hujuſmodi prædictorum magna eſſet in eadem Congregatione ob prærerita contagionis incommoda, alioſque ſiniſtros eventus penuria, proptereà Diffinitorum ejuſdem Congregationis facultarem à Nobis concedi deſiderabat; eos in prælaturis confirmari, qui in illarum adminiſtratione tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus ſe laudabiliter geſſiſſent, ita ramen, ut in uno, eodemque Monaſterio non ultra ſexennium continuarent, nec confirmari poſſent, niſi quolibet triennio balottati fuiſſent, eorumque in gubernio confirmatio per ſex Vota ſecreta novem Diffinitorum vocalium approbata eſſet; aliàs ſivè ex quacunque alia cauſa non confirmati vacarent juxtà ſtilum in eadem Congregatione tunc ſolitum, & conſuetum abſque eo quod hoc illis ullum inferret præjudicium quominùs aliis vicibus Prælati eligi valerent. Nos dicti Procuratoris Generalis ſupplicationibus Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati. Quod Diffinitorium Generale dictæ Congregationis Prælatos in eadem Prælatura, & regimine reſpectivè Monaſteriorum ejuſdem Ordinis ad aliud triennium dumtaxat confirmari, dummodò ad id ex novem Diffiniroribus ſaltem ſex per ſecreta

ſuffra-

ſuffragia convenirent liberè, & licitè poſſet conceſſimus, & indulſimus, prout in noſtris in ſimili forma Brevis deſuper expeditis Literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, uberiùs continetur. Nunc autem felici Congregationis hujuſmodi regimini per ampliùs conſultum eſſe cupientes, ſupplicationibus dilecti filii Abbatis Generalis, dictę Congregationis Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, facultatem confirmandi ad aliud triennium Prælatos Congregationis hujuſmodi in eadem Prælatura, & regimine reſpectivè Monaſteriorum ejuſdem Congregationis Diffinitorio prædicto per dictas noſtras literas conceſſam ad illos Pręlatos dumtaxàt, qui onera, ad quæ ſolvenda capſis dictæ Congregationis Monaſteria, quibus præerunt, obligata exiſtent, ſolverint, vel de quibus pro tempore exiſtentes Abbas Generalis Congregationis hujuſmodi, ad quem ſpectat de ſtatu Monaſteriorum, & Prælatorum facultatibus cognoſcere jurejurando aſſeruetit, quod non ſteterit per ipſos quominùs prædicta onera ſolverint, ac vi, quorum confirmatione ſex ſaltèm ex dictis novem Diffinitoribus per vota ſecreta convenerint, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium reſtringimus, ac inſuper, quòd illi, ex Prælatis hujuſmodi, qui onera prædicta ſolverint, vel de quibus dictus Abbas Generalis juraverit per ſe ipſos non ſtetiſſe, quominùs illa ſolverint, ac in quorum confirmatione ſex ex Diffinitoribus hujuſmodi convenerint, ut petitur, poſſint etiam in aliis, quàm quibus præfuerint Monaſteriis in Prælatos totiès quotiès id è re dictæ Congregationis eſſe Diffinitorio proprio viſum fuerit confirmari, ita tamen, ut non niſi ad ſexennium in uno, eodemq; Monaſterio confirmentur, necnon attenta perſonarum, gubernio Monaſteriorum idonearum in dicta Congregatione penuria, ac ut ſumptibus, quos Monaſteria hujuſmodi non ſolùm pro ſuorum Superiorum, ſed etiam pro Abbatis Generalis, & Viſitatorum dictæ Congregationis ſuſtentatione facere oportet, parcatur, quòd Abbas Generalis, & Viſitatores hujuſmodi pro tempore exiſtentes poſſint Monaſteiis ejuſdem Congregationis præfici, illaque regere, & gubernate, eiſdem auctè, & tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Non obſtan. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Congregationis hujuſmodi, etiam Juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate toboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & Literis Apoſtolicis in contratium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum renores pręſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis, quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 30. Maii 1639. Pontificatus noſtri Anno XVI.

Sumptum ex minuta Originali Brevium Secretorum fel.rec. Urbani Papæ VIII collatum concordat.

Loco ✝ Annuli Piſcatoris.

S. Ugolinus.

Confirmatio Sanctiſs. Domini noſtri Urbani VIII. Quod Monachi Caſinenſes non ſunt ullo modo cogendi accedere, niſi ad Proceſſionem SS. Sacramenti.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

NUpèr pro parte dilecti filii Procuratoris Generalis Congregationis Caſinen. Ordinis S. Benedicti Nobis expoſitum fuit, quòd aliàs, ſeu nupèr à Venerabilibus Frattibus noſtris S.R.E. Cardinalibus Sacris Ritibus Præpoſitis emanavit dectetum tenoris ſubſequentis, videlicet

Pro

Pro Monacis S.Sixti Congregationis Caſinen.Placentiæ commorantibus narratum fuit, quòd ipſi Monaci, nunquam in eadem Civitate, nec alibi ſoliti ſunt accedere ad alias Proceſſiones, præterquàm ad proceſſionem Sanctiſs.Sacramenti. Nunc verò Epiſcopus vult cogere,ut accedant etiam ad proceſſiones, quæ fieri ſolent pro Rogationibus majoribus, & minoribus ſingulis annis, ad quas antea nunquam acceſſerunt, & propterea petierunt non adſtringi ultra eorum ſolitum,& conſuetum. Sacra Rituum Congregatio reſpondit, Monachos prædictos non eſſe nullo modo cogendos accedere, niſi ad proceſſionem Sanctiſſimi Sacramenti,juxta eorum antiquam conſuetudinem, quam aliis ejuſdem Congregationis Caſinen. ubique conſervandam eſſe cenſuit, & declaravit. Die 10. Junii 1602. Dat.hac die 9. Octobris 1638. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat dictus Procurator Generalis decretum hujuſmodi pro illius firmiori ſubſiſtentia Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri ſummoperè deſideret. Nos eumdem Procuratorem generalem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes. Supplicationibus illius nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati. Decretum præinſertum cum omnibus, & ſingulis in eo contentis Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint ſupplemus. Decernentes illud, necnon præſentes literas valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet in futurum ſpectabit inviolabiliter obſervari, ſicque per quoſcumq; Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa dilecto Filio noſtro, & Sedis Apoſtolicę nunc, & pro tempore exiſtenti in Regno Neapolis Nuucio, & cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori per pręſentes, literas hujuſmodi, & in eis contenta committimus, & mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios decretum, & præſentes literas hujuſmodi, & in his contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quotiès pro parte tam prædictorum Monaſterii Placentin., quàm aliorum quorumcunque ejuſdem Congregationis Monachorum, requiſiti fuerint ſolemniter publicantes, iliiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant illos auctoritate noſtra præmiſſorum omnium, & ſingulorum commodo, & effectu pacificè f ui,& gaudere, non permittentes eos deſuper à quoquam quavis auctoritate quom dolibet indebitè moleſtari: Contradictores quoslibet, & Rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo: Invocato etiam ad hoc ſi fuerit opus auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quibusvis Congregationis, & Monaſteriorum hujuſmodi etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cęteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S.Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 17. Novembr.1638. Pontificatus noſtri Anno XVI.

M. A. Maraldus.

CON-

Digitized by Google

Pro Congregatione Lateranenſi confirmatio Decreti Diffinitorii circa ſolutionem Quindenniorum.

INNOCENTIUS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Abbas Monaſterii B.Mariæ de Pace de Urbe, & Procur. Gen. Canonicorum Regularium Congregationis Lateranenſis Ordinis S. Auguſtini, quod in ſecunda parte Conſtitutionum ejuſdem Congregationis Apoſtolica auctoritate confirmatarum cap.24. inter alia ſtatuitur, & cavetur, ut omnes, & ſinguli Prælati dictæ Congregationis, quorum Monaſteria Cameræ noſtræ Apoſtolicæ quindennia ſolvunt, ſub ſuſpenſionis ab eorum Prælaturis ad annum pœna, quotannis in publica capſa ſui Monaſterii eam pecuniam ratam, & portionem, quam in fine cujuslibet quindennii eidem Cameræ ſolvere tenentur, deponere debeant.

§. 1. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ob præſentes calamitates in Italia vigentes nonnulli ejuſdem Congregationis Superiores reperti fuerint, qui ex eorum negligentia, & injuria temporum, quo quindennia hujuſmodi ſolvi debebant, ratas, & portiones prædictas pecuniarum ſe tangentes minimè depoſuerunt, ut prius, nedum cum eorum particularium, ſed etiam totius ipſius Congregationis hujuſmodi Monaſteriorum damno, & detrimento, proptereaque dilecti filii moderni Abbas Generalis, necnon Viſitatores, & alii Diffinitores ejuſdem Congregationis, habitis deſuper variis tractatibus, maturaque conſideratione adhibita; tandem unanimiter in proxima præterita ejuſdem Congregationis Dieta de menſe Maii præſentis anni celebrata pro bono publico ejuſdem Congregationis ediderint decretum infraſcriptum tenoris ſequentis, videlicèt.

§. 2. In Dieta Arimini celebrata die 25. Maii 1647. ſeſſ. ultima, uti infrà. Tandem reaſſumpto tractatu de proviſione pro certa ſolutione quindenniorum concluſum fuit à Reverendiſſimo Diffinitorio, nemine diſcrepante, debere omnes Prælatos, quorum Monaſteria habent onus quindenniorum, hinc ad Feſtum Paſchæ Reſurrectionis D.N.J.C. proximè futuri anni 1648. mittere per literas cambii, vel alio quovis modo certo, & ſine periculo Romam in manibus Reverendiſſimi P.Procurat. Generalis totam illam quantitatem pecuniæ, quæ uſque adhuc depoſitata fuit annis jam elapſis, & de cœtero quolibet anno ante Sabbatum Sanctum ſimiliter eidem P. Procurat.Generali pro tempore exiſtenti mittent ſummam, quæ depoſitari tenebitur ad ratam totius quindennii ad hoc, ut ſerventur, ſolvendam ſuis loco, & tempore, & contrafacientes declarantur privati ipſo facto voce activa, & paſſiva, & inhabiles ad omnes gradus, officia, & dignitates, quemadmodum etiam declaratur idem P. Procur. Generalis pro tempore exiſtens, ſicut & illi, privatus vocè activa, & paſſiva ipſo facto, & inhabilis ad omnes gradus, officia, & dignitates, ſi partem aliquam, quantumvis minimam prædictorum quindenniorum auſus fuerit in alium uſum implicare, & niſi in fine ſuæ adminiſtrationis, & gubernii totam ſummam omnium quindenniorum receptorum conſignaverit ſucceſſori in bona pecunia numerata ejuſdem ſtampæ cum confeſſione receptionis authentica, & ut magis negotium tam arduum convalidetur, decrevit per P. Procurat. Generalem præſentem impetrandum eſſe hinc ad ſupradictum tempus Paſchæ Reſurrectionis à SS. D. N. Breve convalidationis D. Theodorus Fantonus Abbas, Viſitator, & Scriba.

§. 3. Nobis propterea idem Abbas, & Procurator Generalis hujuſmodi ſupplicari humiliter fecit, ut decretum præinſertum, quo firmiùs ſubſiſtat, & exactiùs obſervetur, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communire de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eumdem Abbatem, & Procuratorem Generalem hujuſmodi ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à qui-

à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Decretum præinſertum cum omnibus, & ſingulis in eo contentis, licitis tamen & honeſtis, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos, tàm juris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

§. 4. Decernentes, illud ac præſentes literas valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit in futurum, ſub pœnis prædictis inviolabiliter obſervari. Sicque per quoſcunque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, judicari, & definiri, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis eidem Congregationi, illiuſque Superioribus, & quibusvis perſonis ſub quibuſcumque verborum tenore, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis decretis in genere, vel in ſpecie in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum omnium tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 6. Volumus autem, quòd eædem præſentes noſtræ literæ in omnibus, & ſingulis ejuſdem Congregationis Capitulis Generalibus, & Dietis, quæ de cætero celebrari, & haberi contigerit, legantur, & legi debeant. Quodque illarum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus adhibeatur fides, quæ adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die 7. Septembris 1647. Pontificatus noſtri Anno III.

CONSTITUTIO DVI.

SUMMARIUM.

Anno Chriſti 1648. *Iulii* 18.

SACRA CONGREGATIO CONCILII TRIDENTINI.

Deputationem Confeſſarii in Eccleſiis Parochialibus Congregationis Caſinenſis, ad Abbates Monaſteriorum ejuſdem Congregationis, approbationem verò ad Epiſcopum, ſpectare decernit.

Ex Impreſſo.

DIE 18. Julii 1648. Sacra Congregatio Eminentiſs. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum cenſuit, decretum Synodale Epiſcopi Regienſis quoad Confeſſarios ſeculares extraordinarios, ſingulis annis deputandos, obſervandum eſſe, etiam in Eccleſiis Curam Animarum habentibus, Monaſteriorum Congregationi Caſinenſium unitis. Hujuſmodi verò Confeſſariorum deputatio- Extat in Bullario Caſinenſi.

 nem

nem ſpectare ad Abbatem ejuſdem Monaſterii, prævio tamen examine, & approbatione ipſius Epiſcopi Regienſis, Petrus Aloyſius Cardinalis Caraffa. Franciſcus Paulutius Sac. Congr. Concilii Secret. decretum Synodale Illuſtriſs. & Reverendiſs. Domini, Domini Epiſcopi Regien. cap. 13. De Sacramento Pœnitentiæ. Quantò magis neceſſarium eſt Pœnitentię Sacramentum, tantò cautiùs eſt miniſtrandum; nè aliquis error tam circa ejus ſubſtantiam, quàm Ritus, & Cæremonias, & ideò, quia ſæpè homines, maximè rudes, inconſideratè ad illud accedunt; teneantur Parochi, pręcipuè rurales, ante majores anni ſolemnitates, quandò Fideles ſolent magis frequentare hujuſmodi Sacramentum, publicè inter Miſſarum ſolemnia, ſummatim præmonere Populum de neceſſitate tanti Sacramenti, ad delenda peccata poſt Baptiſmum commiſſa; de neceſſaria præparatione; de conditionibus bonę Confeſſionis; de circumſtantiis neceſſariò explicandis; & aliis, quæ ad rem pertinere eis videbuntur, ut brevi eloquio ignavi diſcant quomodò accedendum ſit ad tantum Sacramentum. Et quia innotuit, in Villis, & Parochiis ab Urbe diſtantibus, ubi adeſt ſolus Parochus, qui peccatorum confeſſiones audiat, ſæpè contingere, ut aliqui ob metum, vel pudorem, aliqua peccata reticeant ſuo Parocho, & nihilominùs poſtea accedant ad Sanctam Euchariſtiam, quia non habent copiam alterius Sacerdotis approbati. Ideò mandamus Vicariis Forancis, ut ſemel ſaltèm in anno inviſent Parochias ſibi ſubjectas, & ipſi per ſe, vel per alium Sacerdotem à nobis approbatum tanquam Confeſſores extraordinarii audiant confeſſiones ſingulorum illius Parochiæ; præmonito priùs Populo, ut ſinguli parati accedere valeant, & concordato tempore cum illo Parocho, nè res improviſa haud patiatur ſortiri effectum, quem attendimus, & pro illa vice concedimus hujuſmodi Confeſſario facultatem abſolvendi à Caſibus nobis reſervatis, Cruce non ſignatis, per tres dies, & pluriès ſi tanto tempore perſeveraverit in audiendis Confeſſionibus illius Populi.

Concedit undecim Congregationibus Monaſticis, ut capiant ad cenſum, aut alio licito contractu quadraginta millia ſcuta monetæ pro prima ſolutione ſex Decimarum.

Vide ad Conſtitut. 112. *Cùm Divina*: ſuprà, quæ eſt indictio

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Extat in Bullario Romano

NUper ut nomini Chriſtiano contra impios Turcarum Tyranni conatus, & invaſiones opem ferremus, ſed decimas fructuum, redditGuum, & proventuum quorumcunque beneficiorum Eccleſiaſticorum, ac menſarum etiam quorumvis Ordinum, Congregationum, & Inſtitutorum Regularium, necnon penſionum ſuper illis reſervatarum, ab illis ad quos ſpectat intra decennium decem æqualibus portionibus, niſi aliter cum Sede, & Camera Apoſtolica concordatum foret, perſolvendas, ac alias ſub certis modo, & forma tunc expræſſis impoſuimus, prout in noſtris deſuper ſub plumbo expeditis literis, quarum tenorem præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſo haberi volumus, uberiùs continetur.

§. 1. Cum autem, ſicut dilecti filii infraſcriptarum undecim Congregationum Procuratores Generales Nobis ſubindè exponi fecerunt, ipſi nomine earundem Congregationum cum Camera prædicta ſuper ſolutione ſex decimarum hujuſmodi, mediante ſumma quadraginta millium ſcutorum monetæ eidem Camerę intra totum currentem annum 1661. præſtanda concordaverint, nec eis ſupperat modus congerendi ſummam hujuſmodi, niſi illam ad cenſum, aut alio licito contractu capiant: Nos ſpecialem eiſdem Procuratoribus Generalibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis,

ſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſtics ſententiis, cenſuris & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes.

§. 2. Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, Congregationibus prædictis Caſinenſium nimirum, & Montis Oliveti, Ordinis S. Benedicti, Lateranenſium Canonicorum Regularium, ſub Regula S. Auguſtini, Carthuſianorum, Camaldulenſium, Cœleſtinorum, S. Salvatoris Bononienſium, etiam Canonicorum Regularium, Vallis Umbroſæ, & S. Georgii in Alga pariter Canonicorum Regularium, Ciſtercienſiumque Lombardiæ, & S. Hieronymi, earumque Procuratoribus Generalibus quamvis ad hoc ſpeciale mandatum non habeant, vel eorum ſubſtitutis, ut cum interventu dilecti filii noſtri, & Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarii Generalis, etiam abſque ſcientia, participatione, mandato ſpeciali, vel generali, aut conſenſu Abbatum, & Priorum Generalium, ſeu aliorum quorumcunque Superiorum, & Officialium quocunq; nomine nuncupatorum earundem Congregationum, imò ipſis invitis, & reclamantibus ſummam quadraginta millium ſcutorum hujuſmodi, pro rata ſingulas Congregationes tangente à quibuſcunque perſonis, ſeu Mercatoribus eorum fidem ſequi volentibus, & meliorem conditionem offerentibus ad cenſum perpetuum redimibilem, ſervata tamen forma Conſtitutionis fel.rec.Pii Papę V. prędeceſſoris noſtri ſuper creandis cenſibus editæ, ſeu alio quovis licito, & ſacris Canonibus non improbato contractu; accipere, illamque penès Depoſitarium noſtrum Generalem ſeorsùm ab aliis noſtris pecuniis deponere; itaut indè amoveri, nec in alios, quàm ſupradictos uſus converti valeant, ac taxam aliquam inter ſe pro cujuſque ipſarum facultate reddituum annuorum pro ſolvenda quadraginta millium ſcutorum hujuſmodi ſumma conſtituere, aut aliàs ratam partem reddituum, prout cuilibet ex Congregationibus prædictis minus incommodum, & damnoſum eſſe, ac magis expedire judicaverit, aſſignare, dictamque ratam Monti Novennali, aut Religionum applicare, quæ ſufficiat pro dicta ſumma quadraginta millium ſcutorum congerenda, factaque taxa hujuſmodi eandem Monti Novennali, aut Religionum prędicto ultra alias taxas, quas ſingulæ Congregationes hactenùs ſolverunt, & ſolvere obligatæ ſunt, aſſignare, applicare, & incorporare, ac ſuper taxa, ſeu rata ſic facienda, aſſignanda, incorporanda totidem loca prædicto Monti cedere, quot pro ſumma prædicta quadraginta millium ſcutorum congerenda neceſſaria erunt, necnon eiſdem omnibus Procuratoribus Generalibus, ſeu eorum ſubſtitutis, poſtquam taxa hujuſmodi facta fuerit tam pro emptoris, ſeu emptorum cenſuum prædictorum, ſeu eorum, qui pro congerenda ſumma quadraginta millium ſcutorum hujuſmodi aliquam pecuniarum ſummam eiſdem Procuratoribus, ſeu eorum ſubſtitutis, & eorum cuilibet, ut præfertur, dederint, vel aliàs erogaverint, ſeu pro eiſdem Procuratoribus, aut eorum ſubſtitutis in quibuſcunque cedulis banchariis, cambiis, obligationibus, contractibus, & quibusvis pecuniarum hujuſmodi receptionibus fidejuſſerint, & intervenerint, ſecuritate, relevatione, & indemnitate, quam ſuper taxa inter ipſas Congregationes pro rata quamlibet ſuarum Congregationum reſpectivè tangente, nominatim dictas Congregationes, unusquiſque Procurator Generalis, ſeu ejus ſubſtitutus, videlicet ſuam, etiamſi ab ea ſpeciale, aut generale mandatum in Capitulo Generali, aut aliàs juxta Conſtitutiones ipſarum Congregationum factum non habeat, omniaque, & ſingula earundem Congregationum bona mobilia, & immobilia ubilibet exiſtentia, præſentia, & futura principaliter, & inſolidùm ipſarum Congregationum nominibus omni meliori modo, ac in ampliori forma Camerę Apoſtolicæ obligare, & ſpecialiter hypothecare, necnon ſuper præmiſſis, & illorum quolibet, & eorundem præmiſſorum, & cujuslibet ipſorum occaſione quæcunque Inſtrumenta cum quibusvis ſubmiſſionibus, renunciationibus, fideiuſſionibus, promiſſionibus, iuramentis, cautionibus, conditionibus, cautelis, decretis, & clauſulis ſolitis, & conſuetis, ac aliàs neceſſariis, &

 oppor-

opportunis, dicto Theſaurario, ac partibus ipſis benè viſis celebrare, aliaque pro perſonarum, & Mercatorum, ac etiam pro maiori Montis prædicti, illiusque Collegii, & omnium, qui ſuas pecunias in eodem Monte collocaverint, ſecuritate, ac aliàs ſuper his neceſſaria, & quomodolibet opportuna, etiamſi talia forent, quæ ſpecificam, individuam, & expreſſam requirerent mentionem facere, & exequi.

§. 3. Ac ulteriùs ipſis modernis, & pro tempore exiſtentibus prędictarum Congregationum Procuratoribus Generalibus, ſeu eorum Subſtitutis, ut in earum quisque Congregationibus taxam, ut præfertur, faciendam pro rata eas reſpectivè tangente inter Monaſteria, & Conventus earum dividere, & ab illis exigere, & Depoſitario dicti Montis, quem ipſas Congregationes tàm pro præſenti additione, quàm pro prima dicti Montis erectione, & illius additione aliàs facta, etiam modernum Depoſitarium, niſi Depoſitariam ipſam titulo forſan oneroſo obtineat, ad eorum libitum amovendo, deputare poſſe concedimus quot annis, prout de antiquis taxis, ſeu ratis fieri conſuevit, conſignare cum facultatibus, & auctoritatibus ſolitis liberè, & licitè poſſint, & valeant, ac omninò reſpectivè teneantur, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur.

§. 4. Prætereà pro maiori Montis prædicti, illiusque Collegii Montiſtarum, necnon eorum, qui pecunias ſuas in dicto Monte collocabunt cautela, & ſecuritate; ex nunc pariter, prout ex tunc poſtquàm dictus Mons vigore præſentium ad quamlibat locorum quantitatem auctus fuerit, quòd tam antiqua, quàm nova loca augenda huiuſmodi unum, idemque Montis corpus, ac ultimorum locorum emptores cum antiquis Montiſtis, unum, idemque Collegium abſque aliqua prorſus ratione prioritatis, ſeu poſterioritatis differentia conſtituant, ac poſteriora loca, illorumque emptores omnibus, & ſingulis gratiis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, & privilegiis, quibus antiquiora loca, illorumque poſſeſſores iuxtà dicti Montis formam utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt in futurum pariformiter, & æquè principaliter uti, potiri, & gaudere poſſint, valeant, & debeant in omnibus, & per omnia, abſque aliqua ſimiliter differentia ſtatuimus, & ordinamus: volumusque etiam, ac eiſdem Procuratoribus generalibus, ſeu eorum ſubſtitutis, ut loca prædicta Montis, vigore præſentium augendi cum interventu dicti Theſaurarii Generalis cuicumque Mercatori, ſeu aliis perſonis meliorem conditionem offerentibus pretio inter eos conveniendo vendere, & alienare, pretiumque indè redigendum, ut pręfertur, & non aliàs deponere liberè ſimiliter, & licitè poſſint, ac etiam omninò teneantur, facultatem ſimiliter impartimur.

§. 5. Et nihilominùs omnia, & ſingula præmiſſa, ac alia eorum vigore per dictas Congregationes, ſeu earum Procuratores Generales, aut illorum Subſtitutos cum interventu dicti Theſaurarii Generalis, & Inſtrumenta deſuper celebranda cum omnibus in illis contentis, licitis tamen, & honeſtis, ac Sacris Canonibus non improbatis, ex nunc, prout ex tunc; poſtquam facta, & celebrata fuerint auctoritate, & tenore præſentis approbamus, & confirmamus, illiſq; inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quàm facti, ac etiam ſubſtantialium forſan ſolemnitatum quomodolibet omiſſarum defectus, ſi qui in eiſdem intervenerint, præcipuè verò defectus mandatorum ſpecialium, ac generalium ad præmiſſa facienda requiſitorum motu, & ſcientia ſimilibus pari auctoritate, & tenore ſupplicamus.

§. 6. Declarantes, quòd per hujuſmodi ſubventionem à Nobis, ut petitur faciendam, privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, & gratiis tam per prædictum Pium prædeceſſorem per ejus literas, ſub Dat. anno 1570. 14. Kalen. Aprilis, Pontificatus ſui anno ſexto, quàm per piæ mem. Clementis Papæ VIII. ſimiliter prædeceſſoris noſtri literas, ſub Annulo Piſcatoris die 5. Maii 1595., ac etiam per alias ejuſdem Clementis prædeceſſoris literas in forma Motus proprii de anno 1597. ſeu aliàs eiſdem Congregationibus conceſſis nullatenùs præjudicatum ſit, aut eſſe

cenſea-

cenſeatur; immo privilegia, immunitates, exemptiones, & gratias prædictas, ac etiam omnes, & quaſcumque alias gratias, immunitates, & privilegia per quoſcunque prædeceſſores noſtros quomodolibet conceſſa, quatenùs tamen ſint in uſu, & decretis Sacri Concilii Tridentini non adverſentur, harum ſerie, quatenus opus ſit, de novo confirmamus, approbamus, & innovamus, illaque ab eiſdem Congregationibus inviolabiliter obſervari mandamus, etiamſi tam literæ prædictæ Pii V., quàm Clementis prædeceſſorum hujuſmodi, & aliæ quæcumque ſuper præmiſſis in Camera Apoſtolica regiſtratæ non eſſent, non obſtantibus Conſtitutione ſimilis memoriæ Pii IV. pariter prædeceſſoris noſtri, de quibuſcunque literis, & gratiis intereſſe Cameræ concernentibus regiſtrandis: volentes etiam, quòd præſentes noſtras in eadem Camera regiſtrare, ſeu regiſtrari facere minimè teneantur.

§. 7. Decernentes inſuper ea omnia, & ſingula firma, valida, & efficacia eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere debere, ac per omnes, & ſingulas Congregationes prædictas, perindè, ac ſi Procuratores, ſeu eorum Subſtituti prædicti illas cum ſpeciali earum mandato obligaſſent, ac alios omnes, ad quos ſpectabit obſervanda eſſe, præſenteſq; literas nullo unquam tempore etiam ex eo, quod prædictæ Congregationes, & quicunque alii, ad quos ſpectat, præmiſſis expreſsè, & nominatim non conſenſerint, aut aliàs quomodolibet de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, in Jus, vel controverſiam revocari, aut ſub ullis revocationibus, ſuſpenſionibus, reductionibus, limitationibus, aut modificationibus comprehendi minimè poſſe, niſi de earundem præſentium toto tenore ſpecialis, & ad verbum expreſſa mentio facta fuerit: Sicque per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ipſius Cameræ Apoſtolicæ Præſidentes, & Clericos, ac S. R.E. Camerarium, Theſaurariumque prædictum, & alios dictæ Cameræ Miniſtros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Quocirca dilectis filiis noſtro, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerario, ac Theſaurario Generali prædicto, ac cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtol. Generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios eaſdem præſentes, & in eis contenta quæcunque ſolemniter publicantes, ac in præmiſſis omnibus, & ſingulis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra præmiſſa omnia, & ſingula in præſentibus expreſſa, & illarum vigore facienda quæcumque ab omnibus, ad quos ſpectat inviolabiliter obſervari, contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, omni, & quacunque appellatione, reclamatione, & recurſu poſtpoſitis compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis

§. 9. Non obſtantibus quibusvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, præſertim fel. recor. Symmachi, Pauli II. Pauli IV. Pii V. & aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, earumdem quoque Congregationum, & cujuslibet earum quoque Congregationum, & cujuslibet earum, Monaſteriorumque ſingularium ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis etiam in vim contractus, aut Motu proprio, vel conſiſtorialiter eiſdem Congregationibus, illarumq; Superioribus, & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon Irritantibus, ac aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti eorum derogatione de illis, eorumque

rumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſervata exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 21. Novembris 1661. Pontificatus noſtri Anno VII.

Originale conſervatur in Archivio S. Mariæ Pacis de Urbe, Canonicorum Regularium Congregationis Lateranenſis.

NEAPOLITANA.

IN Cauſa Neapolitana Proceſſionum vertente inter Regulares Congregationum non mendicantium Civitatis Neapolis, nempè S. Severini Congregationis Caſinenſis; S. Petri à Majella Congregationis Cæleſtinorum; Montis Oliveti Congregationis Olivetanæ, S. Petri ad Aram Congregationis Lateranenſis; S. Agnelli, & Cappella Congregationis Sanctiſſimi Salvatoris; Congregationis S. Baſilii; & Congregationis Montis Virginis ex una: Et Promotorem Fiſcal. Curiæ Archiepiſcopalis Neapolis parte ex altera, prætendentem prædictos Regulares poſſe compelli accedere ad tres publicas Proceſſiones à Vicario Capitulari indictas pro electione novi Paſtoris. Sacra Rituum Congregatio proponente Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Cardinali Columna, utraque parte hinc indè audita, & informante, Reſpondit, ſupradictos Regulares non potuiſſe, neque poſſe compelli, in caſu, de quo agitur, & ità declaravit. Die 28. Julii 1685.

N. Card. Ludoviſius.

Bernardinus Caſalius Sac. Rit. Cong. Secr.

CLEMENS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUm ad notitiam noſtram perveniſſet, Congregationem Lateranenſem Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, ejuſque Monaſteria propter varios caſus diverſis debitis in ſorte, & reſiduis, quæ Capſæ publicæ dictæ Congregationis in Urbe debentur, ad ſummam ſeptingentorum ſexaginta quatuor millium quingentorum quinquaginta trium ſcutorum monetæ, ſalvo veriori calculo, aſcendentibus gravatam exiſtere, & pro capitali ſeptingentorum, & duorum millium quingentorum ſeptuaginta quinque ſcutorum ſimilium, quotannis fructuum, ſive interuſuriorum nomine viginti novem millia quadringenta quinquaginta duo ſcuta paria ſolvi; ex his autem annua viginti unum millia ſeptingenta ſeptuaginta duo ſcuta hujuſmodi redimibilia, ſeu francabilia eſſe: Nos ejuſdem Congregationis levamento conſultum eſſe cupientes, mandavimus nonnullis Romanæ Curiæ Prælatis doctrina, prudentia, & rerum uſu eximiè præditis, vt de opportunis remediis conſultarent, Nobiſque ſententias ſuas referrent: illi verò mandatis noſtris obſequentes re maturè, diligenterque perpenſa pro ipſius Congregationis levamento expedire cenſuerunt Capituli generalis ejuſd. Congregationis celebrationem, à triennio ad ſexennium prolungari; inde enim expenſas conſiderabiles pro acceſſu, mora, & receſſu à loco Capituli neceſſarias reſecari; Capitulo autem hujuſmodi non poſſe, nec debere ſub quocumque prætextu intereſſe alios, præter ſolos Abbates regiminis, & titulares; per quæ duo capita Congregatio prædicta annuis expenſis mille ſcutorum dictæ monetæ exoneraretur: viſitationes alternis annis fieri de-

be-

bere; poſſe enim eo anno, quo viſitatio non fieret, caſibus occurrentibus, per Viſitatorem illius Provinciæ, in qua caſus eveniret, provideri; hacque ratione mille ſexcenta ſcuta paria annuatim compendii fieri; abrogandum omninò, atque tollendum eſſe uſum cujuſdam recreationis in dicta Congregatione quotannis fieri ſolitę, quæ veututa vocatur, confirmandumque decretum prohibitorium illius, ab eadem Congregatione pluties reiterarum, unde annis ſingulis expenſæ quadrigentorum ſcutorum ſimilium parcetur. Porrò refectionum, & compendiorum hujuſmodi, quæ quotannis ad ſummam trium millium ſcutorum monetæ prædictæ aſcendent, repartitionem inter omnia Monaſteria dictæ Congregationis, excepto Monaſterio Tremiti nuncupato, ab Abbate Generali ipſius Congregationis proportionatim fieri debere ad ratam quam unumquodque Monaſterium pro taxis viſitationum ſolvit; & ſingulorum Monaſteriorum portiones quotannis mittendas fore ad Capſam publicam, quemadmodum circa præſtationes aliorum onerum, quæ de præſenti ſolvunt ſervatur: Applicanda quoque fore eidem Capſæ publicæ ſpolia Canonicorum Regularium dictæ Congregationis pro tempore decedentium, illaque prævia extimatione per duos peritos ab Abbatibus, & Capitulis Monaſteriorum eligendos facienda vendi, ac inventarium, vnà cum pretio, & extimationibus in libro per unumquodque Monaſterium ad hunc finem retinendo annotari debere; quæ licèt incerta ſint, tamen de præterito ad ſummam mille, & quingentorum ſcutorum ſimilium annuatim calculata fuerunt; & quia unicum aſſecurationis Capſæ publicæ hujuſmodi remedium ſupereſt, ſi litteræ fel. rec. Pauli PP. V. prædeceſſoris noſtri die 12. Aprilis 1608. emanatæ, & chirographum rec. mem. Alexandri PP. VII. prædeceſſoris pariter noſtri manu ſubſcriptum, & die 6. Decembris 1664. expeditum executioni mandentur; ordinandum fore, vt ſinguli Superiores Monaſteriorum Provinciarum Mediolanenſis, Pedemontij, ſeu Ducalinæ nuncupatæ bona ſtabilia vendere, pecunias ad cenſum capere, & alia omnia, quæ per literas, & chirographum hujuſmodi ordinantur facere debeant, cum participatione tamen Abatis generalis, & conſenſu dilecti filii noſtri Caroli Barberini S. R. E. Diaconi Cardinalis Caroli nuncupati, dictæ Congregationis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectoris, ad hoc, ut proprium uniuſcujuſque Monaſterij debitum extingui poſſit, atque ita dictę litteræ, & chirographum executioni mandata remeneant, ea forma, quæ opportunior fuerit, itaut ſaltem omnes ſolutiones, quas Capſæ publicæ in ſuis Provinciis faciunt, ſeu facere debent inde retrahantur, obligenturque ipſi Superiores ad remittendum eidem Capſæ tantam pecuniæ quantitatem, quæ ad rationem quatuor annuatim pro quolibet centenario ſufficiat ad extinctionem annuæ præſtationis cuilibet Monaſterio aſſignatæ, & in repartitione aſſignandæ, vnde extinguantur capitalia francabilia, & reſidua debita, atque ita effectus liberationis capſæ publicę hujuſmodi inde conſequatur. Quod ſi ne hoc quidem remedium ſufficiat, quia forſan non adſint tot bona, quæ diſtrahi poſſint, aut id fieri non expediat, eo caſu liceat vendere, & alienare duo ex Monaſteriis prædictatum Provinciarum, & aliarum ære alieno oppreſſarum, ſi ita pro utilitate dictæ Congregationis expedire memoratis Carolo Cardinali Protectori, & Abbati Geneli matura deliberatione prævia uſum fuerit, pretium autem erogetur in extinctionem primo loco debitorum Monaſterij, & ſucceſſivè Provinciæ, in qua alienatio facta fuerit. Et ut ordinationes prædictæ effectum habeant, Abbates locales in termino biennii debeant Procuratorem Generalem, & dictum Carolum Cardinalem Protectorem certiores reddere ſe illas cum effectu ad impleviſſe per extinctionem debitorum, vel illorum abductionem in ſuam Proninciam, ita ut Capſa publica Ramana libera remaneat, alioquin pœnis infraſcriptis ſubjaceant. Ulterius tranſacto biennio hujuſmodi, nec adimpletis dictis ordinationibus non poſſit in illo Monaſterio acceptari quiſquam ad habitum Canonici, vel Converſi, nec deveniri ad electionem Abbatis, quamdiu ſatisfactum non fuerit; Abbas verò Abbatia, ac voce activa, & paſſiva, necnon gubernio, omnique alia prærogativa privatus remaneat, & Miniſter, ſeu Gubernator Monaſterii eligatur. Remaneant ſimiliter privati

vati ij Procuratores, qui pro eorum parte non adimpleverint quod eis injungitur. Elapſo autem dicto biennio, Abbas Generalis, eiuſque Definitorium ordinationes ſupradictas in ea parte in qua non fuerint in decurſu biennii hujuſmodi adimpletæ rigorosè exequi debeant; Quod ſi in termino ſui Generalatus ordinationes prædictas ad effectum non deduxerint, idem Abbas Generalis, & Viſitatores illius Provinciæ in qua defectum fuerit remaneant in proximè futuro Capitulo privati voce activa, & paſſiva, ac quacumque prærogativa, & gradu, quos vigore Regularum, ſeu Conſtitutionum, vel conſuetudinum dictæ Congregationis in Dietis, & Definitorio per ſexennium ſubſequens obtinere poſſent, & eorum loco eligantur alii, ac à Definitorio eligi debeant. Cum autem ſicut dilecti filii Abbas Generalis, & Definitores dictæ Congregationis Nobis nuper exponi fecerunt, præmiſſis ſic per Prælatos præfatos prudenter cogitatis, atque delibetatis in Dieta eiuſdem Congregationis Placentiæ proximè celebrata per dictos exponentes, aliosque tàm vocales, quàm non vocales dictæ Congregationis maturè, diligenterque conſideratis, atque trutinatis; ipſi quò eadem præmiſſa ad effectum deducantur, publicæque commoditati ipſius Congregationis magis conſulatur expedire cenſuerint, non ſolum fieri celebrationis dicti Capituli Generalis prolungationem de triennio ad ſexenium, ipſumque Capitulum ſine ſociorum interventu celebrari, ac recreationem præfatam, quæ ventura vocatur abrogari, ſed etiam viſitationes, non alternis annis, ſed ſingulis trienniis ſemel tantùm fieri, quò inſuper unius anni impenſæ recenſentur, hisque mediantibus tria millia ſcutorum parium annuatim capſæ publicæ prædictæ aſſignari; loco ſpoliorum autem, quæ incerta ſunt, certam aſſignationem mille treccutorum treſdecim ſcut. & 80. bajoch. annuatim fieri, atque ità in totum quatuor millia ducenta nonaginta ſex ſcuta, & quinquaginta octo bajocchos, monetæ hujuſmodi quotannis eidem Capſæ applicari; jamque de communi conſenſu, æquam applicationis hujuſmodi repartitionem inter omnia ipſius Congregationis Monaſteria, concurrente etiam ad id Provincia Veneta, fecerint, verum conſideraverint, quod ſi infra brevem biennii terminum ad venditionem bonorum ſtabilium eſſet deveniendum illa viliſſimo pretio diſtrahi neceſſe foret propter tergiverſationes, atque machinationes emptorum, qui Superioribus ſic ad vendendum arctatis vilia, & vix dimidia juſti valoris pretia offerrent, atque ità venditionis cum graviſſimo detrimento, & ruina Monaſteriorum extorquerent, & proinde è re ipſius Congregationis magnoperè forè exiſtimaverint, ſi terminus hujuſmodi ad quadriennium ampliaretur: Nobis propterea dicti exponentes humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportunè providere, & ut infrà indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur Congregationis præfatæ ſtatui, & levamento quantum Nobis ex alto conceditur proſpicere, ipſoſque exponentes ſpecialis favore gratiæ proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas forè cenſentes, ac litteratum, & Chitographi præfatorum tenores præſentibus prò plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ac audita ſuper præmiſſis memorati Cardinalis, & Protectoris relatione, ut Capitulum Generale dictæ Congregationis, quod de triennio in triennium celebrari hactenus conſuevit, deinceps de ſexennio in ſexennium celebretur, illique ſoli Abbates regiminis, & titulares, non autem alii ſub quocumque prætextu intereſſe debeant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus; Ac proinde prædictis modernis Abbati Generali, & Viſitatoribus, ac Procuratori Generali ejuſdem Congregationis ſua reſpectivè officia ad aliud triennium à fine triennii, ad quod in proximè præterito ipſius Congregationis Capitulo Generali electi fuerunt computandum, itaut intereà in ſuis officiis hujuſmodi cum omnibus, & ſingulis præheminentiis, prærogativis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indul-

indultis, ac honoribus, & oneribus ſolitis, & conſuetis continuare liberè, & licitè poſſint, & valeant eadem auctoritate harum ſerie prorogamus, ac extendimus, & ampliamus; Viſitationes autem Monaſteriorum Congregationis prædictæ, quæ annis ſingulis fieri ſolebant, impoſterum ſingulis trienniis ſemel tantùm fieri volumus, necnon ſupradictæ recreationis, quæ ventura vocatur in eadem Congregatione quot annis fieri ſolitæ uſum auctoritate, & tenore præſentis perpetuò tollimus, & abrogamus, ipſamque recreationem de cætero fieri prohibemus. Porrò taxam, & repartitionem annuorum quatuor millium ducentorum nonaginta ſex ſcutorum, & quinquaginta octo bajochorum Capſæ publicæ præfatæ ſolvendorum communi conſenſu inter omnia dictæ Congregationis Monaſteria in Dieta proximè præterita factam, ut præfertur dicta auctoritate eorundem tenore præſentium confirmamus, & approbamus, ac unumquodque ex dictis Monaſteriis ſuam portionem ejuſdem taxæ, juxtà repartitionem hujuſmodi eidem capſę publicæ annis ſingulis realiter, & cum effectu ſolvere debere decernimus, & ordinamus. Præterea, ut Pauli literæ, & Alexandri prædeceſſorum præfatorum Chirographum ſupradictæ executioni mandentur omnibus, & ſingulis Superioribus Monaſteriorum, Provinciarum Mediolanenſium, & Pedemontii, ſeu Ducalinæ nuncup. præfatarum literarum ſerie præcipimus, & mandamus, ut bona ſtabilia ad eorum Monaſteria reſpectivè ſpectantia, vendant, pecunias deſuper ad cenſum capiant, aliaque omnia, quæ per literas, & Chirographum hujuſmodi ordinantur, reſpectivè faciant, & omnino exequantur, cum participatione tamen Abbatis Generalis, & conſenſu dicti Caroli Cardinalis, & Protectoris ad hoc, ut proprium uniuſcujuſque Monaſterii debitum extingui poſſit, atque ita eędem litteræ, & Chirographum ea forma, quæ opportunior fuerit executioni mandata remaneant, itaut ſaltem omnes ſolutiones, quas capſæ publicæ in ſuis Provinciis faciunt, ſeu facere debent indè retrahantur, ac eoſdem Superiores obligatos eſſe volumus ad remittendum ad eandem capſam publicam tantam pecuniæ quantitatem, quæ ad rationem quatuor annuatim pro quolibet centenario ſufficiat ad extinctionem annuæ præſtationis cuilibet Monaſterio etiam in prædicta repartitione aſſignatę, unde capitalia francabilia, & reſidua debita extinguantur, atque ita capſa publica hujuſmodi liberetur. Cæterum ſine hoc quidem remedium ſufficiat, quia forſan non adſint tot bona, quæ diſtrahi poſſint, aut id fieri non expediat, eo caſu licentiam, & facultatem tribuimus vendendi, & alienandi duo ex Monaſteriis prędictarum, & aliarum dictę Congregationis Provinciarum ære alieno oppraſſarum, ſi ita pro utilitate ipſius Congregationis expedire eiſdem Carolo Cardinali, & Protectori, ac Abbati Generali matura deliberatione prævia viſum fuerit: pretium autem inde proventurum erogari volumus in extinctionem primo loco debitorum Monaſterii, & ſucceſſivè Provinciæ, in qua alienatio facta fuerit. Porrò Abbates locales in termino quadriennii proximè venturi Procuratorem generalem dictę Congregationis, ac præfatum Carolum Cardinalem, & Procuratorem certiores reddere, & per notam diſtinctam edocere debeant, quod pręſentes ordinationes cum effectu adimpleverint per extinctionem debitorum, vel illorum abductionem in ſuam Provinciam, itaut ſupradicta capſa Romana publica libera remaneat, alioquin tranſacto quadriennio hujuſmodi, nec adimpletis dictis ordinationibus non poſſit in illo Monaſterio, quod moram in adimplendo commiſerit acceptari quiſquam ad habitum Canonici Regularis, vel Converſi, nec deveniri ad electionem Abbatis quamdiu eiſdem ordinationibus ſatisfactum non fuerit; Abbas verò Abbatia, & gubernio, ac voce activa, & paſſiva, omnique alia prærogativa privatus remaneat, & ejus loco Miniſter, & Gubernator Monaſterii eligatur; Procuratores quoque, qui pro eorum parte ſibi injuncta non adimpleverint pariformiter privati remaneant. Elapſo autem eodem quadriennio moderni, ſeu pro tempore exiſtentes Abbas Generalis, & Definitorium dictæ Congregationis ordinationes ſupradictas in ea parte, in qua non fuerint in decurſu quadriennii hujuſmodi adimpletæ rigorosè exequi debeant, quod ſi Abbas Generalis in termino ſui Generalatus ordinationes prædi-

ctas ad effectum non deduxerit, idem Abbas Generalis, & Viſitatores illius Provinciæ, in qua defectum fuerit, remaneant in proximè futuro Capitulo generali privati voce activa, & paſſiva, ac quacunque prærogativa, & gradu, quos vigore Conſtitutionum, ſeu Regularum, vel conſuetudinum dictæ Congregationis in Dietis, & Definitorio per ſexennium ſubſequens obtinere poſſent, eorumque loco alii eligantur, prout à Definitorio eligi debere volumus, & ordinamus. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari, & ab eis reſpectivè inviolabiliter, & inconcuſsè obſervari, & adimpleri, ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quoslibet quacunque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obſtan. piæ mem. Pauli II. & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum pariter noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, ac quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Congregationis, ejuſque Provinciarum, & Monaſteriorum quorumcunque, aliiſve quibuſvis, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eidem Congregationi, ejuſque Provinciis, & Monaſteriis, ac Superioribus, & perſonis quibuſvis ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam conſiſtorialiter, et aliis quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, ac pluries approbatis, et innovatis, ac omnibus, et ſingulis illis, quæ in literis, et Chirographo ſupradictis conceſſa ſunt non obſtan. Quibus omnibus, et ſingulis etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, et ſingulorum tenores, formas, cauſas, et occaſiones præſentibus pro plenè, et ſufficienter expreſſis, inſertis, ſervatis, et ſpecificatis reſpectivè habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, et derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut earundem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, et ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, et extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 19. Auguſti 1672. Pontificatus noſtri Anno III.

I. S. Sluſius.

FESULANA PONTIFICALIUM.

PRopoſitis ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. Cardinale Colloredo in Sac. Rituum Congregatione infraſcriptis Dubiis inter Epiſcopum, & Abbatem S. Bartholomæi Canonicorum Regularium Congregationis Lateranenſis Feſulanum: videlicet;

1. An

1. An præfato Abbati Congregationis Lateranenſis habenti uſum Pontificalium eadem Pontificalia ter exercere licuerit intrà ſpatium octo dierum?
2. An per totum dictum tempus licuerit ſimiliter retinere Sedem, ſeù Cathedram Epiſcopalem, cum Baldachino, & ornamentis?
3. An idem Abbas potuerit invitare alium Abbatem ejuſdem Ordinis, ſed Alienigenam ad Pontificalia exercenda in Eccleſia dicti Monaſterii?
4. An Abbas localis præſente Ordinario potuerit deferre Rochettum, & Mozzettam denudatam, permittendo delationem ſimilis Habitus etiam aliis Abbatibus invitatis? Et quatenùs affirmativè.
5. An tàm dictus Abbas localis, quàm alii forenſes invitati potuerint in eodem habitu proceſſionaliter incedere extrà Eccleſiam per ambitum Parochiæ, abſque licentia Epiſcopi?
6. An eidem Abbati licuerit Populum trina vice benedicere extrà tempus functionum Pontificalium?
7. An Epiſcopus accedens ad dictam Eccleſiam Monaſterii potuerit recepto Aſperſorio è manibus ejuſdem Abbatis benedicere, nedùm Populum, ſed etiam Abbatem ipſum, & ejus Canonicos?

S*Acra eadem Rituum Congregatio tàm in voce, quàm in ſcriptis partibus informantibus auditis cenſuit reſpondendum.*

Ad primùm, & ſecundum licuiſſe in caſu, de quo agitur.

Ad tertium, quartum, & quintum. Affirmativè.

Ad ſextum. Non licere.

Ad ſeptimum. Affirmativè, dummodò incedat in habitu Prælatitio, etiam viatorio. Et ita declaravit die prima Octobris 1701.

Loco ✝ Sigilli.

B.Ingbirami Sac.Rituum Congreg.Secret.

Foris: *Alla Santità di Noſtro Signore*

PAPA CLEMENTE XI.

Monſign. Audit. ne parli.

PER

Il Procurator Generale della Congregazione Lateranenſe.

Die 30. Aprilis 1713. Ex Audientia Sanctiſſimi.

Facta Relatione Sanctiſs. remiſit Cauſam ad Sac. Congreg. Concilii juxta petita.

P. Epiſc. Cyren. Auditor.

Intùs:

BEATISSIMO PADRE.

IL Procurator Generale della Congregatione Lateranenſe Umiliſſimo Oratore della Santità Voſtra riverentemente le rappreſenta i ſuoi Canonici Regolari Lateranen. eſſere i veri Clerici della primitiva Chieſa deſcendenti dagli Apoſtoli, e ſecondo l'Iſtituto de i medemi rinovato da S.Agoſtino aver profeſſato ſempre col quarto Voto di poter avere colla ſola licenza del loro Superiore Generale i Beneficj *cum Cura, vel ſine Cura, intùs, vel extrà Religionem*, come ſi vede dagli Originali della loro Profeſſione fino dal 1407. e dalle loro iſteſſe Conſtitutioni impreſſe fino dal 1565. delle quali ſi porge quì anneſſo il Traſunto, e tal fafacoltà nativa, viene anco comprovato dalla Coſtitutione d'Innocenzo III. nel *cap. Quòd Dei timorem de ſtatu Monach.* e dall'oſſervanza immemorabile. Authographum extat in Archivo S. Mariæ Pacis.

E perche queſta loro facoltà, e capacità naturale ne i tempi più moderni cominciò ad eſſer contraſtata ſenza fondamento legitimo, la Sagra Congregatione de' Veſcovi, e Regolari ſotto li 18.Marzo 1671. ſenza eſaminare *formitèr* un punto così grave, e ſolamente con una ſemplice Informatione del Procurator Generale di quel tempo, fece l'anneſſo Decreto confermato dalla ſan.me. di Clemente X. *vivæ vocis oraculo*, nel quale aggiunſe a i medemi Canonici l'obligo di prendere la Diſpenſa, ò Indulto Apoſtolico per ottenere i Beneficj Curati ſenza addurne ra-

gione alcuna, anzi per altro confeſſando li medemi eſſer capaci de jure, & formula Profeſſionis.

Tal Decreto non ebbe il ſuo effetto totale, mentre ciò non oſtante hanno continuato i medemi Canonici il loro poſſeſſo immemorabile di ottenere i Beneficj *cum Cura*, *vel ſine extrà Religionem*, come dagli eſempj numeroſi, che vi ſono ſeguiti, anco con l'auttorità de' Veſcovi, ed Arciveſcovi, che non hanno difficoltato dare l'Iſtituzione, e poſſeſſo a i medeſimi Canonici, ne i Beneficii di Cura d'Anime.

Finalmente venuto il caſo di riaſſumere, tal controverſia nella Sacra Congregatione del Concilio, *in una Placentina Præſentationis*, dove un Canonico Regolare di S. Salvatore fù preſentato da i Padroni ad una Parochia ſecolare, eſaminato formiter l'articolo ſe detto Canonico preſentato foſſe capace colla ſola licenza del ſuo Superiore Generale, e ſenza Indulto Apoſtolico, detta Congregatione ſotto li 14. di Novembre 1693. non oſtante il decreto della Congregatione de Veſcovi, e Regolari, ordinò che la Cauſa ſi proponeſſe *formiter* citati tutti i Procuratori Generali delli Canonici Regolari per poter fare una legge univerſale da oſſervarſi in avvenire, e la ſan. me. d'Innocenzo XII. approvò il decreto della Sagra Congregatione del Concilio, aggiungendo, che la riſolutione da decretarſi dalla medema Congregatione doveſſe confermarſi per Breve Apoſtolico, *ut omnibus innoteſcat, & lex omnibus præſcribatur impoſterùm omninò obſervanda*, come ſi legge dal decreto, che parimente ſi dà anneſſo.

In tale ſtato di coſe non avendo potuto prima i Canonici Regolari Lateranenſi addurre le loro ragioni per non averle aute all' ordine, ed anche per ſcarſezza di denaro, onde non ſi è potuta proporre ancora la detta Cauſa nella Congregazione del Concilio, reſtando queſt' articolo indeciſo per eſſer ſoſpeſo il ſudetto Decreto della Congregazione de Veſcovi, e Regolari dal Decreto poſteriore della Congregazione del Concilio, oggi ſi trovano pronti di far decidere la Cauſa, acciò ſi ſtabiliſca una Legge perpetua da oſſervarſi, al qual' effetto hanno commeſſo ad un' Avvocato della Curia Romana di comporre un Trattato in ſenſo di pura verità ſopra tal controverſia.

Supplica la ſomma clemenza della Santità Voſtra degnarſi ordinare, che la loro Cauſa dalla Congregazione del Concilio, avanti la quale già pende, ſia conoſciuta, e deciſa coll' eſame da farſi in mero puncto Juris communis, Concilii Tridentini, Profeſſionis, & Inſtituti dictorum Canonicorum independenter, & præciſivè ab omnibus reſolutionibus, & decretis Sacrorum Congregationum, Judicatis quorumcumque Tribunalium, reſcriptis, & oraculis Summorum Pontificum tàm favorabilibus, quàm contrariis Ordini Canonicorum Regularium à temporibus Gregorii XIII. uſque in præſens emanatis; Con tutte le facoltà, e clauſule avocatorie dagli altri Tribunali, opportune, e neceſſarie.

Che &c.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Canonici Regulares Ordinis S. Auguſtini Collegiatarum Eccleſiarum, ſeù Monaſterialium Beybergenſis, Beyhardingenſis, Bernriedenſis, Dieſſenſis, Dietramzellenſis, Inderſtorffenſis, Pollinganæ, Rartenbuechenſis, Ranshovienſis, Rorenſis, Schlechdorffenſis, Vveyarenſis, & SS. Andreæ, & Magni, Rariſbonenſis, Friſingenſis, Paſſavienſis, & Auguſtanæ Diœceſum in Germania Superiori, quòd in dictis Collegiatis, ſeù Monaſterialibus Eccleſiis Indulgentiæ plenariæ, quæ in SS. Auguſtini, Monicæ, Patritii, Frigdiani, ac Ubaldi Feſtivitatibus, necnon die 5. Martii, qua Omnium Sanctorum ejuſdem Ordinis commemoratio fieri conſueſcit, Eccleſiis Canonicorum Regularium Congregationis Lateranenſis dicti Ordinis à rec. mem. Innocentio Papa XII. prædeceſſore noſtro conceſſæ ſunt, ſolent, & ſolitæ ſunt publicari. Verùm, quià ab inquietis, & Chriſtianæ pacis æmulis pervulgatur, primodictas Eccle-

Eccleſias, tametſi illæ Congregationis Lateranenſi aggregatæ ſint, non gaudere dictis Indulgentiis, eò quia ipſi Exponentes juriſdictioni Ordinariorum locorum ſubjacent, Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſibi in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur, Nos ipſos exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homiue quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Indulgentiis, & Sacris Reliquiis Præpoſitorum conſilio Eccleſias primodictas in prædictis Diœceſibus exiſtentes Indulgentiis, quibus Eccleſiæ Canonicorum Regularium Congregationis Lateranenſis hujuſmodi fruuntur, & gaudent, reverà frui, & gaudere auctoritate Apoſtolica teuore præſentium declaramus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de non concedendis Indulgentiis ad inſtat, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cœteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 9. Maii MDCCXXII. Pontificatus noſtri Anno I.

F. C. Oliverius.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

EManavit nuper à Congregatione Ven. Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negociis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita ſuper nonnullis declarationibus, & diſpoſitionibus facultatum Superiorum, tam in Capitulis Generalibus, quàm Dictis Canonicorum Regularium Congregationis Lateranenſis Ordinis S. Auguſtini conferendi gradus Abbatum Titularium, & reſpectivè ſuper habilitate, & requiſitis ſubditorum ad aſſequendos eoſdem gradus Decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet, Die 9. Aprilis 1723. In Dieta Bononiæ habita 16. Maii 1705. ſub Præſidentia clar. mem. Card. de Abdua Præſidentis Apoſtolica auctoritate deputati, editum fuit, eadem auctoritate munitum, Decretum, quòd Electio Abbatum Titularium reduceretur ad formam Conſtitutionum dicti Ordinis, ſeu Congregationis, cujus tenor omniuo in prædictis ſervari mandatum fuit. Verùm in Capitulo Generali ejuſdem Congregationis nuper celebrato, expoſita fuit circa prædicta mens & ſupplicatio Diffinitorii Generalis, prout ſequitur. Reverendiſſimi Patres, Reverendiſſimum Definitorium ardenter cupiens ſtudia, & zelum eorum, qui Congregationis noſtræ decori, & profectui inſudant, præmiorum influxu, quantum ſibi fas eſt, fovere: pro altera autem parte venerans Decretum ſub Præſidentia fel. rec. Card. de Abdua de anno 1705. auctoritate Pontificia emanatum, quo non ſolùm ejuſdem Definitorii, ſed etiam Capituli Generalis auctoritas intra limites, & tenorem Conſtitutionum quoad eligendos Abbates perpetuos ſub pœna nullitatis ipſo facto incurrenda reſtringitur: In hac ambiguitate conſtitutum, hoc ad ſatisfaciendum ſuorum ſubditorum laboribus, & deſideriis excogitavit remedium. Cenſuit nempè, & inſuper commendavit Reverendiſſimis Patribus Abbati Generali, & Procuratori Generali, ut Romæ efficaciter repræſentent iis, ad quos attinet, neceſſitatem dandi dicto Decreto aliqualem benignam interpretationem, ſeu diſcretam moderationem, qua tum Concionatores [quotum ex prædicti Decreti ſtricta obſervantia experitur ſummam oriri penuriam] tum Magiſtri Novitiorum in Juvenum magis ſedula educatione, tum cæteri, quos totius Religionis augumento inſerviſſe compertum erit, ad majorem

Congre-

Congregationis decorem, Sæcularium ædificationem, præmio laborum ad magis in Dei Vinea inſudandum, promoveantur. Toti igitur Generali Capitulo hanc ſuam proviſionalem mentem eo, quo par eſt, reſpectu communicat, ſperans, ut æquo animo acceptet æqualem inter licitam ſuorum ſubditorum ſatisfactionem, & Pontificii Decreti obedientiam, ejuſdem Reverendiſſimi Definitorii proviſionem expectans in futuri anni Dieta quicquid in favorem, & præmium laborum, pro quo dictis Reverendiſs. Patribus Abbate Generali, atque Procuratore Generali enixè procurantibus, firmiter impetraturum ſe, ſperat :: D. Alexander Joſeph Chiappinus Abbas, & Viſitator, atque Reverendiſſimi Diffinitorii Cancellarius manu propria. In cujus mentis executionem pro parte Abbatis Generalis, & Procuratoris Generalis fuerunt porrectæ preces Sacræ Congregationi pro declaratione, & diſpoſitione reſpectivè facultatum Superiorum tam in Capitulis Generalibus, quàm Dietis, conferendi gradus prædictos Abbatum Titularium, & reſpectivè ſuper habilitate, & requiſitis ſubditorum ad aſſequendos eoſdem gradus præſentes expoſuerunt modos. Super quibus audita Eminentiſſimi Fabroni Protectoris relatione, & voto; Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſs. S. R. E. Card. negociis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, cenſuit eſſe faciendas declarationes ſuper prædictis, juxta idem Votum Emi. Protectoris, facto verbo cum Sanctiſſimo, videlicet. Quòd quicunque ex Canonicis ad munus legendi legitimè deputatus in locis ſtudiorum deſignatis, vel impoſterum deſignandis per quindecim integros annos Logicam facultatem, aut Philoſophiam, aut Sacram Theologiam, aut omnes hujuſmodi facultates, aut plures illarum ſucceſſivè profeſſus fuerit, & in ſuo munere laudabiliter ſe geſſerit, in proxima Dieta, vel Capitulo Generali, poſtquam integrum curſum ejuſmodi Lecturę quindecim annorum expleverit, eligatur in Prælatum Titularem, juxta tenorem Conſtitutionum Lateranenſium. Præterea quicunque per quindecim integras Quadrageſimas Conciones habuerit in Civitatibus, in Eccleſiis inſignioribus, & laudabiliter ſe geſſerit, in proxima Dieta, eadem Prælatura Titulari ornari debeat, dummodo tamen prævio rigoroſo examine, qualitates Civitatum, & Eccleſiarum à Conſtitutionibus præſcriptę, & Conciones quotidianæ per quindecim integras Quadrageſimas laudabiliter habitæ, virtutes etiam, & laudabilis vitæ merita per vota ſecreta à duabus ſaltem ex tribus Definitorum partibus approbentur. Ulterius Magiſtri Novitiorum ad formam Conſtitutionum Lateranenſium ritè electi, & qualitatibus requiſitis ab iiſdem Conſtitutionibus præditi, qui in locis pro Novitiatu legitimè deputatis ſaltem per quindecim integros annos ſuo munere laudabiliter functi fuerint, in proxima Dieta, vel Capitulo Generali, prævio conſenſu Definitorii, concurrentibus duabus ſaltem ex tribus partibus per vota ſecreta, præſtando, præfata Prælatura, ſeu Abbatia Titulari perpetua pariter decorentur. Poſtremò nullus ad eandem Abbatiam Titularem, ſeu aliam quamcunque ſimilem Dignitatem perpetuam, ſive Definitorarus, ſive alio quocunque nomine nuncuparam ob quæcunque publica ſervitia toti Lateranenſi Congregationi præſtita, promoveri impoſterum poſſit à Dietis, ſeu ſolo Definitorio, ſed talis facultas uni impoſterum Generali Capitulo reſervata intelligatur; ea tamen conditione, ut præfata ſervitia verè publica ſint, & unverſam Religionem reſpiciant, ac per legitimas probationes, & perſpicua documenta univerſis Patribus vocalibus demonſtrentur, & ut deindè electio, nullatenus per acclamationem, ſed per vota ſecreta, & conſentientibus duabus ſaltem ex tribus ſuffragiorum partibus vocalium totius Capituli Generalis fieri debeat, utque Prælati ſimiliter electi in ſingulis Capitulis Generalibus duorum numerum non excedant. Quæ omnia, & ſingula, ut pręfertur, expreſſa pro firma, pręciſa, atque perpetua norma impoſterum inſervire, ac inviolabiliter obſervari debeant, & ſi quæ aliter, aut adverſus ea quomodolibet acta, vel geſta fuerint, invalida ipſo jure, ac nullius roboris, & momenti eſſe intelligantur: Contrariis quibuſcunque minimè obſtantibus. Gum autem ſicut dicti Abbas Generalis, & Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecerunt,

ruut, ipſi præmiſſa, quò firmiùs ſubſiſtant, & ſerventur exactiùs, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimùm deſiderent. Nos ipſorum Abbatis Generalis, & Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium tantùm conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum, & in eo contenta, & expreſſa quæcunque, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus; ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Decernentes eaſdem præſentes literas, & in eis inſertum Decretum hujuſmodi firma, valida, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari, & ab eis reſpectivè inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit dictæ Congregationis Lateranenſis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus, pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 17. April. 1723. Pontificatus noſtri Anno II.

F. Card. Oliverius.

Extat Autographum in Scriniis S. Mariæ Pacis de Urbe.

BEATISSIME PATER.

PRocutator Generalis Canonicorum Regularium Lateranenſium ad pedes Sanctitatis Veſtræ humiliter provolutus exponit, ſui Ordinis Conventus per Italiam conſtitutos, ob Bella, Contributiones, Subſidia, Decimas, & alias calamitates, & infortunia, à prædictis cauſis, & aliis, heù nimium notoriis, derivantia, dura premi paupertate, largitiones etiam Fidelium eſſe maximoperè imminutas, & Fundos quoque, & capitalia Miſſarum perpetuarum ex prænarratis, aliiſque cauſis, aut in totum deperdita, aut magna ex parte detrita eſſe, & conſumpta, quo circa idem Procurator pari humiiltate exorat pro dictarum Miſſarum perpetuarum, quæ uſque ad præſentem diem celebrari debuiſſent, & celebratæ non ſunt, benigna condonatione, & reductione in futurum.

Die 10. Septembris 1723.

Sanctiſſimus Dominus noſter Innocentius Papa XIII. ex ſententia Sacræ Congregationis Concilii, maturè conſideratis cauſis ſupra recenſitis, necnon exemplis ſuorum Prædeceſſorum, Alexandri VII. Clementis X. & Clementis XI. Romanorum Pontificum, ab hactenus omiſſa Miſſarum perpetuarum celebratione miſericorditer abſolvit, mandavitque, ut à Patre Abbate Generali cum Patrum Viſitatorum conſilio unus Conventus in unaquaque Provincia eligatur cum facultate mutandi, & alterum totiès quotiès ſibi videbitur, adhibito prædicto conſilio in unaquaq; Provincia ſubſtituendi, in quorũ reſpectivè Conventuum deſignandorum

Eccle-

Eccleſiis quolibet anno in perpetuum initio ducto ab anno 1724 uno die infra octavam commemorat. omnium Fidelium Defunctorum, unum Anniverſarium in Tabella onerum Conventuum deſcribendum celebretur, & applicetur pro animabus illorum, pro quibus præfatæ Miſſæ perpetuæ erant celebrandæ, & applicandæ, & hactenus non fuerunt celebratæ, & applicatæ; Quoad onera verò perpetuarum Miſſarum uſque in præſentem diem acceptata, & impoſterum adimplenda, Sanctitas Sua eidem P. Abbati Generali demandavit, ut adhibito in Congregationis Dieta Patrum Viſitatorum conſilio, ex ſingulis Italiæ Provinciis binos eligat Canonicos Regulares ex ſuo Ordine pietate, zelo, doctrina, & probitate præditos, qui Teſtamentis, Inſtrumentis, Libris, Tabellis, cæteriſque documentis, quibus onera Miſſarum unicuique Conventui ſuæ Provinciæ reſpectivè incumbentia deſcripta continentur, perſpectis, ac ſedulò examinatis, & redditibus unicuique oneri attributis, nec non eorum diminutionibus diligenter perquiſitis, atque perpenſis, & præſertim an diminutiones iſtæ perpetuæ ſint, vel temporaneæ, diſtinctam, atque fidelem deſcriptionem ad eundem Patrem Abbatem Generalem tranſmittant, qui una cum dictis Viſitatoribus in Dieta pro eorum omnium conſcientia [cujus rationem ſupremo Judici Chriſto Domino ſe diſtrictè reddituros meminiſſe debebunt] unamquamque perpetuam Miſſam moderari valeat, & reducere ad rationem eleemoſynæ ſcutorum ſexaginta monetæ Romanæ pro qualibet intra terminum trium annorum à Data præſentium, factaque poſt reductionem diſtincta onerum deſcriptione in Tabella Miſſarum uniuscujuſque Conventus. Cæterum quoad novorum onerum, ſeu Eleemoſynarum, aut oblationum pro Miſſis perpetuis celebrandis acceptationem in futurum, Sanctiſſimus Dominus noſter inhærendo Decretis de celebratione Miſſarum juſſu fel. rec. Urbani Papæ VIII. & fel. pariter record. Innocentii Papæ XII. per Sacram Congregationem Concilii editis prohibuit omnibus, & ſingulis Abbatibus Localibus, vel aliis, ad quos pertinet, ne impoſterum onera perpetua Miſſarum celebrandarum ſuſcipiant ſine Patris Abbatis Generalis, pro tempore, conſenſu, & licentia in ſcriptis, & gratis concedenda, renovata pœna privationis contravenientibus omnium Officiorum, quæ tunc obtinebunt, & perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, & privationis pariter ipſo jure, & abſque alia declaratione, vocis activæ, & paſſivę, & quoad ipſum Generalem pro dictis oneribus perpetuis acceptandis requiſitum Sanctitas Sua in ejus memoriam revocavit, ipſum in ſingulis caſibus teneri diligenter inquirere de ſingulis Miſſarum celebrandarum obligationibus cuique Eccleſiæ, & Conventui incumbentibus, nec eum antea aſſenſum, aut licentiam prębere debere, quam ipſi legitimè conſtiterit Sacerdotes uniuſcujuſque Eccleſiæ, & Conventus tam novo oneri ſuſcipiendo, quàm antiquis jam ſuſceptis, ſatisfacere poſſe, pręcipuamque demùm ab ipſo Generali habendam eſſe rationem, ut redditus, & bona, quæ Conventibus aſſignantur pro Miſſi perpetuis, omninò reſpondeant non Eleemoſynæ manuali, ſed Eleemoſynæ perpetuæ taxandæ juxtà morem cujuſque Civitatis, Diœceſis, vel Provinciæ, etſi in re tanti momenti deſes fuerit, aut negligens, ſciat ſe tam pœnis arbitrio Sanctitatis Suæ, & aliorum pro tempore Romanorum Pontificum eſſe ſubjectum, quàm prætermiſſi muneris, in noviſſimo die rationem eſſe ſupremo Judici Chriſto Domino redditurum.

C. Cardinalis Origus Præfectus
Loco ✠ bigilli.

P. de Lambertinis Secretarius.

Quibuſdam verò circa Decreti intelligentiam, exortis dubiis, & primò circa Miſſas cum cantu celebrandas, ſecundò de binario Religioſorum numero ex ſingulis Europæ Provinciis eligendo, & de Monialium Monaſteriis, tertiò, hiſque per eumdem Patrem Procuratorem Generalem Sacræ Congregationi expoſitis, ſubſequens emanavit declaratio.

Die

Die 20. *Novembris* 1723. *Sacra Congregatio Eminentiſs. S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, quoad facultatem reducendi Miſſas cantatas, cenſuit, poſt receptas notitias de partibus, per Oratorem exprimendum earum numerum pro unaquaque Provincia, & deindè ſupplicandum pro reductione. Quoad facultatem augendi numerum Religioſorum deputandorum pro vaſtis Provinciis, eam P. Generali pro ejus arbitrio beniguè impartita eſt, dummodò tamen Religioſi ultrà numerum deputandi eaſdem habeant qualitates in Decreto expreſſas; Quo verò ad declarationem circà Monaſteria Monialium Ordinis, cenſuit, Decretum extendi ad ea Monaſteria, quæ ſunt pleno Iure Religioni ſubjecta.*

C. Card. Origus Præfectus.
Loco ✠ ſigilli.

P. *de Lambertinis Secretarius.*

Formula Profeſſionis, qua utebantur Canonici Regulares S. Auguſtini in Monaſterio S.Leonardi de Monte Donicho propè, & extra Veronam, de Anno 1407.

Sit Nomen Domini benedictum.

ANNO à Nativitate Domini MCCCCVII. Die ultimo Novembris, Ego Domnus Gabriel de Graſſis de Caſtro.......qui in ſęculo vocabar Azolinus filius quondam Bonelli Voveo, & Profiteor, & Promitto Deo, & B. Mariæ ſemper Virgini, & B. Auguſtino, & tibi Domno Galdino de Bardi Priori Monaſterii Sancti Leonardi de Monte Donicho propè Veronam Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, ſucceſſoribusque tuis canonicè intrantibus, & in obſervantia Regulari viventibus, Obedientiam, & Caſtitatem, & Vivere in Communi ſine proprio, & in obſervantia Regulari uſque ad mortem ſecundum Regulam S. Auguſtini, & quod nunquam acceptabo aliquod beneficium Eccleſiaſticum cum Curâ, vel ſine Curâ, extrà, vel intrà dictum Ordinem ſine conſenſu, & voluntate Congregationis noſtræ, vel Capituli noſtri, renunciando omnibus juribus, privilegiis, & conſuetudinibus ex nunc, & in futurum mihi in contrarium competentibus, & quomodolibet competituris.

Originale extat in Archivo S.Leonardi propè, & extra Veronam, ubi reperiûtur quamplurimæ aliæ conſimiles Formulæ ab anno 1412 uſque in præſens.

Ego Domnus Gabriel ſupradictus prædicta omnia ſcripſi, & in fidem, & teſtimonium præmiſſorum manu propria mea. Deo gratias. Amen.

Formula Profeſſionis, qua uti conſuevere Canonici Regulares S. Auguſtini in Monaſterio S. Marię de Caritate Venetiarum Anno 1414.

Sit Nomen Domini benedictum.

MIlleſimo quadringenteſimo quarto decimo, die quinto menſis Januarii. Ego Domnus Antonius de Florentia filius Simonis Voveo, Profiteor, & Promitto Deo, & B. Mariæ ſemper Virgini, & tibi Domno Leoni de Caratte Mediolanenſi Vicario hujus Monaſterii S. Mariæ de Charitate, nomine, & vice Prioris Monaſterii S. Leonardi propè Veronam Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, ſucceſſoribuſque ejus, & ſuis canonicè intrantibus, & in obſervantia Regulari viventibus, Obedientiam, & Caſtitatem, et Vivere ſine proprio, et in obſervantia Regulari uſque ad mortem ſecundum Regulam S. Auguſtini, et quòd nunquam acceptabo aliquod beneficium Eccleſiaſticum, ſeu Eccleſiam cum Curâ, vel ſine Curâ, intus, vel extra Ordinem noſtrum abſque licentia, conſenſu, & voluntate Capituli noſtri dicti Monaſterii, non obſtantibus aliquibus juribus, privilegiis, & conſuetudinibus in contrarium mihi competentibus, & quomodolibet competituris.

Originale extat in Archivo S. Mariæ Charitatis Venetiarum.

Ego ſupradictus Domnus Antonius filius ſuprascripti Simonis manu propria hæc ſcripſi, & ſubſcripſi in reſtimonium robur, & fidem præmiſſorum.

Formula Profeſſionis adhibita à Canonicis Regularibus S. Auguſtini eò tempore, quo degebant in Monaſterio Sacroſanctæ Baſilicæ Lateran. ſub Nicolao V. Anno 1451.

JESUS MARIA.

Adjutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit Cœlum, & Terram.

Originale reperitur in Archivo S. Mariæ Pacis de Urbe.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Amen.

ANNO Domini MCCCCLI. Indictione 1. die 29. menſis Septembris. Ego Dopnus Joannes de Fane Clericus Leodienſis Diœceſis Canonicus Regularis filius Nicolai de Fane, Voveo, Profiteor, & Promitto Deo, & B. Mariæ ſemper Virgini, & Beato Auguſtino Patri noſtro, & tibi Dopno Petro de Venetiis Vicario Sacroſanctæ Lateranenſis Eccleſiæ vice, & nomine Domni Aurelii de Placentia Rectoris majoris de Congregatione Salvatoris Lateranenſis Ordinis S. Auguſtini Canonicoru m Regularium canonicè intrantium, Obedientiam, Caſtitatem, & Vivere in Communi ſine proprio uſque ad mortem ſecundum Regulam B. Auguſtini; Et quòd nunquam acceptabo aliquod Beneficium cum Curâ, vel ſine Curâ intùs, vel extra Ordinem noſtrum ſine licentia, & conſenſu totius noſtri Capituli Generalis; non obſtantibus juribus, & privilegiis quibuſcumque mihi competentibus, ſeu quomodolibet mihi competituris.

In cujus rei Teſtimonium ego præfatus Domnus Joannes de Fane præſentem cedulam ſcripſi, & ore meo pronunciavi. Deo gratias. Amen. Coram Deo, & Altari.

In Bibliotheca Sanctæ Mariæ Pacis de Urbe reperitur Codex Conſtitutionum Ordinis M. S. in pergamena de anno 1453. in quo pag. 43. ita legitur.

Capitulum XXXVI. de forma Profeſſionis, & modo ſuſcipiendi Novitios ad Profeſſionem.

Ut aliquis modus, & forma faciendi profeſſionem uniformiter in noſtris Monaſteriis obſervetur, utile arbitramur ipſum in ſcriptis habere. Poſitus itaque Novitius ante Altare genibus flexis, & dictis per Priorem Orationibus conſuetis, ac ſolita ſolemnitate ſervata dicat :: Sit nomen Domini benedictum :: & reſponſo à Miniſtris Altaris :: Ex hoc nunc, & uſque in ſæculum :: legat Profeſſionem ſuam in hunc modum :: Anno D. M. CCCCL. Die 1. Martii. Ego Domnus B. in ſæculo vocatus P. filius &c. de tali loco, vel Patria. Voveo, Profiteor, & Promitto Deo, B. M. Virgini, & B. Auguſtino, ac tibi Domno N. de tali loco Priori hujus Monaſterii Salvatoris Lateranenſis de Urbe, & ſucceſſoribus tuis canonicè intrantibus recipienti nomine, ac vice D. G. P. Rectoris generalis totius Congregationis Salvatoris Lateranenſis Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, & ſucceſſorum ejus canonicè intrantium, Obedientiam Caſtitatem, & Vivere in Communi ſine proprio uſque ad mortem ſecundum Regulam S. Auguſtini, & quòd nunquam abſque licentia Capituli generalis dictæ Concregationis, vel ejus auctoritate fungentis aliquod cum Curâ, vel ſine Curâ beneficium acceptabo intùs, aut extra Ordinem noſtrum, renunciando omnibus juribus, Privilegiis, & conſuetudinibus in contrarium mihi competentibus, vel quomodolibet competituris.

Ego D. B. &c. ſupraſcriptus propria manu ſcripſi, atque proprio ore pronuntiavi.

Eadem Formula Profeſſionis legitur in alio Codice Conſtitutionum Ordinis edito Lucæ de anno 1560. Apud Vincentium Buſdracum.

Formu-

Formula Profeſſionis, qua nunc utuntur Canonici Regulares Ordinis S. Auguſtini Congregationis Lateranenſis, uti legitur in Libro Conſtitutionum prædicti Ordinis edito Romæ Typis Rev. Cam. Apoſt. de Anno 1628. par. 1, cap. 42. pag. 87.

ANNO Domini .... die .. Menſis ...

Ego Domnus N. in ſæculo vocatus N. filius N. de tali loco, Voveo Profiteor, & Promitto Deo, Beatæ Mariæ Virgini, & Beato Auguſtino, & tibi Patri Domno N. de tali loco Abbati, ſeu Priori hujus Monaſterii S. N. Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini Congregationis Salvatoris Lateranenſis, recipienti nomine, & vice Reverendiſſimi Patris D. N. de tali loco ejuſdem Congregationis Abbatis Generalis, ac ſucceſſorum ejus canonicè intrantium, Obedientiam, Caſtitatem, & Vivere in Communi ſine proprio uſque ad mortem, & ſecundum Regugulam S. Auguſtini, & quod nunquam abſque licentia Capituli generalis dictę Congregationis, vel ejus auctoritate fungentis, aliquod cum Curâ, vel ſine Curâ beneficium acceptabo intùs, vel extra Ordinem noſtrum, renunciando omnibus juribus, privilegiis, & Conſuetudibus, in contrarium mihi competentibus vel quomodolibet competituris.

Ego D. N. ſupraſcriptus manu propria ſcripſi, & ore proprio pronunciavi.

CAuſâ Aggregationis Canonicorum Regularium Congregationis S. Patritii in Regno Hiberniæ factę Canonicis Regularibus Ordinis Sancti Auguſtini Congregationis Lateranenſis per Reverendiſſimum P. Domnum Athanaſium Clappinium Placentinum præfatæ Congregationis Lateranenſis Abb. Generalem, conceſſæ fuére eiſdem Canonicis Reguiaribus Congregationis S. Patririi, anno *1698*, die 21. Maii, Conſtitutiones quibus utuntur Canonici Regulares Congregationis Lateranenſis, nonnullis moderationibus appoſitis, in quibus *pag. 39. cap. 3*1. inſerta legitur eadem Formula Profeſſionis, quæ eſt in uſu apud Canonicos Regulares prædictæ Congregationis Lateranenſis, ſolummodò diſcordans in modo exprimendi eam partem, quę continet acceptationem Beneficiorum, uti conferenti eas patebit; Etenim poſt illa verba: *Obedientiam, Caſtitatem, & vivere in communi ſine proprio uſque ad mortem, ſecundùm Regulam S. Auguſtini*, hæc ſequuntur, ſervatis tamèn omnibus juribus, privilegiis, & conſuetudinibus mihi competentibus, vel quomodolibet competituris ad Beneficia, vel cum Curâ, vel ſine Curâ ſive intra, ſive extra Ordinem noſtrum; Quæ nihilominùs non acceptabo abſque licentia Capituli Generalis hujuſce Congregationis, vel ejus authoritate fungentis. Ego N. ſupraſcriptus &c.

In quorum confirmationem emanavit Breve Innocentii Papę XII. ſic incipien,

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Canonici Regulares Congregationis Sancti Patritii in Regno Hyberniæ, quòd aliàs ne ipſi diutiùs diſperſi, ac ſine Paſtore remanerent, dicta eorum Congregatio Congregationi Lateranenſi Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini de conſenſu illius Superiorum aggregata fuit cum facultate utendi Conſtitutionibus ejuſdem Congregationis Lateranenſis, ſervatis tamen, durante præſenti rerum dictique Regni ſtatu, nonnullis moderationibus in decreto ſuper Aggregatione hujuſmodi emanato expreſſis ... Cùm autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dicti exponentes Aggregationem prædictam quo firmiùs ſubſiſtat Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummoperè deſiderant... Nos ipſos exponentes...

proſequi

proſequi volentes ...abſolventes... de Venerabilium Fratrem noſtrorum S.R.E.Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpoſitorum, qui rem maturè perpenderunt, conſilio, Aggregationem prædictam Congregationis S. Patritii Congregationi Lateranenſi, ſicut præmittitur, factam ſine præjudicio tamèn Jurium Ordinariis locorum quomodolibet competentium, & cum uſu Conſtitutionum ipſius Congregationis Lateranenſis authoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus,& approbamus ſalva... authoritate Congregationis eorumdem Cardinalium, decernentes eaſdem...ſemper firmas...inviolabiliter obſervari...ſicq; per quoſcumque Judices ... etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicare, & deffinire debere, ac irritum & inane ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate...

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 30.Januarii 1699. Pontificatus noſtti Anno VIII.

Explicit
Bullarium Lateranenſe

INDEX CHRONOLOGICUS
ET
RERUM NOTABILIUM.

PATROCINATIO Sedis Apoſtolicæ.	Alexandri II. 1068.	Canonicæ Sancti Frigdiani Lucen.	Pag. 1.
PONTIFICALIUM uſus.	Urbani II. 1092.	Pro Abbate Monaſterii Cavenſis.	330.
BONORUM POSSESSIO confirmatur.	Paſchalis II. 1105.	Præpoſito Sancti Frigdiani Lucen.	
DECIMÆ conceduntur.			2.
SIMILIA.	Ejuſdem 1106.	Pro eadem Canonica.	3.
CHRISMA petendum.	Ejuſdem 1111.	Pro eadem.	4.
DISSERTORUM interdictum.	Ejuſdem 1115.	Pro Canonica Ravennæ.	
CLERICORUM receptio.			5.
CONSTITUTIONES confirmantur.	Ejuſdem an....	Pro eadem.	6.
A' LITANIIS exemptio.	Gelaſii II. 1119.	Pro Canonicis S. Frigdiani Lucen.	
SEPELIRE Capellanis prohibetur.			ibid.
EXEMPTIO ab Exactionibus.	Caliſti II. 1124.	Pro iiſdem.	
EXCOMMUNICANDI DISSERTORES facultas.			7.
PATROCINIUM Apoſtolicum.	Honorii II. 1128.	Pro iiſdem.	
DECIMÆ conceduntur.			
CHRISMA petendum.			8.
SIMILIA.	Innocentii II. 1133.	Pro iiſdem.	
HOSPITIUM Sæcularibus Poteſtatibus intra Clauſtra interdicitur.			
BAPTISMI uſus conceditur.			10.
SIMILIA.	Ejuſdem eod. anno.	Pro iiſdem.	
ELECTIO PRÆPOSITI ſolis Canonicis reſervata.			11.
PATROCINIUM Apoſtolicum.	Ejuſdem 1134.	Pro Canonica Mortarienſi.	
CHRISMA, ET ORDINATIONES.			

DECIMÆ conceduntur.			
LIBERTAS SEPULTURÆ.			13.
XENODOCHIUM & alia bona conceduntur.	Ejuſdem 1135.	Pro Canonica S. Frigdiani Lucenſis.	14.
PAROCHIA confirmatur.	Ejuſdem eod. anno.	Pro eadem.	
SEPELIRE Monachis, & Cappellanis prohibetur.			15.
BONORUM POSSESSIO.	Ejuſdem 1136.	Pro Canonica Rhenana.	
A' DECIMIS exemptio.			16.
UNIO Eccleſiæ S. Pantaleonis.	Ejuſdem 1137.	Pro Canonica S. Frigdiani Lucen.	
ORDINATIONES.			
DECIMÆ.			
BAPTIZANDI facultas.			17.
POENARUM ECCLESIASTICARUM inflictio prohibetur ad triennium.	Ejuſdem 1139.	Pro Canonica Ravennæ.	18.
UNIO Eccleſiæ S. Salvatoris in Muſtiolo.	Ejuſdem 1140.	Pro Capitulo S. Frigdiani.	ibid.
PATROCINIUM Apoſtolicum.	Ejuſdem 1143.	Pro Canonica Rhenana.	
POSSESSIONES confirmantur.			19.
PROTECTIO Apoſtolica.	Cœleſtini II. eod. anno.	Pro Eccleſia S. Sepulchri Hieroſolymit.	
BONORUM confirmatio.			
OBLATIONES conceduntur.			21.
DIACONUS CARDINALIS ex eadem aſſumendus.	Ejuſdem eod. anno.	Pro Canonica S. Frigdiani.	22.
PRIVILEGIORUM. POSSESSIONUM. confirmatio.	Ejuſdem eod. anno.	Pro eadem.	
DECIMÆ.			
ORDINATIONES.			
BAPTISMUS.			23.
SIMILIA.	Lucii II. 1144.	Pro Canonica Rehenana.	26.
DIACONUS CARDINALIS ex ea aſſumendus.	Ejuſdem eod. anno.	Pro Canonica Lucenſi.	27.
SIMILE PRIVILEGIUM.	Eugenii III. eod. anno.	Pro eadem.	28.
LIBERTAS. POSSESSIONES. DECIMÆ. ORDINATIONES. BAPTISMUS. confirmantur.	Ejuſdem 1145.	Pro eadem.	29.

BONO-

BONORUM confirmatio.	Ejuſdem eod. anno.	Pro Canonica Mortarien.	31.
SIMILE.	Ejuſdem 1150.	Pro Canonica Rhenana.	33.
SIMILE.	Ejuſdem eod. anno.	Pro Canonica Montis Belii.	34.
UNIO Eccleſiæ S. Andreæ Carrariæ confirmatur.	Ejuſdem 1151.	Pro Canonica Lucenſi.	
DECIMÆ conceduntur.			36.
POSSESSIONES & PROVENTUS confirmantur.	Anaſtaſii IV. 1154.	Pro Baſilica Lateran.	37.
SIMILIA.	Ejuſdem eod. anno.	Pro Canonica Rhenana.	38.
UNIO Eccleſiæ S. Potentianæ de Urbe, & POSSESSIONES confirmantur.	Adriani IV. eod. anno.	Pro eadem.	40.
NOVÆ ECCLESIÆ ædificari prohibentur in detrimentum ipſius.	Ejuſdem 1155.	Pro Canonica Lucenſi.	41.
DIACONI CARDINALIS ex ea aſſumendi Privilegium confirmatur.	Alexandri III. 1160.	Pro eadem.	ibid.
PRESBYTER CARDINALIS aſſumendus ex Congregatione S. Frigdiani. POSSESSIONES confirmantur.	Ejuſdem 1166.	Pro Canonica S. Crucis in Hieruſalem de Urbe.	42.
POSSESSIONES confirmantur. POENÆ ECCLESIASTICÆ non infligendæ Canonicis. CELEBRATIO PRIVATA divinorum tempore Interdicti.	Ejuſdem 1168.	Pro Canonica Mortarienſi.	43.
POSSESSIONES & PRIVILEGIA confirmantur.	Ejuſdem 1168.	Pro Canonica Rhenana.	44.
SIMILIA.	Ejuſdem 1172.	Pro Canonica Tarviſina.	46.
POSSESSIONES confirmantur. LIBERTAS SEPULTURÆ. DECIMÆ.	Ejuſdem 1177.	Pro Canonica Rhenana.	47.
Prædicta confirmantur.	Ejuſdem 1177.	Pro eadem.	50.
Simile.	Ejuſdem 1178.	Pro eadem.	49.
Simile.	Lucii III. 1182.	Pro eadem.	51.
Simile.	Urbani III. 1185.	Pro eadem.	53.

Digitized by Google

EXEMPTIO ab oneribus. POSSESSIONES confirmantur.	Ejuſdem 1186.	Pro Canonica Creſentiaci.	55.
SCHISMATICORUM reconciliatio. DECIMÆ. CENSURÆ Fratribus non infligendę. EXEMPTIO ab oneribus. SEPULTURÆ LIBERTAS.	Ejuſdem 1187.	Pro Canonica Mortarienſi.	56.
PASTORALIS uſus.	Ejuſdem anno...	Pro Prępoſito S. Agathæ Cremonæ.	59.
A'DECIMIs exemptio. ORDINUM ſuſceptio. SEPULTURÆ LIBERTAS.	Ejuſdem anno....	Pro Canonica S.Mariæ Charitatis Venetiarum.	305.
POSSESSIONES) confirmantur. PRIVILEGIA.)	Clementis III. 1188.	Pro Canonica Rhenana.	59.
TICINI tranſitus. CELEBRATIO PRIVATA tempore Interdicti. ORDINUM & CONSECRATIONIS ſuſceptio.	Ejuſdem 1189.	Pro Canonica Brinatis.	61.
POSSESSIONES confirmantur. A'DECIMIS immunitas. SEPULTURÆ LIBERTAS.	Cœleſtini III. 1191.	Pro eadem.	ibid.
PATROCINIUM Apoſtolicum. POSSESSIONES confirmantur. ORDINATIONES.	Innocentii III. 1199.	Pro Canonica Caſæ Dei.	64.
EXEMPTIO ab oneribus. POSSESSIONUM confirmatio, & LIBERTATUM.	Ejuſdem eod. anno.	Pro eadem.	306.
A'DATIIS Immunitas.	Ejuſdem 1209.	Pro Canonica Portuenſi.	65.
DOMUS & ECCLESIÆ conſtruendæ in propriis fundis.	Honorii III. 1220.	Pro Canonica Lateranenſi.	66.
PRÆSCRIPTIO centenaria.	Ejuſdem 1224.	Pro eadem.	ibid.
CANONICI MORTARIENSES ad hanc Eccleſiam reducti.	Ejuſdem eod. anno.	Pro Canonica S. Petri Papiæ.	ibid.
SIMILE.	Ejuſdem eod. anno.	Pro eadem.	67.
POSSESSIONES confirmantur.	Gregorii IX. 1227.	Pro Canonica Vercellenſi.	

A'TRI-

A'TRIRUNALIBUS Laicis exemptio.			
POSSESSIONES & PRIVILEGIA confirmantur.	Ejuſdem eod. anno.	Pro Canonica Lateranenſi.	68.
PRÆSCRIPTIO centenaria.	Ejuſdem 1228.	Pro eadem.	71.
UNIO ejus cum Mortarienſibus confirmatur.	Ejuſdem eod. anno.	Pro Canonica S. Petri Papiæ.	74.
POSSESSIONES & aliæ confirmantur.	Ejuſdem 1232.	Pro Canonica Brixienſi.	ibid.
CAPITULI GENERALIS STATUTA confirmantur.	Ejuſdem 1238.	Ad Capitulum Mortarienſe.	75.
ORDINES MINORES conferendi Frattibus faculras.	Ejuſdem eod. anno.	Pro Præpoſito Mortarienſi.	77.
POSSESSIONES & PRIVILEGIA confirmantur. SUBJECTIO ſoli Romano Pontifici.	Innocenti IV. 1244.	Pro Canonica Lateranenſi.	ibid.
INDULGENTIA ſubvenientibus huic Eccleſiæ.	Ejuſdem eod. anno.	Pro eadem.	78
EXEMPTIO ab omni impoſitione.	Ejuſdem 1250.	Ad Capitulum Mortarienſe.	79.
SIMILE.	Ejuſdem 1252.	Pro Canonica S. Petri Papiæ.	ibid.
SIMILE.	Ejuſdem anno	Ad Capitulum Mortarienſe.	80.
POSSESSIONES & PRIVILEGIA confirmantur. TONSURA Profitentibus conferenda. INMUNITAS ab extraordinariis.	Alexandi IV. 1255.	Pro Canonica Portuenſi.	ibid.
HABITUS EREMITARUM S. Auguſtini.	Ejuſdem 1256.		ibid.
PONTIFICALIUM uſus. CELEBRATIO PRIVATA tempore Interdicti.	Ejuſdem eod. anno.	Pro Canonica Firmana.	82.
POSSESSIONES confirmantur. SEPULTURÆ LIBERTAS. DECIMÆ.	Ejuſdem 1257.	Pro Canonica Frigdionaria.	83.
			85.
SIMILE.	Ejuſdem 1258.	Pro eadem.	87.
SIMILE.	Ejuſdem eod. anno.	Pro eadem.	ibid.

SIMILE.	Ejuſdem eod. anno.	Pro eadem.	149.
Ab IMPOSITIONIBUS exemptio.	Clementis IV. 1267.	Pro Baſilica Lateranen.	87.
PRIVILEGIA, & POSSESSIONES confirmantur.	Gregorii X. 1272.	Pro Canonica Frigdionaria.	88.
DELATIO FRUCTUUM libera.	Honorii IV. 1285.	Pro Canonica Veneta.	90.
BENEDICTIO ABBATIS facta ab Epiſcopo Novarien. nomine Papæ.	Nicolai IV. 1288.	Pro Abbatia S. Petri Papiæ.	91.
IMMUNITAS ab exactionibus.	Ejuſdem eod. anno.	Pro Baſilica Lateranenſi.	ibid.
INDULGENTIA in Feſto S.P. Auguſtini.	Clementis V. 1306.	Pro Eccleſia S. Petri Papiæ.	ibid.
IMMUNITAS ab oneribus.	Ejuſdem 1308.	Pro Canonica Veneta.	
POSSESSIONES & LIBERTATES, confirmantur.			107.
LIS de electione duorum Abbatum componitur.	Ejuſdem 1311.	Pro Canonica S. Petri Papiæ.	92.
OBEDIENTIA Abbati electo.	Ejuſdem eod. anno.	Ad Vaſſallos ejuſdem Canonicæ.	93.
USUS BACULI. MITRÆ. ANNULI, SOLEMNIS BENEDICTIO.	Joannis XXII. 1318.	Pro Canonica Sanctæ Agathæ Cremonæ.	94.
DIVINA OFFICIA in Eccleſia S. Petri Papiæ ſub debito modo, & forma.	Ejuſdem 1326.	Pro Fratribus Eremitanis.	ibid.
LITTERÆ quædam APOSTOLICÆ, quæ vetuſtate interibant, confirmantur.	Benedicti XII. 1337.	Pro Canonica Mortarienſi.	99.
CONSTITUTIONES totius Ordinis Canonicorum Regularium.	Ejuſdem 1339.		100.
CONSTITUTIONES ſpeciales pro Provincia Lombardiæ Canonicorum Regularium.	Ejuſdem eod. anno.		131.
ABBAS ex ordine Fratrum Servorum Beatæ Mariæ ipſis præficitur.	Urbani VI. 1385.	Ad Canonicos S. Petri Papiæ.	133.
OBEDIENTIA præfato Abbati impendenda.	Ejuſdem eod. anno.	Ad Vaſſallos S. Petri.	134.
PATRONI, & CONSER-	Ejuſdem eod. anno.	Pro Canonica S.	

VATO-

VATORES deputantur.		Petri Papiæ.	ibid.
BENEDICTIO ſuſcipienda à quocumque Antiſtite.	Ejuſdem eod. anno.	Ad Abbatem ejuſdem Canonicæ.	136.
PONTIFICALIUM uſus conceditur.	Ejuſdem 1386.	Pro Priore Sancti Frigdiani Lucen.	ibid.
CONSERVATORES, & JUDICES deputantur.	Bonifacii IX. 1391.	Pro Canonica S. Petri Papiæ.	137.
LIS inter Canonicos Regulares, & Eremitanos dirimitur.	Ejuſdem 1394.		ibid.
INDULGENTIA tempore Pontificalium.	Ejuſdem 1400.	Pro Canonica S. Frigdiani.	144.
CONSTITUTIONUM Benedicti XII. Obſervantia injungitur.	Ejuſdem 1401.	Ad Abbatem S. Petri Papiæ.	ibid.
ABBAS ex Ordine D. Benedicti eligitur.	Ejuſdem 1402.	Ad eumdem.	148.
OBEDIENTIA prædicto Abbati præſtanda.	Ejuſdem eod. anno.	Ad Canonicos S. Petri Papiæ.	148.
A DECIMIS exemptio.	Gregorii XII. 1407.	Pro Canonica S. Frigdiani.	149.
EACULTAS tranſmittendi Fratres de uno Monaſterio ad aliud, MUTANDI, aut confirmandi Priores.	Ejuſdem 1408.	Ad Canonicos Frigdionarios, & Veronenſes.	150.
INDULGENTIA in emiſſione Profeſſionis.	Ejuſdem 1411.	Ad Canonicos de Sylva Lacus.	151.
POSSESSIONES. LIBERTATES, IMMUNITATES & GRATIÆ confirmantur.	Martini V. 1418.	Ad Canonicos Frigdionarios, Veronenſes, & Bononien.	ibid.
ECCLESIA S. Mariæ de Rheno, & S. SALVATORIS de Bononia Ambroſianis conceditnr.	Ejuſdem eod. anno.		152.
S.VICTORIS extra & S.JOHANNIS in Monte intra Bononiam Monaſteria reformantur.	Ejuſdem 1419.		153.
MONASTERIA quædam in novam Congregationem eriguntur; &c. STATUTA nonnulla obſervanda.	Ejuſdem 1421.		154.
DIGRESSIO ad alios Re-	Eugenii IV. 1435.		

gula-

gulares Canonicis Frigdionariis interdicta.		157.
A' PROCESSIONIBUS Rogationum eximuntur Canonici Frigdionarii ubique exiſtentes.	Ejuſdem 1437.	159.
ORDINATIONES recipere poſſunt Canonici Frigdionarii ubicumque & à quocumque Antiſtite, de ſuorum tantùm Prælatorum licentia.	Ejuſdem 1438.	160.
Ab EXACTIONIBUS, IMPOSITIONIBUS, & ONERIBUS quibuſcumque eximuntur Canonici Frigdionarii.	Ejuſdem 1439.	161.
BASILICA LATERANEN. per Canonicos Frigdionarios reformatur.	Ejuſdem 1445.	
NUNCUPATIO Congregationis Lateranenſis.		162.
PRIMORDIALIS CLERICORUM CULTUS Baſilicæ Lateranen. reſtitutus.	Ejuſdem 1446.	
De DIGNITATE Canonici, & Apoſtolici Ordinis plura.		164.
ABSOLVENDI facultas in omnibus caſibus Rectori Generali Lateranenſium conceſſa.	Ejuſdem vivæ vocis oraculo.	
DISPENSANDI ſuper defectu Natalium.		311.
INDULGENTIÆ Stationum.		312.
ABSOLUTIO à reſervatis.		313.
AMPLIOR facultas circa idem.		ibid.
INDULGENTIA Plenaria in articulo Mortis.		315.
CELEBRATIO Miſſæ in aurora, & uſque ad horam nonam.		
CONVERSATIO cum		

excommunicatis non publicatis.		
ACCEPTATIO habentium votum ſimplex intrandi aliam Religionem.		ibid.
PRIVILEGIA omnia Baſilicæ Lateranenſi confirmantur.	Nicolai V. 1447.	170.
SIMILIS confirmatio.	Ejuſdem 1450.	
UNIO plurium Monaſteriorum.		ibid.
CONSERVATORES in ſingulis Capitulis eligendi contra uſurpatores.	Ejuſdem 1451.	172.
In FUGITIVOS, & APOSTATAS à Congregatione facultas.	Ejuſdem 1452.	174.
Pro DECEDENTIBUS nonnullæ Gratiæ.	Ejuſdem vivæ vocis oraculo.	
POENITENTIARIOS creandi in Baſilica Lateranen. facultas.		316.
CANONICI S. Salvatoris de Bononia veri ac legitimi Canonici declarantur.	Calliſti III. 1456.	176.
NOTARII eligendi in Capitulo Generali Congregationis Lateranen. facultas.	Pauli II. 1464.	177.
Ex NATALIUM defectu impedimentum ad gradus Congregationis ſubmovetur.	Ejuſdem 1468.	ibid.
MISSAM celebrare poſſunt poſt mediam noctem Viſitatores, & Priores Lateranenſes occaſione iter agendi.	Ejuſdem vivæ vocis oraculo.	318.
INDULTA confirmantur.	Sixti IV. 1472.	
TITULUS Baſilicæ Lateranenſis toti Congregationi relinquitur etiam adempto regimine.		178.
PRIVILEGIA prædicta, & alia confirmantur.	Ejuſdem 1477.	
A' JURISDICTIONE Judicum, EXACTIONIBUS, PROCESSIONIBUS &c. exemptio.		

C PA-

PAROCHOS deputandi,
SACROS ORDINES ſuſcipiendi à quocumque Antiſtite ſine examine,
CELEBRANDI in Altari portatili,
INTERDICTI etiam tempore,
SACRAMENTA vernaculis miniſtrandi, facultas.
EXEMPTIO à præſtationibus.
PRÆSCRIPTIO ſexagenaria,
ABSOLVENDI,
DISPENSANDI,
AUDIENDI FIDELIUM CONFESSIONES,
BONA IMMOBILIA permutandi, ſeù alienandi poteſtas.
INDULGENTIA Plenaria in articulo Mortis.
STATIO ROMANA.
FACULTAS recipiendi in Congregatione eos qui voverint ingreſſum alterius Religionis etiam arctioris.
CANONICI ad aliam Religionem tranſgredi non debent.
PRIVILEGIA CASSINENSIUM communicantur.
DUBIA in favorem interpretanda.
CONSERVATORES eligendi. 180.
TITULI ABBATIALES reſtituuntur. Ejuſdem 1480.
PARAMENTA benedicendi facultas. 190.
FESTUM S. P. AUGUSTINI celebrandum. Ejuſdem 1481. 191.
S. MARIÆ PACIS Templum committitur Congregationi Lateranenſi. Ejuſdem 1484.
S. ANDREÆ PAROCHIA illi unitur.

PON-

PONTIFICALIA celebrandi etiam coram Cardinali, vel Legato jus Præpoſito conceditur.			ibid.
INDULGENTIA Plenaria, & ABSOLUTIO etiam in caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, ſemel in vita pro omnibus Lateranenſibus conceditur.	Ejuſdem vivæ vocis oraculo.		
INDULGENTIÆ Carthuſianis conceſſæ communicantur.			317.
VAGANTES Canonici revocandi.	Innoc. VIII. 1487.		193.
VISITANDI, ac corrigendi Moniales, SACRAMENTA iiſdem miniſtrandi facultas.	Ejuſdem eod. anno.		194
PRÆCEDENTIA ſupra Abbatem Ordinis D. Benedicti.	Ejuſdem 1489.	Pro Abbate, & Capitulo Crutreligenſi prope Conſtantiam Canonicor. Regul.	195.
PONTIFICALIUM uſus extenditur ad Prælatos Congregationis S. Salvatoris Bononiæ.	Ejuſdem eod. anno.		196.
PROPRIETARIOS punire poteſt Rector Generalis Canonicorum Lateranenſium. Ad MONASTERIA MONIALIUM ingreſſus prohibetur.	Ejuſdem 1490.		197.
INDULGENTIÆ omnes Lateranenſibus conceduntur illius Diœceſis, in qua fuerint. CORPORALIA benedicere poteſt Rector Generalis.	Ejuſdem vivæ vocis oraculo.		318.
INGRESSUS IN MONASTERIA MONIALIUM urgente neceſſitate permittitur.	Alexandri VI. 1493.		198.
PRIVILEGIA illorum Ordinum quibus hujus Congregationis	Ejuſdem 1497.	Pro Eremitis S. Auguſtini Cong. Lom-	

vile-

Privilegia conceſſa erant .		bard.	338.
INDULGENTIA tempore Pontificalium .	Ejuſdem eod. anno ;	Ad Priorem S. Antonii Venetiarum ,	
RECONCILIANDI Eccleſias , ac Cœmeteria facultas .			198.
INDULGENTIÆ,& gratiæ Spirituales , quibus Canonici Lateranenſes gaudent , ad Oblatos , & Converſos extenduntur .	Ejuſdem 1499.		199.
INHABILES qui Congregationem Lateranenſem ingredi voviſſent .	Ejuſdem eod. anno ,		200.
MONIALIUM curam Prælati particulares ſuſcipere prohibentur abſque deliberatione Capituli Generalis ,	Ejuſdem 1500,		201.
PRACTICANTIUM pœnæ .	Ejuſdem 1501.		202.
FACULTAS verberari faciendi Clericos ad correctionem .	Ejuſdem vivæ vocis oraculo ,		
INCORRIGIBILES ejiciendi .			
CALICEM PURIFICANDI poſt ſumptionem Sanguinis cum aqua ſimplici .			319.
BASILICA S.PETRI PAPIÆ Lateranenſibus unitur .	Julii II. 1503.		203.
INDULGENTIÆ Terræ Sanctæ conceduntur.	Ejuſdem 1505.	Pro Canonica S. Salvatoris Bononiæ .	324.
INDULGENTIÆ quibus decorata eſt Eccleſia S. Mariæ de Populo conceduntur Eccleſiæ S. Mariæ de Pace .	Ejuſdem 1506.		310.
FACULTAS corrigendi delicta circa Hæreſes .	Ejuſdem 1511.		309.
PRIVILEGIUM Magnum in favorem Canonicorum Regularium S. Salvatoris Bononiæ .	Ejuſdem 1512,		204.
CONCESSIONES in de-	Leonis X. 1516.		tri-

trimentum Congregationis Lateranen. factæ abrogantur.			220.
AGGREGATIO Canonicæ S. Frigdiani Lucenſis cum Lateranenſibus, quibuſdam conditionibus adjectis.	Ejuſdem 1517.		221.
DE PROPRIO, ET VERO HABITU CANONICORUM REGULARIUM Diſſertatio.	Zachariæ Ferrerii.		227.
CANONICI REGULARES in Epiſcopos promoti uti debent habitibus, & coloribus aliorum Epiſcoporum.	Ejuſdem Leonis X. 1519.	Ad Epiſcopum Sebaſten. ex Canonicis Regularibus aſſumptum.	249.
CONGREGATIO LATERANEN. eximitur à moderatione Privilegiorum facta per eundem Leonem in Concilio Lateranen.	Ejuſdem eod. anno.		ibid.
A' PROCESSIONIBUS Lateranenſes eximuntur ubicumque præcedentia controvertatur.	Ejuſdem 1521.		308.
INGRESSUS IN MONASTERIA MONIALIUM permittitur in quibuſdam caſibus.	Ejuſdem vivæ vocis oraculo.		319.
INGRESSUS IN MONASTERIA MONIALIUM vetitus exceptis caſibus expreſſis.	Clementis VII. 1524.		251.
CONFESSIONALES FACULTATES Canonicis, & Canoniſſis Lateranenſibus indultæ revocantur.	Ejuſdem 1531.		252.
CANONICORUM LATERANEN. Privilegia conceduntur.	Pauli III. 1535.	Pro Clericis Regularibus S. Pauli Decollati.	328.
In APOSTATAS facultas.	Ejuſdem 1538.		252.
SIXTI IV. PRIVILEGIA pro Lateranenſibus confirmantur.	Ejuſdem 1539.		253.

D POE-

POENÆ contra Prælatos Lateranenſium ſibi appropriantes bona Monaſteriorum.	Ejuſdem eod. anno.		338.
COMFIRMANTUR omnia Privilegia.	Ejuſdem 1541.		254.
FACULTAS abſolvendi Laicos à reſervatis.	Ejuſdem 1545.	Pro Clericis Societ. Jeſu.	339.
IN DELINQUENTES facultas Rectoris Generalis Lateranen.	Ejuſdem 1547.		255.
CANONICORUM S. Salvatoris de Bonomia Privilegia confirmantur.	Ejuſdem 1548.		256.
PRIVILEGIA omnia Canonicis Lateranenſibus confirmantur.	Julii III. 1550.		258.
INDULGENTIA plenaria Capitulo Generali conceditur.			259.
CANONICIS S. Salvatoris de Bononia Privilegia confirmantur.	Ejuſdem 1551.		260.
CONSTITUTIONES Congregationis Lateranenſis adversùs hæreticam pravitatem editæ confirmantur.	Ejuſdem 1552.		261.
DE MONIALIBUS, & puellis apud eas educandis Rectoris Generalis Congregationis Lateranenſis facultas.	Marcelli II. 1555.		
CONSTITUTIONES Lateranenſium adverſus Hæreſes confirmantur; & JUDICES ab eis electi approbantur.	Pauli IV. anno		262.
MONTIS NOVENNALIS erectio.	Ejuſdem 1555.		340.
DUARUM DECIMARUM impoſitio.	Ejuſdem 1556.		345.
IN MONIALES INOBEDIENTES Rectoris Generalis Lateranenſium facultas.	Pii IV. 1561.		
DE REGIMINE earundem annuali ac triennali.			264.
DE CORRIGENDIS EX-	Ejuſdem eod. anno.		

CESSI-

CESSIBUS, Rectoris Generalis facultas.			ibid.
PRÆCEDENTIÆ inter Canonicos Lateranenſes & Monachos Caſſinenſes cauſa committitur tribus Cardinalibus.	Ejuſdem anno		265.
RELATIO facienda Sanctitati ſuę à Judicibus deputatis.	Ejuſdem anno		267.
RELATIO coram Pio IV. in cauſa Præcedentiæ.	Jo. Baptiſtæ Cardinalis Cicadæ.		ibid.
SIMILIS RELATIO.	Jo: Michaelis Saraceni, ac Bernardini Scotti Cardinalium.		272.
SENTENTIA in cauſa Præcedentiæ pro Lateranen.	EjuſdemPii IV. 1563.		275.
DEFECTUS prædictæ cauſæ ſupplentur.	Ejuſdem 1564.		
SENTENTIÆ obſervantia mandatur.			276.
MISSAS celebrandi in cubiculis ægrotantium facultas.	Ejuſdem 1565.		279.
PONTIFICALIUM uſus conceditur.	Ejuſdem eod. anno.	Pro Congreg. Caſſinenſium	330.
IN DELINQUENTES facultas Rectori Generali Lateranenſium conceſſa.	Ejuſdem anno		286
ABBATIALES TITULI quibuſdam Lateranenſium Monaſteriis conferuntur.	Pii V. 1566.		ibid.
INDULGENTIÆ quædam.	Ejuſdem eod. anno.	Pro Lateranenſibus.	347.
INDULGENTIÆ communicantur, quæ Civitatibus & locis, ubi Lateranenſium Canonicæ fuerint, conceſſæ ſunt.	Ejuſdem eod. anno.	Pro iiſdem.	273.
A' SOLUTIONIBUS & oneribus Principum Secularium,	Ejuſdem 1567.	Pro iiſdem.	
A' CONTRIBUTIONE pro Seminariis eximuntur.			ibid.
MENDICANTIUM Privilegia omnia ad La-	Ejuſdem eod. anno,		

tera-

teranenſes extenduntur.			285.
EXTENSIO ſimilis ad alios Regulares.	Ejuſdem eod. anno.		295.
IN DELINQUENTES facultas.	Ejuſdem 1568.	Pro Lateranenſibus.	350
PONTIFICALIA Prioris non debent à Capitulo Cathedralis Lucanæ deturbari.	Ejuſdem eod. anno.	Pro Canonica S. Frigdiani Lucæ.	353.
EXEMPTIO ab impoſitione ratione Seminariorum.	Ejuſdem 1569.	Pro Congregatione Lateranen.	351.
PROFESSIONIS REGULARIS emittendæ obligatio.	Ejuſdem eod. anno.	Pro Canonicis S. Georgii in Alga Venet.	
PRIVILEGIA quædam conceduntur.			327.
FESTA nonnullorum Canonici Ordinis Sanctorum celebranda.	Ejuſdem 1570.	Pro Congregat. Lateranen.	297.
IN PROCESSIONIBUS & publicis actibus, quo loco de jure Lateraneuſes incedere debeant.	Ejuſdem eod. anno.	Pro eadem.	299.
PRIVILEGIA, INDULGENTIÆ, & GRATIÆ conceſſæ Monaſterio Præſentationis Mantuæ, ad totam Congregationem extenduntur.	Ejuſdem 1572.	Pro eadem.	319.
EXTRACTIO TRITICI prohibetur.	Gregorii XIII. 1583.	Pro Canonica Tremitana.	
ALIA nonnulla ſtatuuntur quoad commercium cum exteris.			355.
COLLATIO CUJUSDAM PAROCHIALIS Canonico Regulari.	S. Caroli Borromæi Card. 1584.		326.
CONFESSIONES Fidelium audire poſſunt abſque examine Ordinarii.	Sixti V. 1585.	Pro Caſſinenſibus.	331.
Ad CONFESSIONES audiendas Romæ approbati, non debent iterùm examinari.	Ejuſdem 1586.	Pro Sacerdotibus Oratorii.	348.
GRATIÆ omnes Regularium Ordinibus conceſſæ ad eos extenduntur.	Gregorii XIV. 1591.	Pro Camaldulenſibus.	333.

ER-

RECTOREM Secularem, vel Regularem deputare poteſt Eccleſiæ Parochiali S. Pauli de Cremona.	Clementis VIII. 1595.	Pro Abbate S. Petri Cremonæ.	
PRÆLATORUM ELECTIO facienda ſine ullo Nationum delectu.	Ejuſdem 1598.	Pro Congreg. Lateranen.	321.
BENEFICIUM CURATUM Seculare Canonico Regulari conferri poteſt cum licentia Superioris.	S. Rotæ eod. anno,		356.
DECISIO conſimilis.	Ejuſdem anno		324.
PRÆCEDENTIA ſupra cæteros Mendicantes.	Ejuſd. Clemen. 1600.	Pro FF. Prædicatoribus.	325.
ELECTIO PRÆLATORUM ad Triennium facienda.	Ejuſdem 1602.	Pro Congreg. Lateranen.	334.
PAROCHIALE quoddam BENEFICIUM Seculare Canonico Regulari confertur.	Ejuſdem eod. anno.		358.
BENEFICIA CURATA Secularia non prohiberi obtinere decernitur Canonicum Regularem, niſi fuerit translatus.	S. Congregat. Concilii eod. anno.		325.
De RITU Feſtorum, CONCIONIBUS, PROCESSIONIBUS, & VISITATIONE Monaſteriorum, quibus non imminet cura animarum, Decreta quædam.	Ejuſdem Congregat. anno ...,		ibid. 359.
PRÆCEDENTIA Lateranenſium ſupra Caſſinenſes dummodo incedant cum Rocchetto abſque alio ſuperpelliceo.	Sac. Congreg. Epiſcop., & Regular. 1603.		310.
De PRÆCEDENTIA prædicta, quædam proviſionalia decreta.	Ejuſdem Congregat. 1604.		360.
De MONIALIBUS ſupernumerariis decreta quædam.	Ejuſdem Congregat. 1604.		361.
PRIVILEGIA Congrega-	Pauli V. 1605.	Pro Lateranen.	

tioni Lateranenſi à Prædeceſſoribus conceſſa confirmantur.			362.
In PROVINCIAS QUINQUE Congregatio dividitur.	Ejuſdem 1606.	Pro iiſdem.	
In ABBATIS GENERALIS, Viſitatorum, & Procuratoris Generalis electione modus ſervandus;			
NOVITIATUS eriguntur.			363.
BENEDICTIONEM quoad ea in quibus unctio requiritur, impendere poſſe decernitur.	S. Congregat. Concilii eodem anno.	Pro Caſſinen.	365.
ONERA Congregationis ſuper ſingula Monaſteria dividuntur.	Ejuſdem Pauli 1608.	Pro Lateranen.	367.
PONTIFICALIA Abbatem celebraſſe, & BENEDICTIONEM ſolemnem dediſſe coram plurimis Cardinalibus.	Magiſtri Cæremoniarum 1614.	Pro Abbate S. Mariæ Pacis,	371.
CONTRA AMBIENTES.	Ejuſdem Pauli 1615.	Pro Lateranen.	373.
Per TURNUM eligendos eſſe Prælatos ſtatuitur;	Ejuſdem eod. anno.	Pro iiſdem.	374.
PROCESSIONIBUS Rogationum, & aliis intereſſe non tenentur.	S. Rituum Congreg. 1616., & 1634.	Pro Lateranen. Caſſinen., & Olivetanis.	379.
PRIVILEGIA confirmantur, CASSINENSIUM, & CANONICORUM Regularium S. Salvatoris de Bononia Privilegia communicantur.	Gregorii XV. 1622.	Pro Lateranen.	377.
A' GABELLÆ frumenti molendi, ſeù Macinatus ſolutione eximuntur.	Urbani VIII. 1631.	Pro XII. Congregat. non Mendican.	378.
ABBATES USUM PONTIFICALIUM HABENTES in propriis Eccleſiis Paramenta de Altari ſumere poſſunt.	S. Rituum Congregationis 1635.	Pro Caſſinen.	377.
Ad SEXENNIUM Prælati	EjuſdemUrbani1635.	Pro Lateran.	

con-

confirmari poſſunt.			
TURNUS in electione Superiorum Majorum aboletur.	Ejuſdem eod. anno.	Pro iiſdem.	379.
AD PROCESSIONEM SS. Sacramenti tantùm accedere tenentur.	Ejuſdem 1638.	Pro Caſſinen.	380.
AD SEXENNIUM Prælati confirmari poſſunt; & SUPERIORES MAJORES ad regimen Monaſteriorum eligi.	Ejuſdem 1639.	Pro Lateran.	382.
DE QUINDENNIORUM ſolutione Definitorii Decretum confirmatur.	Innocentii X. 1647.	Pro iiſdem.	381.
CONFESSARIORUM deputatio in Eccleſiis Parochialibus ad Abbatem ſpectat; APPROBATIO ad Epiſcopum.	S. Congregat. Concilii 1648.	Pro Caſſinen.	384.
FACULTAS ſumendi ad cenſum ſcuta quadraginta millia.	Alexandri VII. 1661.	Pio XI Congregationibus.	385.
CAPITULI GENERALIS prorogatio ad ſexennium. ABBATES tantùm, non ampliùs Socii Capitulares votum habent. VISITATIONES ſingulo triennio faciendæ. VENTURÆ USUS abrogandus. SPOLIA Capſæ publicæ applicanda.	Clementis X. 1672.	Pro Lateran.	386.
Ad PROCESSIONES non poſſe compelli.	S. Rituum Congregationis 1685.	Pro Congregationibus non Mendicantium.	390.
VARIÆ FORMULÆ PROFESSIONIS à Canonicis Regularibus fieri conſuetæ.			ibid.
AGGREGATIO eorundem cum Lateranenſibus confirmatur:	Innocentii XII. anno	Pro Canonicis Regularibus Hyberniæ.	401.
CONSTITUTIONIBUS Lateranſium utendi facultas.			403.

DE

DE PONTIFICALIUM uſu decreta nonnulla.	S. Rituum Congregationis 1701.	Pro Lateran.	394.
RESCRIPTUM, quo cauſa ſuper capacitate ad beneficia ad S. Congregationem Concilii remittitur,	Clementis XI. 1713.	Pro iiſdem.	395.
INDULGENTIIS iiſdem gaudere declarantur eorum Eccleſiæ, quibus Lateranenſium Eccleſiæ gaudent,	Innocentii XIII.	Pro Canonicis Regularibus Germaniæ Lateranenſibus unitis.	396.
IN ABBATES PERPETUOS eligi debent Prædicatores, Magiſtri Novitiorum, & qui publica ſervitia Congregationi præſtiterint.	Ejuſdem 1723.	Pro Lateran.	397.
MISSARUM ONERA reducendi facultas Abbati Generali conceditur ad triennium,	Ejuſdem eod. anno.	Pro iiſdem.	399.

F I N I S.

APPENDIX.

Aven.

CAnonia Avenſis, Ord. Canon. Regul. S. Auguſt. Congreg. Lateran. propè Ænum in Bavaria inferiore fundata Anno 284. à Theobardo, & Hilgarde Comitibus de Medling, Præſidentibus Præpoſitis, uſque ad modernum Ordine Quadrageſimum Joachimum fęliciter ſtetit, ac ſępius in ſpecialem Tutelam Sanctæ Sedis Romanæ recepta, uſum Mitræ, & Baculi &c. obtinuit ſub Wilhelmo, prout ſequentes Bullæ Pontificiæ exhibent.

ALEXANDER EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

DIlectis filiis, Lothario Præpoſito Eccleſiæ S. Mariæ Avenſis; ejuſque Fratribus tàm præſentibus, quàm futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quoniam ſine vero cultu Religionis, nec Charitatis unitas poteſt ſubſiſtere, nec Deo gratum exhiberi ſervitium, expedit Nobis, Religioſas perſonas diligere, & eorum quietis, & utilitatis, auxiliante Domino impoſterum providere. Ea propter dilectis in Domino filii, veſtris juſſis poſtulationibus clementer annuimus, & prædeceſſoris noſtri fęl. mem. Adriani Papæ veſtigiis inhærentes Eccleſiam veſtram, in qua Divino obſequio eſtis mancipati, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti Privilegio communimus: in primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Canonicus, qui ſecundum Deum, & B. Auguſtini Regulam in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſseſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum ſucceſſorum Pontificum largitione, Regum, vel Principum oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, Eccleſiam de Ampfing, Eccleſiam de Raichershaim, Eccleſiam de Riedpach, Eccleſiam Fraham, Eccleſiam de Holzhauſen, Eccleſiam de PurchenWang, Eccleſiam de Pyrthen. cum omni jure, & pertinentiis earum, ſepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia Matricis Eccleſiæ. Statuimus inſuper, ut in Eccleſiis veſtris, in quibus fratres vitam canonicam profeſſi fuerint, nulli omninò poſt factam canonicam profeſſionem exire liceat ſine communis Congregationis permiſſione, niſi obtentu arctioris Religionis: diſcedentem verò ſine communium litterarum veſtrarum munimine canonicè nullus audeat retinere. Si verò poſt ſecundam, & tertiam commonitionem redire contempſerit, licèt ejuſdem loci Præpoſito Canonicam in eum proferre ſententiam. Obeunte verò te, nunc ejuſdem loci Præpoſito, vel tuorum ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, vel violentia præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars conſilii ſenioris ſecundum Dei amorem, & B. Auguſtini Regulam providerint eligendum. Decernimus inſuper, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè, perturbare, aut ejus poſseſſionem auferre, vel ablatas retinere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra, & illibata ſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalvâ nimirum Sedis Apoſtolicæ authoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica juſtitia; ſi qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſervanda portione commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione

 corre-

correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpote, & Sanguine Chtiſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultionis ſubjaceat, cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax D. N. J. C. Item Præpoſiti, quatenùs & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Hubaldus Hoſtienſis Epiſcopus.
Ego Joannes Presbyter Card. Tit. SS. Joannis, & Pauli.
Ego Albertus Presbyter Card. Tituli S. Laurentii in Lucina.
Ego Bono Presbyter Card. S. Pudentianæ Tit. S. Paſtoris.
Ego Joannes Presbyter Card. Tituli S. Marci.
Ego Petrus Presbyter Card. Tit. S. Suſannæ.
Ego Jacobus Diaconus Cardinalis.
Ego Ordicio Diaconus Cardin. Tit. S. Theodori.
Ego Tymphius Diaconus Card. S. Adriani.
Ego Hugnitio S. Angeli Diaconus Card. S. Mariæ in Porticu.
Ego Ramerius Diaconus Card. S. Georgii ad velum Aureum.

Datis Romæ per manum Boetiani S.R.E. Subdiaconi, & Notatii 7. Idus Februarii Indict. 11. Incarnat. Dominicæ anno 1187. Pontificatus verò Alexandri Papæ III. Anno XIX.

SIXTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Regimini univerſalis Eccleſię pręſidentes pro Eccleſiarũquarumlibet, pręſertim Religioſarum perſonarũ, ac illarum Monaſteriorum, & aliorum piorum locorum ſtatum ſalubriter dirigendo, prout ex debito nobis injuncti Paſtoralis tenemur officii, ſolicitæque conſiderationis intuitum extendimus, & ut illa, quæ propterea à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris provide facta ſunt, firma perpetuò, & illibata perſiſtant, libenter, cùm à Nobis petitur, Apoſtolici, & Noſtri adjicimus muniminis firmitatem. Cum itaque ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Wilhelmi Helffendorfer Præpoſiti, & Conventus Monaſterii per Præpoſirum ſoliti gubernari Aven. Ordinis S. Auguſtini Salzeburgenſis Diœceſis petitio continebat, licèt olim S. Margarithę in Ampfing aliàs S. Rudberti in Obernheltenſter, ac S. Martini in Frahaym, alias B. Mariæ in Aſcharo, ac ejuſdem B. Marię in Reyhershaym, aliàs S. Andreæ in OrnaW Parochiales Eccleſiæ Salzeburgenſis Dięceſis dicto Monaſterio ab ejus primæva fundatione, & dotatione, ſeù aliàs tanto tempore, cujus initium hominum memoria non exiſtit, tanquam unitæ, annexæ, & incorporatæ canonicè ad ipſum Monaſterium pertinuerint, & pertinentia hujuſmodi per fæl. record. Alexandrum PP. III. Prædeceſſorem Noſtrum confirmata exſtiterit, ac Præpoſitus, & Conventus, qui fuerunt dicti Monaſterii pro tempore, certas annuas portiones, videlicet ex in Ampfing quindecim, & ex in Frahaym quinque, ac Reyhershaym Eccleſiis hujuſmodi octo libras denariorum monetę, in partibus illis curſum habentis, hactenùs, etiam à tanto tempore, cujus initii hominum memoria non exiſtit, perceperint, & percipiant de præſenti pacificè, & quietè, & dictis Eccleſiis nonnunquam per Canonicos dicti Monaſterii etiam, vt veriſimiliter creditur, ex indulto Apoſtolico deſerviri, & illarum Parochianorum Animarum curam exerceri fuerint, prout impręſentiarum in dicta Eccleſia in Ampfing per D. Canonicum dicti Monaſterii deſerviri faciunt. Nihilominùs, quià de unione, annexione, & incorporatione prędictis aliàs, quàm per litteras ipſius Alexandri Papæ, propter longitudinem temporis documenta non apparent, ipſi Præpoſitus, & Conventus dubitant ſuper eiſdem Eccleſiis moleſtari poſſe tempore procedente. Quare pro parte Præpoſiti, et Con-

ventus

ventus prędictorum aſſerentium ſingularum Vicariarum prædictarum fructus, redditus, et proventus, quatuor Marcharum Argenti ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non excedere, ipſarumque Vicariarum, dum pro tempore vacant, collationem, proviſionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem ad Prępoſitum, et Conventus prædictos de antiqua, et approbata, hactenùſque pacificè obſervata conſuetudine pertinere, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut unioni, , annexioni, incorporationi, ac aliis prædictis pro earum ſubſiſtentia firmiori noſtræ confirmationis robur adjicere, ac dictas Parochiales Eccleſias eidem Monaſterio de novo unire, annectere, et incorporare, ipſiſque Præpoſito, et Conventus, ut dictis Eccleſiis per Canonicos dicti Monaſterii, aut ſæculares Presbyteros idoneos deſerviri, et Curam Animarum Parochianorum prædictorum exerceri facere poſſint, concedere, aliaſque eis in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dudùm inter alia voluimus, & ordinavimus, quòd petentes Beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum valorem tàm Beneficii uniendi, quàm illis, cui unio fieri peteretur; alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes vocatis, quorum intereſt, & idem in confirmationibus unionum earundem obſervaretur Monaſterii prędicti fructus, redditus, & proventus pręſentibus pro expreſſis habentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati unionem, annexionem, incorporationem, & confirmationem, ac alia præmiſſa authoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, ac pro potiori cautela Eccleſias prædictas cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis eidem Monaſterio eadem authoritate perpetuò unimus, annectimus, & incorporamus, ita quòd liceat eiſdem Præpoſito, & Conventui illarum, juriumque, & pertinentiarum prædictorum corporalem poſſeſſionem propria auctoritate continuare, ac cedentibus, vel decedentibus modernis Vicariarum dictarum Eccleſiarum Vicariis, ſeu alias Vicarias ipſas quomodolibet dimittentibus Eccleſiis ipſis per Canonicos dicti Monaſterii, aut ſæculares Presbyteros idoneos deſerviri, ac Parochianorum Eccleſiarum earundem Animarum Curam exerceri facere, necnon illarum fructus, redditus, & proventus percipere, & levare, ac in ſuos, & Monaſterii, & Eccleſiarum prædictarum uſus, & utilitatem convertere, & perpetuò retinere Diœceſani Loci, & cujuſvis alterius licentia ſuper hoc minimè requiſita decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus, ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari, non obſtantibus noſtris voluntate, & ordinatione præmiſſis, ac Monaſterii, & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon omnibus illis, quæ præfatus Prædeceſſor in ſuis literis pędictis voluit non obſtare contrariis quibuſcunque, ut, ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales Apoſtolicæ Sedis, vel Legatorum ejus literas impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem literas, & proceſſus habitos per eaſdem, & indè ſecuta quæcunque ad dictas Eccleſias volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuslibet aliis privilegiis, Indulgentiis, & literis Apoſtolicis generalibus, & ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtunt, per quæ præſęntibus non ęxpreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumq; totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, proviſo, quòd propter unionem, annexionem, & incorporationem, & aliæ præmiſſa dictæ Eccleſiæ debitis non fraudentur obſequiis, & Animarum cura in eis nullatenus negligatur, ſed per bonos ſæculares, vel dicti Monaſterii Canonicos Præsbyteros ſufficientes, & idoneos diligenter exerceatur. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtrę confirmationis, approbationis, unionis, annexionis, incorporationis, conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel eis auſu temerario contraire.

raire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę 1475. 7. Kalen. Februarii Pontif. noſtri Anno V.

SIXTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

DIlectis Filiis Wilhelmo Helffendorffer Præpoſito, & Conventui Monaſterii in Au., per Præpoſitum ſoliti gubernari Ordinis S. Auguſtini, Salisburgenſis Diœceſis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Expoſcit veſtræ devotionis ſinceritas, & Religionis promeretur honeſtas, vel tam vos, quos ſpeciali devotione proſequimur, quàm Monaſterium veſtrum dignis honoribus attollamus. Hinc eſt, quod Nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut tu Fili Præpoſite, & ſucceſſores tui dicti Monaſterii Præpoſiti; Qui pro tempore fuerint Mitra, Paſtorali baculo, annulo, chirothecis, & aliis Pontificialibus Inſigniis uti, necnon in dicto Monaſterio, Prioratibus eidem Monaſterio ſubjectis, ac Parochialibus, & aliis Eccleſiis, ad vos communiter, vel diviſim pertinentibus, quamvis vobis pleno Jure non ſubſint, Benedictionem ſolemnem poſt Miſſarum, Veſperarum, & Matutinarum ſolemnia, dummodò in benedictione hujuſmodi aliquis Antiſtes, vel Apoſtolicæ Sedis Legatus præſens non fuerit, elargiri; necnon pallas, & alia ornamenta Eccleſiaſtica prædicti Monaſterii benedicere, ac quatuor minores Novitiis & aliis Religioſis perſonis dicti Monaſterii conferre liberè, & licitè valeatis, fel. rec. Alexan. Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Abbates, & aliis quibuscunque Conſtitutionibus Apoſtolicis, in contrarium editis, nequaquàm obſtantibus, vobis, & eiſdem ſucceſſoribus auctoritate Apoſtolica de ſpeciali gratia tenore præſentium indulgemus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtri Indulti infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarn. Dominicæ CIↃ.C. D. L. XXXIII. Idibus Februarii Pontificatus noſtri Anno XIII.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei,

DIlctis filiis, Præpoſito, & Conventui S. Felicitatis in Au. per Præpoſitum ſoliti gubernari, Ordinis S. Auguſtini, Salisburgenſis Diœceſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cùm à nobis petitur, quod juſtum, & honeſtum, tàm vigor æquitatis, quàm Ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem Officii Noſtri ad debitum producatur effectum. Ea propter Dilecti in Domino, veſtris juſtis poſtulationibus gratu concurrentes aſſenſu, omnes libertates, immunitates à Prædeceſſoribus Noſtris, Romanis Pontificibus, ſive per Privilegia, vel alia indulta vobis, & Monaſterio veſtro conceſſas, necnon libertates, & exemptiones Sæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac aliis Chriſti Fidelibus vobis, & eidem Monaſterio rationabiliter indultas, ſpecialiter autem decimas, primitias, fructus redditus, proventus, domos, terras, hortos, vineas, prata, paſcua, ſylvas, nemora, poſſeſſiones, molendina, aliaque mobilia, & immobilia bona, ad dictum Monaſterium ſpectantia, ſicut ea omnia juſtè, & pacificè poſſidetis, vobis, & per vos eidem Monaſterio autharitate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſalva in præſtictis decimis moderatione Concilii Generalis. Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Confirmationis, & Com-

& Coummunitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, Indigationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum, eius ſe noverit incurſurum.

Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnat. Dominicæ C.I.Ↄ. CD.LXXXVI. tertio Nonas Julii Pontificatus Noſtri Anno II.

Cum autem ſucceſſu temporis à Generali Abbate Incarnationis Lateranenſis, Caliſto Magnoni &c. hac Canonia ſelemni pacto fuiſſet aggregata eidem Congregationi Anno Domini M.DCC.XIV. prout in Aggregationis Inſtrumento latiùs exhibetur, iſthanc ſpeciali Bulla approbavit, confirmavit, ac rati habuit Summus Pontifex Clemens XI, Tenor eſt ſequens

C L E M E N S   P A P A   XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii moderni Præpoſitus, Abbas, & Capitulum, Auglenſe nuncupatum, Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguitini, Monaſterii ſub invocatione B. Mariæ Virginis, & S. Felicitatis cum ſeptem Filiis, Loci de Au Salisburgenſis Diœceſis, quod ipſi die 29. menſis Martii proximè præteriti, dictum eorum Monaſterium Congregationi Canonicorum Regularium Lateranenſium ejuſdem Ordinis aggregari, & incorporari obtinuerunt. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ipſi exponentes aggregationem hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummoperè deſiderent. Nos ſpecialem ipſis Exponentibus gratiam facere volentes, & à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa, latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſenter, ſupplicationibus eorum nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum, qui dilectum pariter Filium, modernum Abbatem Generalem ſupradictæ Congregationis ſuper præmiſſis audiverunt conſilio aggregatlonem dicti Monaſterii B. Mariæ, & S. Felicitatis cum ſeptem Filiis ad præfatam Congregationem Lateranenſem factam, ut ponitur, auihoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illamque ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniſſimè ſuffragari debere decernimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenùs opus ſit, prædictæ Congregationis Lateranenſis, etiam juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, vel literis Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuscunq;

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 5. Julii 1714. Pontificatus noſtri Anno XIV.

F. C. Oliverius.

Beir-

Beirberg.

SIve Beurberg, Beyrberg, vel Peilberg ad Loyſam in ſuperiori Bavaria erecta Canonia primum ab Alberto de Iring, ſeu Iringsburg (qui Imperatori Henrico IV. plurimùm acceptus, & ab intimis Conſiliis fuit) ejuſque Conjuge Bertha initium ſumpſit circa annum Domini 1100. ut alii ſcribunt. At primordia hæc imperfecta fuiſſe, ex Chronico conſtat. Mortuo ſiquidem poſt ruinam Imperatoris Alberto tres incredibili unanimitate fratres Ottho, Eberhardus, et Contadus ex Teſtamento paterno relicta bona, ſatis ampla &c. [Nam non tantum in Bojaria, ſed & Tyroli, & Marchia, Schlavonica Aquilejenſis Diœceſis Nobilia Prædia, Vineas, & Fundos poſſediſſe compertum eſt] adeò Sancto inter ſe pacto diviſerunt, ut quilibet partem aliquam hæreditatis ſuæ, præſertim natu major Otto ſibi contingens inter alia Nobile Prædium in Beurberg pro fundamento fundationis Canonicæ obtulerit, atque hinc à Summo Pontifice Calixto II. [quàm fortè Parens pari, ut Imperator, excommunicationis fulmine tactus impetrare haud poterat] Confirmationem cum inſigni Nobilis, & Illuſtris Proſapiæ titulo, & devotionis laude anno 1121. feliciter obtinuerit. Henrico I. loci Antiſtite in Collegialem Eccleſiam SS. Apoſtolis Petro, & Paulo Sacratam, Divorum quorundam Lipſana ſolemni ritu introducente, vidit B. Herluca Sanctorum Agmen ab ęthere in ædem Sacram deſcendere. Qua viſione piè fuit creditum iſthanc devotionem Præſulis ſibi gratam teſtari Numen voluiſſe. Acceſſerunt temporis ſucceſſu variæ Donationes, gratię, & Privilegia, Principum, Illuſtrium, & piorum Fidelium. Ludovicus Imperator Cœnobium Toparchico jure donavit anno 1332., quod etiam Illuſtriſſimi Principes Henricus, & Otho Fratres, atque Henricus eorum Cognatus circa idem tempus, & poſteà Erneſtus, & Wilhelmus anno 1431. diplomate confirmarunt. Locum ipſum in ſpecialem S. Petri tutelam aſſumptum, Sedis Apoſtolicæ protectione, & privilegiis communitum, atque ab exactionibus Sæcularium poteſtatum exemptum fuiſſe teſtantur ſequentes litteræ Pontificiæ.

CALISTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei &c.

NObili, & Illuſtri Viro Othoni &c. Caſtro Fringi, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Devotionem tuam ſpectavimus, quia prædium tuum Puriberg, ubi Eccleſiam in honore Apoſtolorum Petri, & Pauli ædificare deſideras, in qua, videlicet Regulares Fratres in Omnipotentis Dei ſervitio communiter converſentur, Beato Petro, ejuſque Romanæ Eccleſiæ obtuliſti. Eandem itaque oblationem nos ad honorem Dei, & ſalutem Animæ tuæ ſuſcipientes, locum ipſum Beati Petri patrocinio communimus. Statuimus enim, ut nullus eum occupare, nullus ibi aſſuetus facere, vel moleſtias auſu temerario audeat irrogare: Sed omnia, quę, vel à te jam collata ſunt, vel in futurum de ſuo jure à quibuſque Fidelibus conferentur, quieta, & integra ſub Apoſtolicæ Sedis munimine conſerventur, ita tamen, ut exindè pro cenſu ſingulis quatrienniis Alba cum amictu Lateranenſi Baſilicæ Beati Laurentii perſolvatur. Statuimus etiam, ut deinceps neque tibi, neque alieni hæredum tuorum facultas ſit, ſe in prædicti loci Advocalium ingerere, ſed juxtà Fratrum electionem, & liberam voluntatem Advocatus ibi, per Dei gratiam ſtatuatur, idipſum, & de Prælato loci decernimus obſervandum. Si quis autem huic noſtræ Conſtitutioni temerè, quod abſit contraire temptaverit, honoris, & officii ſui periculum patiatur, aut excommunicationis ultione plectatur niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit. Qui verò locum ipſum, & fratres in eo Domino ſervientes juvare, ſuiſque rebus honorare extaverint, Omnipotentis Dei, & Apoſtolorum ejus Petri, & Pauli benedictionem,

nem,& gratiam, & peccatorum ſuorum, veniam conſequantur. Amen.

Ego Calixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus conlaudans confirmavi.

Datum Laterani per manum Gridoboni S.R.E. Diaconi Cardinalis, ac Bibliothecarii 3. Kalen. Aprilis Indict. XIV. Incarnationis Dominicæ Anno 1121, Pontificatus autem D. Calixti II.PP. Anno III.

Præſtatio iſthæc fideliter perſoluta eſt uſque Ann. MCCCXXXXII. quo ob generalem per Provinciam Saliſburgenſem collectionem authoritate Apoſtolica factam à Collectore Generale abrogata fuit, prout ſequentes exhibent litteræ.

Rudolphus Wintenauer Plebanus in Marchburg Salzeburgenſis Diœceſis Baccalaurius in Decretis, necnon Succollector, & Commiſſarius Gen. Rev. Patris, & D.D. Ortolfi Decani Eccleſiæ Salzeburgenſis, ac Collectoris debitorum, & fructum à Sede Apoſtolica per Provinciam Salzeburgenſem deputati. Notum facimus Univerſis, quod Ven. Vir D. Conradus Præpoſitus Monaſterii in Peurberg Canon. Reg. Ord. S. Auguſtini Friſingenſis Diœceſis, nobiſcum tanquam Succollectore, & Commiſſario ſupradicto, de novem annis noviter tranſactis compoſuit & concordavit, nomine Cameræ Apoſtolicæ, videlicet de una Alba cum Amictu ſingulis quadrienniis Eccleſiæ Lateranenſi perſolvendis, prout in regiſtro Cameræ Apoſtolicæ clariùs continetur. Et quia Monaſterium prædictum, ſicut prædictus Præpoſitus legitimè docuit, ac apertè conſtabat, variis oppreſſionibus, & hoſpitalitatibus multipliciter fuit,& eſt oppreſſum, ratione prædictæ Albæ cum Amictu ab ipſo, & ſuo Monaſterio ad obediendum Romanæ Eccleſiæ de pluribus annis tres florenos auri de Ungaris boni juſti ponderis, & monetæ recepimus, quos nobis manualiter ſolvit, & expedivit, de quibus ſic ab ipſo perceptis ipſum, ac Monaſterium ſuum prædictum quitamus, ac abſolvimus, & nomine Cameræ prædictæ abſolutos decernimus per pactum de ulteriùs non petendo. In quorum Teſtimonium præſentes literas ſigilli Rev. Patris D. Ortolfi Decani, & Collectoris ſupradicti impreſſione fecimus communiri cum proprio ſigillo caruimus iſta vice.

Datum Monaci anno Domini 1392. die verò 17. menſis Januarii Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri D. Bonifacii Divina Providentia Papæ IX. Anno III. Indict. 15.

Extant porrò aliæ Pontificiæ literæ Parochiales Eccleſias, privilegia, & immunitates tam ſpirituales, quàm ſæculares, tùm à Ludovico Imperatore, aliiſque Principibus tùm ab Illuſtribus Viris conceſſas confirmatoriæ, ut patet ex ſequentibus.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Eberhardo Præpoſito in Burberch &c. Tolique Capitulo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Apoſtolicę devotionis eſt, contrarios Eccleſiæ caſus providere, eamque ab infeſtatione malitioſorum defenſare, &, ne quid per ſubreptionem fiat, Apoſtolicum ei ſuffragium impertiri. Ea propter Eberharde fili dilectiſſime Burberchenſis Cœnobii miniſter,ac Dominicæ meſſis cooperator, conſiderata petitione dilecti Confratris noſtri, & Coepiſcopi Friſingenſis Diœceſis, te, ipſumque locum ſub noſtram protectionem ſuſcipimus, ac noſtri patrocinii conſilio, & auxilio munimus. Statuimus enim, ut quæcunque oblatione Fidelium, donatione Principum, conceſſione quoque Friſingenſium Pontificum, & præcipuè Eccleſia in Tegerndorff cum ſuis attinentiis tibi, & Eccleſiæ, quàm Regis, collata fuerint, firma, & inconvulſa permaneant, & in uſus Fratrum ibidem Deo ſervientium ſine alienatione deſerviant. Tu verò fili dilectiſſime ita circa commiſſum tibi gregem te exhibeas, ut in noviſſimo magni examinis die vocem: Euge ſerve bone, & fidelis audire merearis dicentem. Ne autem ullus calumniæ pateat locus præſentem paginam ſcribi, & noſtri ſigilli juſſimus impreſſione ſignari.

Datum Laterani V. Idus Septembris Pontificatus noſtri Anno XV.

Non

Non ſolùm ſpiritualia Privilegia, libertates, & immunitates, necnon donationes à Regibus, & Principibus, aliiſque Chriſtifidelibus factas, ſed etiam exemptiones ſæcularium exationum confirmarunt Gregorius XI. & Paulus II. PP. ut perhibent ſequentes Bullæ.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilectis Filiis Præpoſito, & Conventui Monaſterii in Purberch, per Præpoſitum ſoliti gubernari Ordinis S. Auguſtini Friſing: Diœceſis ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Cùm à nobis petitur, quòd juſtum eſt, & honeſtum tàm vigor æquitatis, quàm Ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem Officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino Filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates, & immunitates à prędeceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus, ſive per Privilegia, ſive alias Indulgentias vobis, & Monaſterio veſtro conceſſas, necnon libertates, & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus, ac Principibus, & aliis Chriſtifidelibus rationabiliter vobis, & Monaſterio prædicto indultas, ſicut eas juſtè, & pacificè obtinetis vobis, & per vos eidem Monaſterio Authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti Patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum V. Non: Martii Pontificatus noſtri Anno VII.

Albericus.

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilectis Filiis Præpoſito, & Conventui Monaſterii Sanctorum Petri, & Pauli in Beurberg per Præpoſitum ſoliti Gubernari Ordinis S. Auguſtini Friſingenſis Diœceſis, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Cùm à nobis petitur, quòd juſtum, & honeſtum eſt, tàm vigor æquitatis, quàm Ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem Officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras, & locum, in quo Divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ inpræſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, ſub B. Petri protectione ſuſcipimus atque noſtra, omnes quoque libertates, & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſive per Privilegia, vel alia indulta, vobis, & Monaſterio veſtro conceſſas, necnon libertates, & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, & aut aliis, Chriſtifidelibus vobis, & eidem Monaſterio rationabiliter indultas, ſpecialiter autem decimas, primitias, agros, terras, prata, paſcua, nemora, ſilvas, jura, juriſdictiones, aliaque mobilia, & immobilia bona ad dictum Monaſterium legitimè ſpectantia ſicut ea omnia juſtè, & pacificè poſſidetis, vobis, & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſalva in prædictis decimis moderatione Concilii generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuſceptionis, confirmationis, & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe no-

ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Marcum Anno Incarnat. Dominicæ 1468. pridiè Kalen. Maii Pontificatus noſtri Anno IV.

R. Gratis.
B. Lunenſium.

Demùm hoc ſæculo aggregationis à Reverendiſs. D. Martino Lucenſ. Generale Abbate factæ Inſtrumentum placet inſerere ad hujus evidentiam, perpetuamque memoriam, & ne repeti amplius debeat apud alios, qui ſimiliter aggregati exiſtunt.

Nos D. Jacobus Martini Lucenſis Congregationis Canonicorum Regularium Lateranen. Abbas Generalis, Reverendiſs. D. Patritio Præpoſito Collegii Beurbergenſis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, ſalutem in Domino, ſicuti, & cæteris ejuſdem Monaſterii Canonicis præſentibus, & futuris.

Quamquàm indifferenter bonum ſit ſui diffuſivum, & ſine acceptione perſonarum, gratiam in alterutrum adminiſtrare debeamus, maximè, quod boni optemus inveniri diſpenſatores multiformis gratiæ Dei, abundantiùs tamen viſcera charitatis aperienda illis cenſemus, qui Congregationem noſtram ſpeciali amoris ſtudio diligentes, ſpeciali etiam dilectionis prærogativa fiunt digniores: Ea propter cum veſtrum in Congregationem noſtram devotionis affectum, atq; ſummè nobis commendabilem profeſſionis paritatem vivo cordis occurſu intueamur; Vos ideò in partem ſortis noſtræ conſcribendos decernimus, atque eoſdem vos ideircò in communionem noſtram ſuſcipimus, & omnium Indulgentiarum, Indultorum, privilegiorum noſtrorum participationem tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus admittimus, & acceptamus, volumusque tenore præſentium omnibus aliis gratiis, ſeu prærogativis à ſummis Pontificibus, & ab aliis, nobis quomodocunque conceſſis, quibus Abbates, & Canonici noſtri utuntur, potiuntur, & gaudent, Vos quoque uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè poſſe, hac tamen conditione ſervanda, ut in nova electione Præpoſiti quoties facta fuerit, confirmationem à nobis, vel à ſucceſſoribus noſtris petatis, & recipiatis, ac ſingulis annis unam Miſſam cantatam de Beatiſs. Virgine in feſto Aſſumptionis ejus celebretis, illudq; Sacrificium Vos pro noſtra Congregatione applicetis, ut de tali applicatione nos, ſeu ſucceſſores noſtros certiores per litteras reddatis. Vos autem in fratres noſtros recipimus, conſcribimus, & adnotamus; Vobis ex nunc Orationum, Miſſarum, Divinorum Officiorum, jejuniorum, peregrinationum, ſpiritualium exercitiorum, bonorumque omnium, quæ Divina Clementia per noſtras utriuſque ſexus Religioſas perſonas præſentes, & futuras, ubique terrarum dignabitur operari participationem harum ſerie gratioſè impartimur; Monaſterium veſtrum tanquam ipſius noſtræ Congregationis germanum, ac de gremio vos tanquam Canonicos noſtros agnoſcimus facultate à ſummis Pontificibus, & à Capitulo noſtro Generali nobis conceſſa, illos aggregandi, qui parem profitentur vivendi Regulam, ſicut vos profitemini, & proindè vos aggregatos declaramus omni meliori modo, quo poſſumus, ad præmiſſorum veram, realem, atque perfectam participationem, uſum, & Communionem, ſervata ſemper veſtra præſenti, & in futurum ſervanda Regiminis veſtri Monaſterii laudabili conſuetudine. Vos verò Fratres noſtros amplectentes, & agnoſcentes pro communionis noſtræ exercitio hortamur in Domino, ut Congregationis noſtræ, cujus de gremio eſtis, conſervationem, & incrementum veſtris, apud Deum quotidianis precibus omni, quo poteſtis, fervore expoſtuletis pro Dei ſummi, & optimi ſempiterna gloria.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

In quorum fidem, & authenticam veritatem &c.

Datum Romæ ex Canonia noſtra S. Mariæ Pacis die 5. Septemb. Anno 1710.

D. Jacobus Martini Abbas Generalis.

D. Angelus Maria Barzotti Secretarius.

[L. S.]

Bernried.

CAnonicorum Regularium Sanȼti Auguſtini in Superiori Bojaria ad Lacum Wirmſee Auguſtanę Diœceſis in honorem S. Martini Epiſcopi à Comite Othone de Vallars, & Conjuge ſua Adelhaide fundatum Cœnobium eſt. Caliſtus Secundus Anno Chriſti 1122. fundationem hanc diplomate Pontificio gratam habuit, confirmavit, ſanxitque, ut libera ſit Canonicis Præpoſitorum, & Advocatorum electio. Sub Othone, qui anno 1120. novellę Congregationi jam præfuit, B. Herluca Epeatica, haud exigua Sanctitatis fama floruit, &, uti vivens locum coluit ita hic quoque mortua fuit, & ſepulta anno 1131. à Ludovico Imperatore, & Duce Bavarię Eccleſia Parochialis in Haynshoven Collegio donata eſt. Porrò Illuſtriſſimi Principes, Duceſque Bojariæ varia, & inſignia privilegia exemptiones & piſcandi iura huic contribuerunt. Quæ omnia Caliſtus III. Pontifex Maximus confirmavit. Extant autem ſequentes Bullæ.

CALISTUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

DIlectis in Chriſto filiis Othoni Præpoſito, & ejus Fratribus in Beati Martini Eccleſia Regularem Vitam profeſſis tam præſentibus, quàm futuris in perpetuum. Religioſis deſideriis dignum eſt facilem præbere conſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum. Ea propter nos tam veſtris, quàm nobilis Viri Othonis precibus inclinati, Eccleſiam veſtram in honorem Domini Salvatoris, & Beati Martini intra Epiſcopatum Auguſtenſem, in Loco, qui dicitur Bernried conſtructam, in qua ſub Regularis Vitæ Obſervantia, & Canonici Ordinis diſciplina Omnipotenti Domino ſervire decreviſtis, in Beati Petri Romanæ Eccleſiæ tutelam, protectionemque ſuſcipimus, & Sedis Apoſtolicæ patrocinio communimus. Statuimus enim, ut omnia, quæ illi, vel ab eodem Othone, & Uxore ejus Adelheide, vel ab aliis Fidelibus de ſuo jure, aut jam collata ſunt, aut impoſterum largiente Domino conferentur, quieta vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in eadem Religione manſuris, & illibata permaneant. Decernimus quoque, ut nulli omninò hominum liceat eandem Eccleſiam temerè, perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; Sed omnia integrè conſerventur, eorum, pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Auguſtienſis Epiſcopi reverentia. Præpoſitorum vero libera, & canonica, maximè de eadem, vel de qualicunque ſpirituali Congregatione fiat electio, & poſt profeſſionem juſtè exhibitam, nemini veſtrum liceat proprium quid habere; nec ſine Prępoſiti, vel Congregationis licentia de clauſtro diſcedere, ut in eo, quod aſſumpſiſtis propoſito largiente Domino conſtanter & in perpetuum maneatis. Advocati etiam, & defenſores eidem Cellæ utiles, ab ipſius loci fratribus provideantur, & liberè eligantur. Ad indicium autem perceptæ hujus à Romana Eccleſia libertatis Albam cum cingulo, & amictu B. Petro in Lateranenſis Palatii Capella ſingulis trienniis perſolvetis. Si qua ergò in futurum Eccleſiaſtica, ſęculariſvè perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſcienter contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiòve, commonita, ſi non congrua ſatisfactione emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sanctiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Noſtri Redemptoris Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit Pax D. N. J. C. quatenùs, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

D.Calixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Datum

Datum Laterani per manum Hugonis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi 2. Idus Novembr. Indictione prima Incarnationis Dominicæ Anno MCXXII. Pontificatus autem Domini Caliſti Papæ II. Anno IV.

JOANNES EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilecto Filio. Præpoſito Monaſterii Sancti Georgii extra muros Auguſtenſes per Præpoſitum ſoliti gubernari, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad audientiam noſtram pervenit, quòd tam dilecti filii Præpoſitus, & Conventus Monaſterii in Bernried per Præpoſitum ſoliti gubernari Ordinis S. Auguſtini Auguſtenſis Diœceſis quam prædeceſſores eorum Decimas, terras, domos, poſſeſſiones, vineas, molendina, nemora, redditus, jura, juriſdictiones, & quædam alia bona ipſius Monaſterii, datis ſuper hoc literis confectis exindè publicis Inſtrumentis, interpoſitis juramentis, factis renunciationibus, & pœnis adverſis in gravem ejuſdem Monaſterii læſionem nonnullis Clericis, & Laicis eorum ad vitam, quibuſdam verò ad non modicum tempus, & aliis perpetuò, ad formam, vel ſub cenſu omnium feudum anteceſſorum, quorum aliqui ſuper his confirmationis literas in forma comuni à Sede Apoſtolica impetraſſe dicuntur. Cùm itaque noſtrâ interſit læſis Monaſteriis ſubvenire, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs ea, quæ de bonis prædictis Monaſterii per conceſſiones hujuſmodi alienata inveneris illicitè, vel diſtracta, non obſtantibus literis, Inſtrumentis, juramentis, renunciationibus, pœnis, & confirmationibus ſupradictis, ad jus, & proprietatem ejuſdem Monaſterii legitimè revocare procures. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint cenſura ſimili ceſſante compellas veritati Teſtimonium perhibere. Datum Avinioni IX. Januarii Pontificatus noſtri Anno VI.

Sequuntur Bullæ Parochialium Eccleſiarum incorporationem, aliorumque jurium, & privilegiorum uſum confirmantes.

CALIXTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilectis Filiis Præpoſito, & Conventui Monaſterii in Bernried per Præpoſitum ſoliti gubernari Ordinis S. Auguſtini Diœceſis Auguſtanæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt Nos facilem præbere aſſenſum, & ea, quæ à rationis Tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu B. Mariæ in Bernried, & S. Margarithæ in Magnezried, et Beatæ Mariæ in Ehnhauſen, & S. Michaelis in Marenpach, ac S. Mariæ Magdalenæ in Hochenberg, ac S. Margarethæ filiales, necnon ejuſdem S. Margarethæ in Malchingen, ac S. Nicolai in Oberzaiſmering, & S. Petri in Tuzingen, ac S. Galli in Haunshofen, necnon illius filialem S. Leonhardi in Paurenpach, & in Holzhauſen Parochiales Eccleſias Auguſtanæ, & Friſingenſis Diœceſis, quæ ſicut aſſeritis præfato Monaſterio veſtro canonicè unitæ, & incorporatæ exiſtunt, & quæ quandoque per Canonicos dicti Monaſterii, & quandoque per Presbyteros ſeculares per Præpoſitum pro tempore, & Conventum Monaſterii hujuſmodi deputatos ad eorum nutum revocabiles regi, & gubernari conſueverunt cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis ſicut eas juſtè, & quietè poſſidetis vobis, & dicto Monaſterio veſtro authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum

ſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1456. tertio nonis Octobris. Pontificatus noſtri Anno II.

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Officiali Auguſtano, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EX Paſtoralis officii nobis divina diſpoſitione commiſſi debito circa ſtatum Monaſteriorum competentibus reditibus annuis deſtitutorum, aliorumque Locorum, & perſonarum in eis Altiſſimo famulantium ſolicitè intendentes Monaſteriis ipſi opportunè ſubventionis auxilia, per quæ Religioſi in eis exiſtentes ſe congruè ſuſtentare, ac eorum neceſſitates ſublevare, oneraque ipſis, & eorum Eccleſiæ fabricæ, & Sacriſtiæ incumbentia faciliùs ſupportare valeant, omni, qua poſſumus, induſtriâ ſubminiſtramus, prout Catholicorum Principum vota id expoſſcunt, & nos Monaſteriorum, & perſonarum hujuſmodi qualitatibus debitè penſatis conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum Gulielmi, & Maximiliani utriuſque Bavariæ Ducum, nobilium Virorum, ac Præpoſiti, & Conventus infrà ſcripti Monaſterii petitio continebat, quod Monaſterium per Præpoſitum gubernari, atque regi ſolitum de Berriede Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium, Auguſtanæ Diœceſis, Provinciæ Moguntinæ, ob reddituum, & proventuum ſuorum anguſtiam, & onorum, illi, ejuſque Eccleſiæ fabricæ, & Sacriſtiæ incumbentium gravitatum multis neceſſitatibus, & incommodis obnoxium reperitur. Nec in eo competens, ſeu ſolitus Canonicorum, & Miniſtrorum numerus pro Divinis Officiis in eo decenter celebrandi, & Chriſtifidelium Eccleſiam Monaſterii hujuſmodi devotionis cauſa frequentantium, ſeu viſitantium confeſſionibus audiendis, aliiſque piis, & ſalutaribus functionibus obeundis, ſuſtentari, oneraque prædicta ſupportari, ſed neque aliqui ex ipſius Monaſterii Canonicis præſertim Philoſophiæ, Theologiæ, Sacrorum Canonum, aliarumque optimarum ſcientiarum, & diſciplinarum ſtudioſis ad celebrem, & Catholicam Univerſitatem ſtudii generalis Oppidis Ingolſtadii Eichſtettenſis Diœceſis in ſcientiis, & diſciplinis prædictis ſtudendi, & proficiendi cauſa tranſmitti, ac ibidem uſque ad peractum ſtudiorum ſuorum hujuſmodi, vel aliud tempus à dicto Præpoſito reſignandum confoveri poſſunt. Parochiales autem Eccleſiæ de Egolfing dictæ Auguſtanæ Diœceſis fructibus, redditibus, & proventibus benedicente Domino ita uberes exiſtunt, ut ducentorum ducatorum auri de Camera ſecundùm communionem, extimationem, valorem annuum excedant, ac certa illorum parte, quæ ad commodum ipſius Rectoris pro tempore exiſtentis dictæ Parochialis Eccleſiæ ſuſtentationem, & onerum illi incumbentium ſupportationem ſufficiunt, remanente de reſiduo, fructuum, reddituum, & proventuum ejuſdem Parochialis Eccleſiæ neceſſitatibus, & incommodis prædictis ſatis opportunè provideri poterit. Quarè Gulielmus, & Maximilianus Duces prædicti, ſub quorum temporali dominio tam Monaſterium, quàm univerſitas hujuſmodi exiſtunt, ac Præpoſitus, & Conventus Monaſterii prædicti nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenùs ſtatui, & neceſſitatibus Monaſterii hujuſmodi, ac aliis in præmiſſis opportunè providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dum inter alia voluimus, & ordinavimus, quod petentes Beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri tenerentur exprimere verum annuum valorem ſecundùm extimationem prædictam tam Beneficii uniendi, quàm illius, cui uniri peteretur, alioquin unio non valeret, idemque obſervaretur in quibusvis perpetuis conceſſionibus, diſmembrationibus, & applicationibus de quibuſcunque fructibus, & bonis Eccleſiaſticis Gulielmum, & Maximilianum Duces, ac Præpoſitum, necnon eorum, & ſingulares perſonas Conventus hujumodi à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure,

re, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet, innodati exiſtunt ad effectum præſentium, dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes. Hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs vocatis, qui fuerint evocandi de præmiſſis nobis expoſitis auctoritate noſtra, te diligenter informes, & ſi per informationem eamdem ita eſſe repereris à dicta Parochiali Eccleſia ex nunc, ſi vel poſtquam dilecti filii moderni illius Rectoris, ad hoc expreſſus acceſſerit aſſenſus, alioquin etiam ex nunc, prout ex tunc, & è contra cum primùm ipſam Parochialem Eccleſiam per ceſſum, & ex cauſa permutationis, vel deceſſum, aut quamvis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem dicti moderni Rectoris, ſeu alio quovis modo, etiam apud Sedem Apoſtolicam, vel extra Romanam Curiam in quocùnque ex menſibus nobis, & dictæ Sedi, & per quaſcunque Conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ Regulares, ſeu literas alternativarum, aut privilegia, & indulta Apoſtolica, vel concordata inter Sedem prædictam, & Nationem Germanicam inita conceſſis hactenus, & imposterùm concedendis, ſeu ordinario jure, vel alio quomodolibet competentibus, & competituris vocare contigerit, etiamſi actu nunc, ut præfertur, ſive alio quovis modo, & ex alterius cujuſcunque perſona, ſeu per liberam reſignationem dicti moderni Rectoris, vel cujusvis alterius de illa in dicta Curia, vel extra eam etiam coram Notario publico, et Teſtibus ſpontè factam, aut Conſtitutionem fel. rec. Joannis Papæ XXII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Execrabilis, vel aſſecutionem alterius Beneficii Eccleſiaſtici, quavis authoritare collati vacet, etiamſi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii ad Sedem prędictam legitimè devoluta, ipſaque Parochialis Eccleſia diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel generaliter reſervata exiſtat, & ſuper ea inter aliquos lis, cuius ſtatum præſentibus haberi volumus, pro expreſſo, pendeant indeciſa omnia, & quæcunque proprietates, & bona ſtabilia, ac decimas, fructus, redditus, proventus, cenſus, & emolumenta certa prædictæ Parochialis Eccleſię in quibuscunque rebus conſiſtentia, exceptis tamen eidem Parochiali Eccleſiæ, illiuſque Rectore pro tempore exiſtenti tot proprietatibus, decimis, fructibus, & emolumentis hujuſinodi, quot illorum annuus valor ſecundùm æſtimationem prædictam ad ſummam centum ſcutorum auri judicio ordinarii aſcendat, una cum domo Rectorali, ſi quæ ſit, necnon pede Altaris oblationibus, cæteriſque emolumentis incertis ratione exercitii, curæ Animarum provenientibus pro ſuſtentatione, & habitatione Rectoris hujuſmodi, onerumq; ſibi, & eidem Parochiali Eccleſiæ incumbentium ſupportare, ſalvis remanentibus auctoritate noſtra prædicta, perpetuò diſmembres, & ſepares, illaque ſic diſmembrata, & ſeparata Monaſterio prædicta eadem auctoritate noſtra, etiam perpetuò applices, & appropries, itaque liceat, illius Præpoſito pro tempore exiſtenti, & Conventui prædictis per ſe, vel per alium, ſeu alios eorum, & dicti Monaſterii nominibus corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem, proprietatum, bonorum, decimarum, ac aliorum diſmembratorum, & ſeparatorum hujuſmodi, poſtquam ſeparata fuerint, propria auctoritate liberè apprehendere, & appræhenſam perpetuò retinere, illorumque fructus, reditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta quęcunque percipere, exigere, levare, adminiſtrare, locare, arrendare, ac in ſuos communes, dictique Monaſterii uſque, utilitatem, & neceſſitates, necnon Religioſorum, ad univerſitatem hujuſmodi ſtudiorum cauſa, ut præfertur, Transmittendorum, & Confovendorum victum, & ſuſtentationem convertere, Diœceſani loci, vel cujuſvis alterius licentia de ſuper minimè requiſita, nos enim, ſi diſmembrationem, & ſeparationem, ac applicationem, & appropriationem hujuſmodi per Te vigore, earundem præſentium fieri contigerit, eaſdem præſentes Litteras, ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, unionum, annexionum, incorporationum, diſmembrationum, & applicationum, etiam effectum non ſortitarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus modificationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus etiam per quaſcunque Conſtitutiones Apoſtolicas, & dictæ

Cancel-

Cancellariæ Regulas, quandocunque etiam in craſtinum aſſumptionis, quorumque Romanorum Pontificum ſucceſſorum Noſtrorum ad Summi Apoſtolatus apicem emanandis nullatenùs comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, ut eum in quo, antequam emanerent, erunt, ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ac de novo, ſub quacunque data etiam poſteriori per Guilelmum, & Maximilianum Duces, ac Præpoſitum, & Conventum prædictos, eorumque ſingulos eligenda conceſſas, validasque, & efficaces fore, & eſſe, ac ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ſicque per quoſcunque Judices Ordinarios, vel delegatos, quavis authoritate fungentes etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Nuntios judicari, & diffiniri debere, ac quid quid ſecus ſuper his à quocumque quavis authoritate, ſcienter vel ignoranter contingeret, attentari irritum, & inane decernimus, non obſtantibus prioribus voluntate, & ordinatione noſtris prædictis, & aliis Apoſtolicis, necnon in Synodalibus, Provincialibus, & Univerſalibus Conciliis, editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Monaſterii, & Ordinis prædictorum juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1617. 10. Kal. Decembris. Pontificatus Noſtri Anno XIII.

Pro Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. Card. Montalto Sum. A. Damaſcenus.
A. Andoſilla S... de Urſinis...
Viſa H: Urſinus.

Dieſſen.

PARTHENONIS VIRGINUM FUNDATIO.

Diſſium à ſonitu aquarum ibi decurrentium ſic dictum, ſeu Monaſterium Canoniſſarum Regularium S. Auguſtini Dieſſenſe perverus Romanorum Sedes, quæ in hiſtoriis Damaſia, eſt Olim Urbs, & Commitatus juxtà Lacum Ambræ ab influente Fluvio nomen habens in valde amœno, & fertili loco ſitum, circà quòd ejuſdem nominis Marca duobus Milliaribus à Weilhemio Bojariæ Superioris Oppido circà Annum Incarnatione Verbi IↃCCCXL. à Ludovico Pio Imperatore Romano Caroli cognomento Magni ex Hildergarde ejus uxore Comitiſſa de Dieſſen, & Andex filio fundatum; à Cuniſſa ſive Kunegande poſt mortem Friderici conjugis, & Comiris Dieſenſis auctum Anno 1023. Anno videlicet 1032 à Principipibus Viris Othone de Wolfrarshauſen Comite, & Berchtoldo ſimiliter Comite de Andechs, item ſummo Duce Merariæ quaſi Principalioribus tertia fundationis authoribus majori diligentia fructum, & certis libertatum Privilegiis roboratum, ubi S. Mechtildis uſque hodie clarens miraculis ſepulta eſt.

COLLEGII CANONICORUM REGULARIUM S. AUGUSTINI FUNDATIO.

Conditum eſt hoc Monaſterium circa Annnum IↃCCCXL. à Beato Rarhardo Andechiſiæ Damaſianæque gentis, & ſanguinis Comite, Cathedralis Eccleſiæ Auguſtanæ Cononico, cooperante ſibi Flautone ejuſdem Eccleſiæ Auguſtanæ Epiſcopo Germano ſuo Rathardus igitur conſtituis in nova ſua Eccleſia Canonicis Regularibus S. Auguſtini tanquam caput, à quo cęteri pendebant: cum illis multo tempore divinis mancipatus obſequiis periodum Vitæ Sanctiſſimè percurrens, diem clauſit extremum, in æquinotati poſtremo ſuæ Eccleſiæ angulo ſub grandi

lapi-

lapide humili humatus cippo diverſis ſignorum Beneficiis claruit circà Annum IↃCCCL. Verum tranſacto vix ſæculo uno poſt abitum Beatiſſimi hujus præſulis temporibus ſcilicet Arnulphi Comitis, & Palatini ſchirenſis, qui fuit alterius Arnulphi cognomine mali mordaciter ſic dicti filius, & hoc ab Hungaris compluribus aliis deſtructum eſt Monaſterium plurima luſtra abſque frequentia hominum planè deſolatum, dum, & hæc Eccleſia cum ſuo Aſceterio per quemdam Adelhaimum, & Udalricum hujus Fratrem Canonicos Regulares è cineribus quaſi reſuſcitata, uſquedum Anno ſalutis, & Gratiæ 1124 Hartnicus è ſummo Bavariæ Cancellario, poſt Canonico Regulari, & Decano Rottenbuechenſi Præpoſitus ab ipſiſmet Fundatoribus noſtris Viris Principibus ob notam tanti Viri probitatem, & prudentiam ad id manus vocatus, & requiſitus, relicto S. Georgii Cænobio unà cum ſuo Conventu authoritate, & conſenſu Hermanni Auguſtenſis Eccleſiæ Epiſcopi, & Conrandi Salisburgenſis Archiepiſcopi, confirmante per ſpecialem Bullam, & Breve Apoſtolicum Innocentio II. Pontifice Maximo Anno Pontificatus ſui ſecundo ad Eccleſiam S. Stephani, quod locus iſte tàm ad conſervandam Religionem, quàm Fratrum uſibus aptior videbatur, in Dieſſen ſe tranſtulit, & commigravit, utrumque deinceps ſub eodem capite, ac ſub nova eademque jam tertia fundatione, & Virorum, & Sanctimonialium ſeparatim adminiſtraturum Cænobium, cujus Gubernacula tenuit duobus ſuprà Quadraginta Annis, ea moderatione, ac prudentia, quàm Beatæ Mechtildis Sacratarum Virginum Antiſtitæ, & Edelſtettenſis Abbatiſſæ perſpecta Sanctitas declaravit. Obiit plenus meritis, & Virtute Anno ab Incarnatione Verbi 1173. Nonis Decembris ante Altare S. Joannis Evangeliſtæ tumulatus.

CLEMENS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

IN Apoſtolico Dignitatis Solio, & poteſtatis celſitudine ſumma Redemptoris noſtri clementia meritis, licèt imparibus conſtituti ad ea, libenter intendimus, per quæ proviſionis noſtræ auſpiciis Monaſteria, eorumque Præpoſiti eis pro tempore præſidentes majoribus ſemper honorum, & dignitatum prærogativis extolli, & decorari valeant. Sanè pro parte dilecti filii Andreæ Sedlmayr Præpoſiti Monaſterii per Præpoſitum ad vitam regi, & gubernari ſoliti, Oppidi, Dieſſen. Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium Auguſtenſis Diœceſis Provinciæ Moguntinæ Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum dictum Oppidum inter Nobilia Bavariæ oppida numeretur, dictumque Monaſterium propè dictum Oppidum noviter erectum, & inſtructum, illiuſque Eccleſia pluribus Altaribus, & competenti ornatu, ac multis Vaſis auro, & argento confectis proviſa ſit, ut tam dictus Andreas, quàm ejus pro tempore in dicto Monaſterio Præpoſiti ſucceſſores decentiùs, & honorificentiùs eidem Monaſterio præſidere valeant, plurimùm cupit, ſibi, ejuſque ſucceſſoribus poteſtatem, ut infra per Nos, & Sedem Apoſtolicam benignè indulgeri. Quarè pro parte dicti Andreæ Nobis fuit humillimè ſupplicatum, quatenùs eum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui Monaſteriorum, & eorum Præpoſitorum decorem, & venuſtatem ſummoperè exoptamus, eundem Andream à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium tantùm conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati ex voto Congregationis Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſuper Ritibus Eccleſiaſticis Præpoſitorum eidem Andreæ, ut tam ipſe, quamdiù vixerit, & dicti Monaſterii Præpoſitus extiterit, quàm illius in dicto Monaſterio ſucceſ-

ſucceſſores Præpoſiti pro tempore exiſtentes, Mitra, Baculo, & Annulo, aliiſque Inſigniis Pontificalibus in dicti Monaſterii Eccleſia, & aliis illi ſubjectis, & ab eo dependentibus Eccleſiis inter Miſſarum, aliorumque divinorum Officiorum ſolemnia uti, ac Miſſas, aliaque divina Officia ſolemniter celebrare benedictionemque ſolemnem poſt Miſſarum, Veſperarum, & Matutinorum Officia cum inſigniis hujuſmodi populo intereſſendi, dummodò tamèn ibi aliquis Antiſtes, aut Sedi Apoſtolicæ Legatus, aut Nuntius præſens non exiſtat, vel ſi præſens exiſtat, ejus ad id expreſſus accedat aſſenſus, elargiri, ac quaſcunque Eccleſias, vel Cæmeteria ſanguinis, vel ſeminis humani effuſione, vel emiſſione, aut aliàs quomodolibet polluta, eidem tamen Monaſterio ſubjecta, aquâ priùs per aliquem Catholicum Antiſtitem gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ habentem benedicta reconciliare, necnon omnia, & ſingula indumenta, & paramenta Eccleſiaſtica, ac ornamenta quæcumque, ac etiam campanilia, campanas, aliaque quæcunque quomodolibet nuncupata, ad cultum Divinum quomodolibet neceſſaria, & opportuna, in quibus Sacri Olei, aut Chryſmatis unctio non requiritur, & cum ſolitis ſolemnitatibus, & cæremoniis benedicere liberè, & licitè valeant, & liberam omninò damus licentiam, & facultatem ad formam decretorum fel. record. Alexandri VII. prædeceſſoris noſtri ſuper uſum Pontificalium die 27. menſis Septembris Anni Domini 1659. editorum, Apoſtolica auctoritate earundem tenore præſentium perpetuò concedimus, & impertimur, non obſtantibus quibuſcunque Apoſtolicis, & Synodalibus, Provincialibus, univerſaliſque Conciliis editis, vel edendis, ſpecialibus vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Monaſterii, & Ordinis prædictorum etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoq; Indultis, & litteris Apoſtolicis quibusvis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialibus ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, illorum tenorem præſentibus pro expræſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris latiſſimè, et pleniſſimè, hac vice dumtaxàt ſpecialiter, et expreſsè derogamus, cæteriſque controverſis quibuſcumque.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc peginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis, impartitionis, ac derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, et BB. Petri, et Pauli Apoſtolorum ejus ſe meminerit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1703. 8. Idus Junii, Pontificatus noſtri Anno III.

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Amen.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilecto Filio HartWico Præpoſito Eccleſiæ S. Stephani in Dieſſen, ejusque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quoties illud à nobis petitur, quod rationi, & honeſtati noſcitur convenire, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Proindè dilecte in Domino fili Hartvvic Præpoſite tuis juſtis, & rationabilibus poſtulationibus clementer annuimus, & Venerabilium Fratrum noſtrorum Chunradi Salisburgenſis Archiepiſcopi, & Hermani Auguſtenſis Epiſcopi precibus inclinati, ut Eccleſiam B. Stephani à Berchtoldo, & Othone Comitibus, & Sophia, & Laurita eorum Uxoribus, & filiis per manum Illuſtris Viri Degenhardi Beato Petro oblatam, cui Deo Authore præeſſe dignoſceris ſub B. Petri tutelam,

telam, & Apoſtolicæ Sedis protectionem ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuimus itaque, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præſentiarum juſtè, & legitimè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, & Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis modis præſtante Domino potuerit adipiſci, firma vobis, & illibata permaneant; quod autem præfati Fratris noſtri Hermani Auguſtenſis Epiſcopi annuente ſtudio de Eccleſia B. Georgii, in qua priùs Divinis eratis ſtudiis mancipati, vos ad Eccleſiam S. Stephani tranſtuliſtis, quod locus ipſe tam ad conſervandam Religionem, quàm etiam Fratrum uſibus aptior viſus eſt, laudamus, & noſtra auctoritate Apoſtolica confirmamus. Decernimus etiam, ut Capella, quæ ſita eſt in loco Werde, Eccleſię B. Stephani de cætero cum omni Jure ſubjaceat, & quidquid Juris, quid quid dignitaris ipſa hactenus noſcitur habuiſſe totum in Eccleſiam Sancti Stephani transfundatur; hoc tamen rationis tenore, ut prædictæ Eccleſiæ S. Georgii attenta ſolicitudine providere curetis, quatenùs Divinum ibi Officium aſſiduè Domino impendatis. Porrò Decimæ, quas pręnominata Eccleſia S. Stephani conceſſione Pontificum juſtè hactenùs habuit, eidem loco in perpetuum concedimus. Sanè, ſi quis Fratrum, vel Sororum poſt factam ibidem profeſſionem perſuadente Diabolo.

Sine licentia Præpoſiti ejuſdem loci ad alia loca confugerit, prohibemus, & interdicimus, ut nullus eos ſuſcipere præſumat, ſed tanquam voti proprii temeratores ad eandem Eccleſiam redire compellantur. Ad hæc adiicientes ſtatuimus, ut Ordo Canonicus ſecundùm B. Auguſtini Regulam in eadem Eccleſia futuris temporibus conſervetor; obeunte verò Te nunc ejuſdem loci Præpoſito, nullus ibi quælibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, aut Fratrum pars conſilii ſanioris ſecundùm Dei timorem, & B. Auguſtini Regulam præviderint eligendum. Ad indicium autem perceptæ hujus à Romana Eccleſia tuitionis, & libertatis aureum unum, quem annis ſingulis Lateranenſi Palatio perſolvetis. Nulli ergò omninò hominum liceat prænominatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel oblatas retinere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, devotioni, & extremæ voluntati, niſi fortè excommunicati fuerint, nullus obſiſtat.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Gorpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictę ultioni ſubjaceat, conſervantes autem intervenientibus Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli meritis gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, & æternæ Beatitudinis pręmia conſequantur. Amen.

Datur Cluniaci per manum Amelriei S. Romanæ Eccleſiæ Diaconi Card. & Cancell. 8. Idus Februarii Indict. 10. Incarnat. Dominicæ Anno MCXXXII. Pontific. autem D. Innocentii Papæ II. Anno II.

ANASTASIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilectæ in Chriſto Filiæ N. electæ Monaſterii de N. ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Sicut Obedientes ad æternæ Vitę præmia per Obedientiæ virtutem perveniunt, ita inobedientes per inobedientiam damnationem æternam, utique promerentur,

tur, pervenit quidem ad nos, quod cum canonice ad onus ſis adminiſtrarionis Abbatiæ vocata, onus ipſum non velis ſuſcipere, & recuſas aliis miniſtrare cum Chriſtus non miniſtrari, ſed miniſtrare veniſſe legatur, quia ergo melius eſt obedire, quàm ſacrificare, & auſcultare magis, quàm offerre adipem arietum devotioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs jugum Chriſti, adminiſtrationem, videlicet Abbatię, ad quam vocata es, nullatenùs recuſes accipere, & mandatis Venerabilis Fratris noſtri Auguſtenſis Epiſcopi nequaquàm audeas repugnare ſciens, quod eidem Fratri noſtro dedimus in mandatis, ut, ſi ei obedire nolueris, Canonicam in te Cenſuram exerceat.

Datum Laterani 10.Kal. Decembris.

CALISTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Clero, & Populo Auguſtenſi ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

DIlectus Frater noſter H. Epiſcopus veſter ad Sedem Apoſtolicam cum multo labore, & fatigatione perſonę ſuæ pervenit, & Sanctam Romanam Eccleſiam Matrem ſuam humilitare debita, & obedientia recognovit, quem nos paterna dilectione ſuſcepimus, & tanquam obedientem filium nobiſcum diligenter habuimus: ipſum itaque ad Vos cum noſtra gratia, & integritate ſui Epiſcopalis officii, remittentes, univerſitatem veſtram rogamus, monemus, atque præcipimus, ut eum benignè ſuſcipiatis, affectione perpetua diligatis, & ei ſicut Patri, & Magiſtro veſtro, necnon et Animarum veſtrarum Epiſcopo Reverentiam, & Obedientiam humiliter impendatis.

✝ In nomine Domini. Amen.

Anno Verbi Incarnati 1178. Indict.11.menſe Septemb.ſolutus eſt cenſus Romanę Eccleſię de Cœnobio S. Mariæ in Diezhen à retroactis annis retentus uſque ad ipſum annum per Prępoſitum Degenhardum in manus Sifridi Moguntinę Eccleſię Scholaſtici à D. Papa Alexandro ad hoc litteris Apoſtolicis tranſmiſſi Anno Pontificatus ejus XX.

In nomine Domini. Amen.

Anno Dominicę Incarnationis 1384. Indict.7. die 18.menſis Aprilis ſolutus eſt cenſus Romanæ Eccleſię de Cenobio S. Mariæ in Diezhen à retroactis annis retentus uſque ad ipſum annum per Dominicum Udalricum dictum Schleer Presbyterum de Chuinſtorf eodem tempore proviſorem Cenobii præſcripti in manus Udalrici Burkravii Decani Eccleſiæ Auguſtenſis, necnon Collectoris Cameræ Apoſtol. in Diœceſi Auguſtana à Reverendo in Chriſto Patre Ekardo Epiſcopo Wormatienſi ſpecialiter deputato.

Dietramcella.

CELLA S. Martini in Vaſto olim nemore tunc Eglingartfurt dicto, ad rivulum per Vallem decurrentem ædificata à Ven. Sacerdote Diettano nomen hodie dum obtinet Dietramzell. Exigua quidem hæc erant initia, at non parva hujus Cellæ ſucceſſu temporis incrementa. Orto ſiquidem de limitibus ſilvæ diſſidio nutu divino factum eſt, ut diſſidentes Fratres Reinbertus de Rute, vulgò nobiles de Reuth, Rupertus, Adelbertus, & Liebhardus maturiori uſi conſilio omnes unanimiter Eccleſiæ recenti tradiderint, quid quid juris quilibet poſſet per contentionem obtinere. Inſuper nobilem ditionem adjecerunt, quam nunc Hofmarchia complectitur cum Villis in Schönegg, prædiis in Ried, Oſten, Reuth, & molendinis in Millthall. Similiter Comes Otto de Dieſſen, cum duobus filiis Ottone, & Henrico, & Udeſchalcus Abbas Tegernſeenſis cum conſenſu advocati, & Monachorum ſuorum contulerunt eidem Cœnobio, quod ipſis fuerat per Arbitros aſſignatum

gnatum cum certis prædiis. Novellam plantationem, quæ juxta Regulam B. Auguſtini Canonicam profeſſa eſt vitam, Dietramo ea de cauſa Romam profectò Paſchalis II. Pontifex Maximus Apoſtolicis litteris confirmavit, & in ſuam protectionem ſuſcepit. Anno 1156. 8. Kalen. Maii meliùs reſtauratum Templum ſacratum eſt ab Epiſcopo Friſingenſi Adelberto, cooperante ſibi Hartmanno Brixinenſi Epiſcopo.

HONORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilectis Filiis Præpoſito, & Conventui de Cella S. Martini Friſingenſis Diœceſis, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

IUſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota, quæ à rationis tramite non diſcordant effectu proſequente complere. Ea propter dilecti in Domino Filii veſtris juſtis petitionibus clementer annuimus, & Prædeceſſoris noſtri fel. mem. Urbani Papæ III. veſtigiis inhærentes, Eccleſiam veſtram, in qua divino mancipati eſtis obſequio ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & omnia bona veſtra, ſicut ea juſtè, ac pacificè poſſidetis, nec non et compoſitionem, quæ facta eſt inter vos, & Abbatem de Taegrn in præſentia Othonis Friſingenſis Epiſcopi, & privilegio utriuſque ſcilicet Epiſcopi, & prædicti Abbatis conſentiente Choro, & miniſterialibus utriuſque partis firmata, vobis, & per vos Eccleſiæ veſtræ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit Indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani 6. Kal. Julii Pontificatus noſtri Anno VII.

ALEXANDER EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilecto Filio Kainrado Sacerdoti ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

APoſtolicæ Sedis clementia devotos, & humiles filios ex aſſuetæ pietatis officio propenſiùs diligere conſuevit, & ne quibusvis hominum moleſtiis agitentur, eos ſuæ protectionis munimine tamquam pia Mater eſt ſolita confovere. Ea propter dilecte in Domino Fili, devotionem, quam erga Beatum Petrum, & Nos ipſos habere dinoſceris, attendentes perſonam tuam cum omnibus bonis tam Eccleſiaſticis, quàm mundanis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſides, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteris adipiſci ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti pagina communimus ſtatuentes, ut ſi te in aliquo gravari præſenſeris, liberè tibi liceat Sedem Apoſtolicam appellare. Nulli ergò omninò hominum fas ſit perſonam tuam, vel bona temerè perturbare, ſeu quibuslibet vexare moleſtiis. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani Nonas Martii.

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

DIlectis Filiis Præpoſito, & Conventui Monaſterii S. Martini in Dietramzell per Præpoſitum ſoliti gubernari Ordinis S. Auguſtini Friſingenſis Diœceſis ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum à nobis petitur, quod juſtum eſt, & ho-

& honeſtum tàm vigor æquitatis, quàm Ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino Filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates, & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſivè per privilegia, vel alia indulta vobis, & Monaſterio veſtro conceſſas, libertates quoque, & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac aliis Chriſtifidelibus vobis, vel eidem Monaſterio rationabiliter indultas, ſpecialiter autem fructus, redditus, proventus, grangias, domos, terras, poſſeſſiones, aliaque mobilia, & immobilia bona ad dictum Monaſterium legitimè ſpectantia, necnon in Tonkirchen, & in Piburch Friſingenſis, & Salizeburgenſis Diœceſ. Parochiales Eccleſias, quas cum annexis, & omnibus juribus, & pertinentiis ſuis eidem Monaſterio canonicè fore unitas aſſeritis, ſicut ea omnia juſtè, & pacificè poſſidetis, vobis, & per vos prædicto Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1471. 8. Kal. Julii Pontificatus noſtri Anno VII.

Gars.

FUndationis primordia deducit à Nobili Equite, ac Clerico Boſone circa Annum DCCLXIV. Thaſſilonis Bojariæ Ducis tempore. Collegium Canonicorum Regularium, ac Templum honoribus B. V. M. Aſſumptæ, & S. Radegundis dedicatum, noviſque poſtliminio redditibus à Comite de Medling, & Frondenhuſen dotatum citra Annum MCL. à Conrado I. autem Archiepiſcopo Salisburgenſi certis Parochialibus decimis proviſum, aliorumque inſignium Benefactorum elargitione reſtauratum eſt à Sixto IV. Pont. Max. uſum Mitræ, & Baculi cum poteſtate benedicendi veſtes Sacerdotales obtinuerunt Antiſtites loci, qui ſimùl per magnum diſtrictum jus Archidiaconale exercent. Plures enim Parochiæ tàm ſæculares, quam Regulares, & Eccleſiæ Beneficiales Prælato tanquam Archidiacono ſubjectæ ſunt, in quibus non ſolùm viſitationes peragit, ſed & ſingulis ferè annis convocato Clero Synodum ruralem inſtituit, quoad mores in Rectoribus earum emendandos, & Eccleſiaſticos Ritus benè obſervandos. Conſiſtorium porrò adeſt, in quo prҽter cauſas graviores Archiepiſcopo reſervatas, omnes matrimoniales intra Archidiaconalem diſtrictum occurrentes, ceù in prima inſtantia recognoſci, & judicari debent. Acceſſit etiam aggregatio ad Congregationem Lateranenſem ab Abbate Gen. Aſcanio Gozzio facta, quam approbavit S. Pontifex, ut perhibet ſequens Bulla.

CLEMENS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

SEdis Apoſtolicæ circumſpecta benignitas piis Chriſtifidelium quorumlibet præſertim ſub ſuavi Religionis jugo Altiſſimo famulantium, deſideriis conſuevit favorabiliter annuere, ac illos in his potiſſimum, quҽ exemptiones Privilegiorum conceſſiones & indulta concernunt, libenter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum modernorum Præpoſiti Monaſterii S. Mariҽ in Gars Congregationis Canonicorum Regularium Lateranen. Salisburgen. Diœc. ejuſque Canonicorum Regularium petitio continebat; Quod nuper dilectus Filius Joannes Franciſcus Blavius, modernus Abbas Generalis totius prædictæ Congregationis, à quo licèt

licèt univerſis Chriſtifidelibus ſpiritualia beneficia communicanda eſſent, in illos tamen ex debito gratitudinis, qui dictam Congregationem præcipuo devotionis ſtudio proſequuntur, & quos ſpiritualis dilectionis prærogativa; profeſſioniſque paritas meritis cumulat amplioribus, propenſiorem ſe demonſtrare volens, pio devotionis, & charitatis zelo ductus, & devotionis affectum animique pium ſtudium Præpoſiti, & Canonicorum prædictorum, non tamen à dicto Abbate dependentium, erga dictam Congregationem intuens, prædictos Præpoſitum, & Canonicos in communionem omnium Indulgentiarum, Indultorum, Privilegiorum, & Conceſſionum, quibus Abbates, & Canonici dictæ Congregationis utuntur, potiuntur, & gaudent, libenti animo, vigore Indulti ſibi Apoſtolica auctoritate conceſſi, admiſit, & in ſuos fratres recepit; Ipſiſque ex nunc Orationum, Miſſarum, Divinorum Officiorum, Jejuniorum, Peregrinationum, ſpiritualium exercitiorum, bonorumque omnium, quæ Divina clementia ejus Congregationis hujuſmodi utriuſque ſexus Religioſas perſonas nunc, & de præſenti exiſtentes, ac futuras, ubique terrarum dignaretur operari, participationem per modum communicationis conceſſit, & elargitus fuit, dictumque Monaſterium, tanquam dictæ Congregationis germanum, ac de gremio, dictoſque Præpoſitum, & Canonicos tanquam Confratres agnovit, & adoptavit; prout in litteris patentibus, ſuper præmiſſis expeditis, pleniùs dicitur contineri.

Cùm autem ſicut eadem petitio ſubjungebat, quæ Sedis Apoſtolicæ munimine roborantur, firmiùs ſubſiſtere ſoleant. Quarè pro parte Præpoſiti, & Canocorum prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenùs eis in præmiſſis opportunè providere, ac ſpecialem gratiam facere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui Monaſteriorum quorumlibet, ac in eis Monaſticæ vitæ diſciplinam profitentium perſonarum ſucceſſum, Divinique cultus, & Religionis conſervationem ſinceris deſideramus affectibus, dicti Monaſterii ſingulares perſonas, à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis, à jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium tantùm conſequendum horum ſeriè abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, necnon Litterarum patentium hujuſmodi tenores etiàm veriores, præmiſis tamen minimè contrarios, ac datis præſentibus pro expræſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ex voto Congregationis Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſuper negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & regularium Præpoſitorum conceſſionem ac patentes literas hujuſmodi, & in eis contenta quæcunque, dummodo tamen ſint in uſu, & non ſint revocata, ſeu ſub aliquibus revocationibus comprehenſa, ac Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non adverſentur, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos tàm juris, quàm facti etiam ſubſtantiales defectus, ſi qui quomodolibet intervenerint in eiſdem dicta auctoritate ſupplemus, decernentes, præſentes de ſubreptionis vel obreptionis vitio notari non debere, dictoſque Præpoſitum, & Canonicos deſuper contra præſentium tenorem ſubquovis prætextu, & cauſa etiam defectu intentioni noſtræ per quoſcunque quomodolibet indebitè moleſtari non poſſe, neque debere, ſicque per quoſcunque Judices etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici auditores, & Sedis Apoſtolicæ Nuntios Legatos, ac etiam S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales judicari, & definiri debere irritum quoque, & inane, quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignotanter contigerit attentari, non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinis, & Congregationis Monaſterii hujuſmodi etiàm juramento, confirmatione Apoſtolica vel quavis firmitate alià roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis illi illiuſque Præſulibus, & illarum perſonis, quibus, etiamſi de illis latiſſimè exten-

tendis hac vice duntaxat harum ſeriè ſpecialiter, & expreſsè derogamus contrariis quibuſcunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis Confirmationis approbationis roboris adjectionis defectuum ſuppletionis Decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S.Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1694. IV. Non. Aprilis Pontificatus noſtri Anno II.

Innocentius de Laurentiis.

Paumburg.

SIvè Pomburg Ordinis Canonicorum Regularium in ſuperiori Bavaria nobile Collegium propè confluentes Fluvios Traun, & Alz ſupra Montem ſitum ab Adelheide Cunonis Comitis de Medling, & Frontenhauſen filia nobiliſſima fundatum eſt, exequente hanc fundationem tertio ejus Marito Illuſtriſſimo Comite de Sulzbach Herengotio [alii Petengatium vocant] circa annum Incarnationis Dominicæ MCVIII. quam etiam gratam, & ratam habuit S. Papa Paſchalis II. diplomate. Eccleſia in honorem S. Margarethæ Virginis, & Martyris conſecrata multis paræciis jam Anno MCLXXXIX. à Clemente III. confirmatis, & Archidiaconalibus inſuper gaudet juribus. Præter uſum Mitræ, & Baculi aggregatum eſt inſigne hoc Monaſterium Congregationi Lateranenſi à D. Aſcanio Gozzio Abbate Generale Anno Domini MDCLXXX. multaſque à Summis Pontificibus accepit gratias, ſicut præſentes exhibent Bullæ in Archivio aſſervatæ.

BONIFACIUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei.

DIlectis Filiis Præpoſito, & Conventui Monaſterii in Boumburch per Præpoſitum ſoliti gubernari, Ordinis S. Auguſtini Salzeburgen.&c. Diœc. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Sacræ Religionis, ſub qua ſub Humilitatis ſpiritu devotum Altiſſimo redditis famulatum, promeretur honeſtas, ut votis veſtris, illis præſertim, quæ ad veſtrum, & veſtri Monaſterii commodum cedere poſſint, favorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod olim quond. Rapato Comes Palatinus in Crayburch Salzeburg &c. Diœceſ. pro ſua, & parentum ſuorum animarum ſalute Juspatronatus Parochialis Eccleſiæ in Sigeharz Kirchen Patavien.&c. Diœceſ. de conſenſu, & voluntate piæ mem. Gerardi Epiſcopi Patavien. Vobis, & veſtro Monaſterio in perpetuum duxit conferendum, ita quod Præpoſitus dicti veſtri Monaſterii, qui pro tempore foret, & vos Conventus Epiſcopo Patavien.&c. pro tempore exiſtenti perſonam idoneam per eũdem Epiſcopum, ſi aliquod Canonicum non obſtaret in perpetuum Vicarium dictæ Eccleſiæ inſtituendam præſentare, ipſeque Præpoſitus pro tempore exiſtens, & vos Conventus eidem perſonæ, poſtquàm ſit inſtituta exiſteret de portione congrua, de qua congruè ſuſtentari, Epiſcopalia Jura ſolvere, & alia ſibi incumbentia onera ſupportare poſſet, providere teneremini, & etiam aſſignare. Et quod poſtmodùm felicis mem. Rudgerus Epiſcopus, & dilecti Filii Capitulum Pataviense adjectis nonnullis ordinationibus, conditionibus, & ſtatutis collationem, & alia ſupradicta ratificarunt; quodque deindè prædictus Rapato, & olim quond. Hartmannus, etiam Comes Palatinus in Crayburch, ac Alheydis Rapatonis, & Elizabeth Hartmanni prædictorum Uxores præfatæ Salzeburg &c. Diœceſ. piè deſiderantes veſtrum Monaſterium proſperè meliorari, & Divinum in eo Cultum

tum

Digitized by Google

tum feliciter adaugeri etiam pro ſuarum, & parentum ſuorum animarum ſalute Juspatronatus Parochialis Eccleſiæ in Sizendorf dictæ Pataviens. &c. Diœc. tunc ad ipſos Comites, & Uxores communiter pertinens, vobis, & veſtro Monaſterio in perpetuum liberaliter donarunt, & etiam tradiderunt, ac bonæ mem. Gotfridus Epiſcopus Patavien. &c. donationem, & traditionem hujuſmodi adjectis etiam nonnullis ordinationibus, conditionibus, & ſtatutis, ac aliis clauſulis confirmavit, prout in patentibus literis Rapatonis, & Hartmanni Comitum, necnon Gebhardi, Rudegeri, & Gotifredi Epiſcoporum prædictorum ſigillis pendentibus munitis plenius continetur. Poſtmodùm verò ſicut Exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, vos præfatas Eccleſias vigore collationis, donationis, traditionis, ac ratificationis, & confirmationis prædictarum aſſecuti, illas per centum annos, & ultra in veſtros uſus tenuiſtis, & poſſediſtis, prout tenetis, & poſſidetis pacificè, et quietè. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat, Vos pro eo, quod præfatæ litteræ publici Tabellionis manu ſubſcriptæ, et quod in eis verus valor annuus Monaſterii, et Eccleſiarum prædictarum expreſſus, quodque præfatæ confirmationi per ipſum Gotfridum Epiſcopum, ut præfertur factæ, conſenſus dictorum Capituli adhibitus, et alii forsàn tractatus ſoliti, et ſolemnitates in talibus requiſiti, ſeù fieri conſueti in præmiſſis obſervati minimè fuerint, timeatis vos ſuper dictis Eccleſiis poſſe moleſtari: pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut collationi, donationi, traditioni, ratificationi, et confirmationi prædictis, ac omnibus, et ſingulis aliis in præfatis litteris contentis robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere, et tàm prædictos, quàm omnes alios defectus, qui in præmiſſis forsàn intervenerunt ſupplere, et nihilominùs vobis, ut præfatas Eccleſias, quarum triginta duarum per dicti veſtri Monaſterii, cujus centum Marcharum Argenti puri fructus, reditus, et proventus, ſecundùm communem exiſtimationem valorem annuum, ut aſſeritur, non excedunt, idoneos Canonicos presbyteros ad nutum veſtrum ponendos, et amovendos, regere, ſeù regi facere poſſetis, concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur veſtris huiuſmodi in hac parte ſupplicationibus inclinati, collationem, donationem, traditionem, ratificationem, et confirmationem prædictas, ac omnia alia, et ſingula in dictis litteris, quarum tenorem de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, contenta, rata habentes, et grata, illa auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus, et præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes tàm prædictos, quàm omnes alios defectus, ſi qui forsàn intervenerint in præmiſſis. Et inſuper vobis, ut cedentibus, et vel decedentibus perpetuis Vicariis dictarum Eccleſiarum, qui nunc ſunt, aut perpetuas Vicarias ipſarum Eccleſiarum aliàs quomodolibet dimittentibus, liceat vobis Eccleſias ipſas per idoneos præsbyteros Canonicos veſtri Monaſterii ad ſolum nutum veſtrum ponendos, et ammovendos, regere, ſeù regi facere de uberioris dono gratiæ concedimus per præſentes. Ita tamen, quòd propterea Eccleſiæ ipſæ debitis non fraudentur obſequiis, et in eis Animarum cura nullatenùs negligatur: quoque vos pro tempore Epiſcopalia Jura ſolvere, & alia incumbentia onera, ad quæ huiuſmodi Vicarii pro tempore tenebantur, integrè ſupportare teneamini, præmiſſis, & Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & aliis contrariis non obſtantibus quibuscumque. Tenor verò dictarum litterarum ſequitur, & eſt talis.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Amen.

NOS Rapato Dei gratia Comes Palatinus in Crayburch una cum Uxore noſtra Alhayde, eadem gratia Comitiſſa Palatina eiuſdem Loci; Cunctis Chriſtifidelibus tenore præſentium aperimus, quod ad ampliandum Divinum Cultum in Eccleſia Boumburch Ordinis Canonicorum Regularium Salzburgen &c. Diœceſ. & ob remedium Animarum noſtrarum pariter, & parentum noſtrorum, necnon in recompenſationem plurimorum damnorum, & gravaminum per nos, & progenitores

tores Uxoris noſtræ eidem Eccleſiæ multipliciter illatorum, omne Jus, quod nobis in Eccleſiam Sizendorf tàm in Advocatia, quàm Jurepatronatus, & ratione fundi competere videbatur, liberaliter ad ſublimationem eiuſdem Collegii tradidimus, & donavimus pleno Jure: Supplicantes una cum Præpoſito, & Canonicis eiuſdem Eccleſiæ, Epiſcopo, qui pro tempore fuit Patavien. &c. ut addendo ſuum conſenſum, gratiam per nos, & Uxorem noſtram factam eidem Eccleſiæ principaliter propter Deum dignetur ſuis litteris confirmare, atque concedendo, ut facta proviſione Sacerdoti ſufficienti, & idoneo Divina in eadem Eccleſia miniſtranti, reliquum pro reſtitutione gravaminum Fratribus ibidem Deo militantibus in uſus proprios deputetur. Ne verò bonæ noſtræ voluntatis intentio aliquo fortuito caſu ſuccreſcente malitia hominum valeat irritari præſens ſcriptum noſtro ſigillo, atque Teſtium ſubſcriptionibus roboramus. Teſtes autem ſunt hi, qui vocati, & rogati interfuerunt. Hainricus quond. BoWmburg &c. Præpoſitus, Echardus eiuſdem Eccleſiæ Canonicus, VValtherus de TaWſKirchen, Hainricus filius eius, Gebehardus de Lanſing miniſteriales Ramungus ejuſdem Comitiſſę Camerarius, Conradus de VVeſterperch, Heinricus de Iſſeubuch Chunradus de Colbarn, & alii quamplures. Acta ſunt hæc apud Chrayburch. Anno Domini 1241, 8. Idus Julii.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Amen.

NOS Harmannus Dei gratia Comes Palatinus in Chrayburch una cum Uxore noſtra Elizabeth eadem gratia Comitiſſa Palatina ejuſdem Loci, cunctis Chriſtifidelibus tenore præſentium aperimus, quod ad ampliandum Divinum Cultum in Eccleſia Boumburch Ordinis Canonicorum Regularium Salzburg &c. Diœc. & remedium Animarum noſtrarum pariter, & parentum noſtrorum, necnon in recompenſatione plurimorum damnorum, & gravaminum per nos, & progenitores Uxoris noſtræ eidem Eccleſiæ multipliciter illatorum omne Jus, quod nobis in Eccleſia Sigzendorf tàm in Advocatia, quàm Jurepatronatus, & ratione fundi competere videbatur, liberaliter ad ſublimacionem ejuſdem Collegii tradidimus, & donavimus pleno jure ſupplicantes una cum Præpoſito, & Canonicis ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopo, qui pro tempore fuerit Pataviensis, ut addendo ſuum conſenſum gratiam per nos, & Uxorem noſtram factã eidem Eccleſiæ principaliter propter Deum dignetur ſuis litteris confirmare, atque concedendo, ut facta proviſione Sacerdoti ſufficienti, & idonea Divina in eadem Eccleſia miniſtrandi, reliquum pro reſtitutione gravaminum Fratribus ibidem Deo militantibus in uſus proprios deputetur. Ne verò bonæ noſtræ voluntatis intentio aliquo fortuito caſu ſuccreſcente malitia hominum valeat irritari, præſens ſcriptum noſtro ſigillo, atque Teſtium ſubſcriptionibus roboramus. Teſtes autem ſunt hi, qui vocati, & rogati interfuerunt. Hainricus quond. Boumburgen. &c. Præpoſitus Echardus ejuſdem Eccleſiæ Canonicus, VValtherus de Tavvſkirchen, Hainricus filius ejus Gebhardus de Lanſing miniſteriales Ramungus ejuſdem Comitiſſæ Camerarius Conradus de VVeſterperch, Heinricus de Iſſenbuch Conradus de Cholbarnet, & alii quamplures. Acta ſunt hæc apud Chraiburch Anno Domini 12LVIII. 5. Idus Julii.

Gotfridus Dei gratia Pataviensis Epiſcopus. Univerſis præſentes litteras inſpecturis. Salutem in Domino. Dum loca Divino Cultui deputata, in quibus pro Chriſtifidelium ſalutis augmento Deus Omnipotens aſſiduè placabiliter exoratur, benigno favore proſequimur, & eorum profectibus gratioſa intendimus voluntate, nobis apud Patrem omnium gratiarum ęternę retributionis pręmia in afluentia uberi comparamus. Noverint igitur tàm poſteri, quàm pręſentes, quòd nos pro honore, & reverentia Jeſu Chriſti, necnon pro noſtro, & ſucceſſorum noſtrorum Memoriali perpetuo collationem Jurispatronatus Eccleſiæ in Sizendorf per nobiles Viros Rapatonem, & Hartmannum Comites Palatinos in Chraiburch, et eorum Uxores Alhaydim, et Elizabeth Eccleſiæ prædictæ Patronos Religioſis Viris Præpoſito, et Conventui Monaſterii in Boumburch Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini

ſtini Diœceſ. Salzburg &c.factam iam dudùm piè, et rationabiliter eo modo, quod perpetuo menſe dictorum Præpoſiti, et Conventus deſerviant, ratam habemus, et gratam, ipſamque præſentibus confirmamus de provido,et maturo conſilio ſtatuen, tes in primis, quod poſt deceſſum, vel diſceſſum filii Ottonis de Tyrenſtain nunc Rectoris ejuſdem Eccleſiæ, memoratus Prçpoſitus nobis, vel Succeſſori noſtro,qui pro tempore fuerit, perpetuum Vicarium Virum utique idoneum, et diſcretum debeat præſentare à nobis, vel Succeſſoribus noſtris curam eiuſdem Eccleſiæ recepturus. Qui iidem Vicarius medietatem omnium reddituum, proventionum, oblationum Altaris, et aliarum obventionum quarumlibet eiuſdem Eccleſiæ,quocunque nomine cenſeantur, pro ſuſtentatione ſua, necnon pro hoſpitalitatis operibus exercendis recipiet: aliam verò medietatem obventionum iidem Præpoſitus,et Conventus pro ſuis utilitatibus perpetuò recipient, et habebunt. Eſt etiam in optione libera prædicti Præpoſiti collectionem partis ſibi cedentis conſumere, et fidei Vicarii eiuſdem committere, vel ad hoc ſpecialiter perſonam aliquam in Eccleſia prædicta locare, in ſuis tamen ſumptibus, et expenſis. Inſuper præfati Præpoſitus, et Vicarius decimas omnes Eccleſiæ ſimul locabunt, et dotem in Sicendorf ambo excolent, et quidquid de his eis obvenerit, æqualiter, ut præmiſimus una cum ſervitiis aliarum dotum,et agrorum, arearum, vinearum, pratorum, necnon minutarum decimarum, et aliarum quarumlibet obventionum condividere tenebuntur. Præterea ſi fortaſſis proceſſu temporis occaſione Legati, vel Nuncii Sedis Apoſtolicę, aut pro neceſſitate Eccleſiæ noſtræ Patavien. &c. ipſi Eccleſiæ in Sicendorf aliquam contingat contributionem imponi,hanc dicti Præpoſitus, et Vicarius de ipſa Eccleſia unanimiter, et ęqualiter expedient, et perſolvent. In cuius rei teſtimonium præſens ſcriptum ſigillo noſtro juſſimus communiri.

Datum Viennæ Anno Domini 1284. in Converſione B.Pauli Apoſtoli.

IN NOMINE SANCTÆ, ET INDIVIDUÆ TRINITATIS. AMEN.

GEbrardus Dei gratia Patavien. &c. Epiſcopus omnibus in perpetuum: ne præſentis ætatis negotia conſumat oblivio, neceſsè eſt ea litterarum teſtimonio confirmari. Ad notitiam itaque perveniat omnium tàm præſentium,quàm futurorum, quod Rapato Palatinus Comes Bavariæ nomine ſuo, & Uxoris ſuæ, hæredum ſuorum omne jus illud, quod ratione patronatus, & fundi, & advocatiæ in Eccleſia Sigeharzkirchen. habeat, pro remedio animæ ſuæ, & progenitorum ſuorum de noſtro conſenſu, & beneplacito contulit Cęnobio in Poumburch, ita, ut Præpoſitus ejuſdem Eccleſiæ qui pro tempore fuerit, & Conventus Patavien. Epiſcopo jam dicta Eccleſia vacante præſentare debeant perſonam idoneam, quam Epiſcopus eadem Eccleſia,ſi nihil ipſi Canonicum obſtiterit,tenebitur inveſtire: & jam dictus Præpoſitus, & Conventus eidem perſonæ in præbenda competenti, & ſufficienti debebunt providere, itaut Ordinario ſuo debita poſſit obſequia exhibere, & ut hoſpitalitatis gratia debilibus, & egenis, prout decuerit, valeat impertiri. Prædictus verò Palatinus fide data promiſit, quod tàm ipſe, quàm hæredes ſui jam dictam Eccleſiam in Sigeharzkirchen à violentia, & gravamine defendere debeant, & tueri in Dêo ſolummodò, & ſine quæſtu omni temporali, promittens firmiter quod Eccleſia illa ſeu Plebanus ejuſdem Eccleſię qui pro tempore fuerit, nec ab ipſo Palatino nec ab heredibus ſuis occaſione patronatus vel fundi,vel advocatiæ ſeu alicujus alterius juris exactionibus, & gravaminibus aliquo unquã tempore debeant moleſtari: Et ut talis donatio perpetuum robur firmitatis obtineat, & prædicto Cęnobio in Pomburch ſtabilis, & inconcuſſa permaneat, præſentem paginam ſigilli noſtri imprçſſione, & teſtium ſubſcriptione decrevimus roborare. Præfatus etiam Palatinus pręſentem paginam in ſuæ donationis teſtimonium ſigilli ſui munimine communivit. Hujus rei teſtes ſunt Ulricus Contelus Archidiaconus Wilehalmus,Cantor Conradus, tum plebanus, & Archidiaconus Albertus de Poſſe,MiniſterArçhidiaconusEberhardus de Urochtembach

D Magiſter

MagiſterDizo,ſcolaſticus Rugerum de Conſtarf,Menigotus de Waldecke Rombertus,Canonici Patavien &c. LudWicus Abbas de Alderſpah, Cunradus Abbas ad Reirenhazelach Ciſtercienſis Ordinis, Symon Abbas S.Petri,Bertoldus Abbas de Peyren, Rudolfus Abbas de Chremſminſter, Otto Abbas de Lambach Wezelo Abbas de Chodevvico NoridingusAbbas de Cella S.Mariæ Ordinis Benedicti Ulricus Præpoſitus S. Nicolai, & Archidiaconus Heinricus Præpoſitus de Ranshofen Archidiaconus Fredericus Præpoſitus de Reicherperg, Bernhardus Præpoſitus Sancti Floriani Marquardus Præpoſitus Sancti Ipoliti, Heinricus Præpoſitus Sancti Georgii Ordinis Sancti Auguſtini. E Laicis, Bernardus Comes de Lebenavve, & hi Miniſteriales ſui, Conradus de Hazbach Vvernherus de Eberherdinge, Siboto de Curinszberg, Bernardus Ureitag, & filius ſuus Enricus Judex ſuus, Comes Lutoldus de Playn, & Miniſteriales ſui Pilgrinus de Czaleche Henricus de Hothenmoſe Grimoldus de SalvedeCom.Perugerus de Levvenberg, & milites ſui, Ebo de Ovve Echiho de Syfrideſtorf, Pabo de Hochiiltingen, Rugerus de Ecke, Bernhardus de Vttendorf, & Milites ſui, Albertus Gebehardus de Dakſperg, & fratres ſuus Hartvvicus, Heinricus Lamps, & filii ſui Conradus, & Henricus, & Rupertus Zchiche, Ludovicus Nobilis de Hohenavv, Gebehardus Romars,Ulricus de Gonchſeim, Henricus frater ſuus, Gebehardus de Nevvſarn Miniſteriales Palatini Hynricus de Torring, Siboto de Tetlhaim, Lutholdus de Traun, Alramus de Inzing, Hinricus, & Conradus de Truhleyting, Panthnerus Miniſteriales Patavien &c. Eccleſiæ, Hedemarus de Vvczen, Otto de Morſpach Vvaltherus de Tannenberg, Ulricus de Lonsdorf Marquardus, & Otocarus de Maze, item Ottacarus, & frater ſuus Richerus de Slechdorf Miniſteriales Salzburgen &c. Eccleſiæ Conradus de Calheim,Ruggerus de Perghaim Echardus de Than Hinricus vice Dominus Ulricus de Vviſpach Gerhohus, & Gerhous de Perghaim, Conradus de Lavovve Crano de Gutrad, & alii quamplures. Acta ſunt hæc apud Salzburgam Anno Dominicæ Incarnationis MCCXXVIII.XIV.Novembris. Indict. 2. Anno Pontificatus noſtri ſeptimo. Promiſerunt etiam Præpoſitus, & Conventus in Povvmburch, quod Anniverſarium noſtrum, & Patris, & Matris noſtræ, & Fratris noſtri Levvtholdi propter conſenſum, quem in præſenti ferimus negotio debeant annuatim devotius celebrare.

Rudegerus Dei Gratia Patavien. &c. Epiſcopus totumque Capitulum ejuſdem Eccleſiæ.

Univerſis præſens ſcriptum intuentibus in perpetuum. Cum piis locis gratiam noſtræ benignitatis impendimus fructum nobis Divinæ remunerationis credimus cumulari. Ad notitiam itaque omnium volumus pervenire, quod Rapato Palatinus Comes Bavvarie de Uxoris ſuæ, & hæredum ſuorum conſenſu omne Jus illud quod habuit ratione patronatus, & fundi, & Advocatiæ in Eccleſia Sigehar Zkirchen pro remedio animæ ſuæ, & progenitorum ſuorum de conſenſu & beneplacito DD. Gebhardi bon.mem. tunc Ven.Epiſcopi Patavien &c. contulit Cœnobio in Boumburch: quam videlicet donationem ad inſtantiam Eberhardi Præpoſiti Baumburgen &c.Ratam habuimus etiam in jure ſpirituali, quod ad nos pertinet gratiam concedentes ſpecialem,& ſtatuentes,ut Præpoſitus, qui pro tempore fuerit, Patavien. Epiſcopo jam dicta Eccleſia vacante præſentare debeat perſonam idoneam, quam Epiſcopus eadem Eccleſia tenebitur inveſtire: & jam dictus Præpoſitus eidem perſonæ in præbenda competenti, & ſufficienti debebit providere. Prædictus verò Palatinus ſide data promiſit, quod tàm ipſe, quàm hæredes ſui jam dictam Eccleſiam in Sigehar Zkirchen à violentia, & gravamine tueantur in Deo ſolumodo, & ſine omni quæſtu temporali, promittens firmiter, quod Eccleſia illa ſeu Plebanus Eccleſiæ prædictę qui pro tempore fuerit nec ab ipſo Palatino, nec ab hæredibus ſuis occaſione Patronatus, & fundi vel Advocatiæ, ſeu alicujus Juris aliquibus exactionibus, & gravaminibus aliquo unquam tempore debeat moleſtari.

Ut autem talis donatio perpetuum robor firmitatis obtineat præſentem paginam

ginam ſigillorum noſtrorum impræſſionc curavimus roborare. Acta ſunt hæc Anno Domini MCCXLII. in Eccleſia Pataverienſi 2. Idus Junii Indict. 15. præſentibus, & conſentientibus fratribus de Choro &c.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ ratihabitionis, confirmationis, communitionis, ſuppletionis, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignatione Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud S. Petrum 12. Kal. Junii. Pontificatus noſtri Anno IX.

V. S. de Roſco.
Pro N. de Fregona
Jo. de Fremoſnicz.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

SEdis Apoſtolicæ circumſpecta benignitas piis Criſtifidelium quorumlibet præſertim ſub ſuavi Religionis jugo Altiſſimo famulantium deſideriis conſuevit favorabiliter annuere, ac illa in his potiſſimùm, quæ exemptiones privilegiorum conceſſiones, & Indulta concernunt libenter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum modernorum Præpoſiti Archidiaconi nati Monaſterii Baumburgenſis Congregationis Canonicorum Regularium Lateranenſium Saliſburgenſis Diœceſis, ejuſque Canonicorum Regularium petitio continebat, quòd nuper dilectus Filius Aſcanius Gozzius modernus Abbas Generalis totius præfatæ Congregationis, à quo licèt univerſis Chriſtifidelibus ſpiritualia beneficia communicanda eſſent, in illos tamen ex debito gratitudinis, qui dictam Congregationem præcipuo devotionis ſtudio proſequuntur, & quos ſpiritualis dilectionis prærogativa profeſſioniſque paritas meritis cumulat amplioribus propenſiorem demonſtrare ſe volens, pio devotionis, & charitatis zelo ductus, & devotionis affectum, animique pium ſtudium Præpoſiti, & Canonicorum prædictorum, non tamen à dicto Abbate dependentium ergà dictam Congregationem intuens prædictos Præpoſitum, & Canonicos in communionem omnium Indulgentiarum, Indultorum, Privilegiorum, & Conceſſionum, quibus Abbates, & Canonici dictæ Congregationis utuntur, potiuntur, & gaudent libenti animo vigore Indulti ſibi Apoſtolica auctoritate conceſſi admiſit, & in ſuos Fratres recepit, ipſiſque omnium Orationum, Miſſarum, Divinorum Officiorum, Jejuniorum, Peregrinationum, ſpiritualium exercitiorum, bonorumque omnium, quę divina clementia per ejus Congregationis hujuſmodi utriuſque ſexus Religioſas perſonas nunc, & de præſenti exiſtentes, ac futuras ubique Terrarum dignaretur operari, participationem per modum communicationis conceſſit, & elargitus fuit, dictumque Monaſterium tanquàm dictæ Congregationis Germanum, & de gremio, dictoſque Præpoſitum, ac Canonicos tanquàm Confratres agnovir, & adoptavit, prout in litteris patentibus ſuper præmiſſis expeditis plenius dicitur contineri. Cùm autem ſicut eadem petitio ſubjungebat ea, quę Sedis Apoſtolicæ munimine roborantur firmiter ſubſiſtere ſoleant. Quarè pro parte Præpoſiti, & Canonicorum præfatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenùs eis in præmiſſis opportunè providere, ac ſpecialem gratiam facere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui Monaſteriorum quorumlibet, ac in eis Monaſticæ Vitæ diſciplinam profitentium perſonarum ſucceſſum Divinique Cultus, & Religionis conſervationem ſinceris deſideramus affectibus, dictique Monaſterii ſingulares perſonas à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium tantùm conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, necnon litterarum patentium hujuſmodi tenores etiam veriores,

præmiſſis tamen minimè contrarios, ac datos præſentium pro expreſſis habentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati ex voto Congregationis Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſuper negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum, conceſſionem, ac patentes litteras hujuſmodi, & in eis contenta quæcunque, dummodò tamen ſint in uſu, & non ſint revocata, nec ſub aliquibus revocationibus compræhenſa, ac Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non adverſentur, Apoſtolica auctotitate tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos tàm juris, quàm facti etiam ſubſtantiales defectus, ſi qui deſupèr quomodolibet intervenerint in eiſdem, dicta authoritate ſupplemus. Decernentes præſentes de ſubreptionis, vel obreptionis vitio notari non debere, dictoſque Præpoſitum, & Canonicos deſupèr contrà præſentium tenorem ſub quovis prætextu, & cauſa etiam defectu intentionis noſtræ per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari non poſſe, neque debere. Sicque per quoſcumque Judices etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sedis Apoſtolicę Nuntios Legatos, ac etiam Sanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinales judicari, & definiri debere, irritumque, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, & ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Ordinis, & Congregationis, ac Monaſterii hujuſmodi etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcunquè tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, & decretis quomodolibet, & plurìès conceſſis confirmatis, & innovatis, quibus omnibus etiamſi de illis, illorumque totis tenoribus latiſſimè excluſis hac vice dumtaxàt harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque..

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ Abſolutionis, confirmationis, approbationis, roboris, adjectionis defectuum ſuppletionis decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1680. Nonis Septembris Pontificatus noſtri Anno IV.

Sept. I. B. Floris Septemdup. Glibert.

Jacobus de Lazara Proſpe.

Maria Marinus. Innocentius de Laurentiis.

L U C I U S E P I S C O P U S

Setvus Servorum Dei.

Dilectis Filiis Memgoto Præpoſito Eccleſiæ S. Margaretę de Baumburg ejuſque Fratribus tàm præſentibus, quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum; Quoties à Nobis petitur, quòd juri, & Religioni convenire dinoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Unde quia Berengarius Comes Sulzbachenſis alodium ſuum in Salzburgenſi Territorio Beato Petro, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſub unius Bizantii annuo cenſu pia devotione obtulit, in quo in honorem Dei, & memoriam Beatæ Margaretę Virginis Eccleſiam veſtram conſtruens, eam Ordini Canonicorum Regularium deputavit, nos ſequentes veſtigia prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum Paſchalis, Honorii, Innocentii, Lucii, locum ipſum quoniam Beati Petri juris exiſtit, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & pręſentis ſcripti patrocinio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Canonicus, qui ſecun-

ſecundùm Sedem, & Beati Auguſtini Regulam in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quęcumque bona, eadem Eccleſia impræſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis. Archidiaconatum, Parrochiam S. Georii, Eccleſiam S. Joan. in Fruhelaichingen, Fraleſtorf cum pertinentiis ſuis, Tunigen cum pertinentiis ſuis, Tagmarſpah cum pertinentiis ſuis, Megligen cum pertinentiis ſuis, VVindbere cum pertinentiis ſuis, Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremę voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excomunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Liceat etiam Præpoſito qui pro tempore fuerit advocatum quem eidem loco utilem, & neceſſarium eſſe perſpexerit communi vel ſanioris partis Fratrum conſilio ſecundum dictum eligere, & ſi inutilis apparuerit, removere, ſicut a prædeceſſoribus noſtris felicis recordationis Paſcali, Honorio, Innocentio, & Lucio ſtatutum eſſe dinoſcitur, & ſcripto ſuo firmatum.

Obeunte vero, & nunc ejuſdem loci Præpoſito, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem Fratres communi aſſenſu, aut Fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem canonice providerint eligendum. Sane poſt profeſſionem exhibitam, nemini veſtrum liceat proprium quid habere, nec ſine Præpoſiti vel Congregationis licentia de clauſtro diſcedere. Tuæ etiam tuorumque ſucceſſorum caritati Apoſtolicæ Sedis benignitate permittimus, & roboramus, ut licitum vobis ſit ordinationes Clericorum aliaque Eccleſiaſtica Sacramenta à bonis Epiſcopis, & Religioſis accipere, ſi veſter Epiſcopus Symoniaca, vel alia heretica pravitate infectus fuerit, & gratiam Sedis Apoſtolicæ non habuerit. Ad indicium autem hujus ab Apoſtolica Sede perceptæ tuitionis bizantium unum ſingulis Annis nobis noſtriſque ſucceſſoribus ſolvetis. Inſuper etiam in Domino Noſtro Jeſu Chriſto liberiori animo ſerviatis, & vitam veſtram tranquillè, & ſine querela in Divinis exerceatis ſervitiis, per omnia ſaluti veſtræ providentes, decernimus, ut ſervientes veſtri qui in Officinis, & in Curia veſtra vobis ſerviunt, abſque omni ejuſdem loci in pulſatione, & vexatione Parochiani in Eccleſia veſtra Verbum Dei, & Miſſas audiant, Sacramenta percipiant, cæteriſque divinis legibus ſubjaceant. Decimas vero novalium veſtrorum vobis veſtriſque ſucceſſoribus habendas remota Epiſcopalium miniſtrorum contradictione, concedimus, ut quiete in eo quod aſſumpſiſtis Propoſito largiente Domino in perpetuum maneatis. Decernimus ergo, ut nulli omino hominum liceat eandem Eccleſiam temere, perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum ſubſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Diæceſani Epiſcopi in ſubjectis vobis prædictis Parochiis canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatiſfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere, de perperrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris Noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictè ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus; ſit pax D. N. J. C. Quatenùs, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia eternæ Pacis inveniant. Amen.

Ego Lucius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

✝ *Ego Joannes Presbyter Card. S. Marci.*

✝ *Ego*

† *Ego Pandulfus Presbyter Card. Tit. SS. XII. Apoſtolorum.*
† *Ego Albinus Tit. SS. Presbyt. Card.*
Ego Delio Presbyter Card. SS. Joannis, & Pauli Tit. S. Pamachii.
† *Ego Theodorus Portuen. & Ruofinefedis Epiſcop. &c.*
† *Ego Henricus Albanen.*
† *Ego Arditio Diac. Card. S. Theodori.*
† *Ego Gratianus SS. Coſmæ, & Damiani Diac. Card.*
† *Ego Soffredus S. Mariæ in Vialata Diac. Card.*
† *Ego Rolandus S. Mariæ in Porticu Diac. Card.*
† *Ego Radulfus S. Georgii ad Velum Aureum Diac. Card.*

Datum Veron. per manum Alberti S. R. E. Presbyteri Cardin., & Cancell. xı. Kal. Jun. Indict. 3. Incarnationis Dominicæ Ann. MCLXXXV. Pontificatus verò Domini Lucij PP. III. Ann. IV.

Pollinga.

COllegium Pollinganum Ordinis Canonicorum Regularium, ſitum in ſuperiori Bavaria, Fundationem ſuam debet Thaſſiloni Duci Bavariæ, quo Venationi navante operam picta Salvatoris è Cruce pendentis Imago anno 740. cæleſti indicio prodita, & è Terris effoſſa eſt. In honorem Salvatoris primum Monaſterium Monialium, paulò poſt Clericorum conſtructum, & à Thaſſilone ampliſſimis redditibus auctum, atque fundatum eſt. Anno 816. à Canonicis Regula Aquiſgranenſis in hoc Monaſterium recepta, & ad ſæculum uſque undecimum religioſè ſervata eſt. Anno 1010. Fratribus ibidem Deo ſervientibus omnia bona incurſione Hunnorum ſæculo decimo diſtracta S. Henricus Imperator ſolemni diplomate reſtituit. Ad finem ſæculi undecimi abdicata Aquiſgranenſi Regula, & relegato proprio Fratribus ultrò in arctiora ſtatuta ſeſe colligantibus Auguſtiniana vivendi formula aſſumpta eſt. Ex eo tempore exindè Viros pietate, ſcientia, ac animarum zelo couſtanti laudum ſerie illuſtres Eccleſia Dei ſuſcepit. Canonicos modò numerant 32. Parochias regunt 15. numerus peregrinantium quot anuis ad miraculoſam Crucifixi Imaginem confluentium facilè ad quinquaginta millia aſcendit. Canonicam fundationem hanc plures Romani Pontifices ampliſſimis diplomatibus confirmarunt, quæ etiamnùm in Archivio ibidem aſſervantur. Ex his placet duas Bullas hic inſerere, nimirùm Innocentii II. & XI.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

DIlectis Filiis Chononi Præpoſito, & Fratribus in Eccleſia Pollingenſi Regularem Vitam profeſſis tàm præſentibus, quàm futuris in perpetuam rei memoriam. In eminenti Apoſtolicæ Sedis ſpecula diſponente Domino conſtituti ſollicitè providere nos convenit, ut religioſa loca paternis affectibus diligamus, & ne pravorum hominum agitentur moleſtiis attentam diligentiam adhibere curemus. Quamobrèm dilecti in Domino Filii, Venerabilis Fratris noſtri VValtheri Auguſtienſis Epiſcopi precibus inclinati veſtris poſtulationibus clementèr annuimus, & Eccleſiam S. Salvatoris ſitam in Villa, quæ Pollinga dicitur, in qua divinis eſtis obſequiis mancipati, Apoſtolicæ Sedis privilegio communimus; Statuentes, ut vita Apoſtolica, & Ordo Canonicus in eadem Eccleſia divina ſuffragante clementia inſtitutus perpetuis futuris temporibus ibidem inviolabilitèr conſervetur. Quæcunque præterea bona, quaſcunque poſſeſſiones in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidetis, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione Fidelium, ſeù aliis juſtis modis Deo propitio poteritis adipiſci, firma vobis

bis in perpetuum ; & illibata ſerventur. In quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda. Villam videlicèt Pollingam, in qua eadem Eccleſia ſita eſt; ubi etiam ſecundùm Beati Auguſtini Regulam Omnipotenti Domino divina exhibetis obſequia. Villam VVilhaim. Villam Ubingen. Villam Friheim. Villam Rieden. Villam Aſcheringen. Villam Hunnenvvanch. Villam Pfaffenofen, necnon & cæteras poſſeſſiones, quas Henricus quond. II. Rex eidem Eccleſiæ veſtræ reſtituit, atque contradidit. Sancimus etiam, ut nulli abſque Fratrum licentia poſt factam in eodem loco profeſſionem ad aliam Eccleſiam liceat tranſmigrare. Prohibemus inſuper, ut nemo aliquem ex eis pravo ſtudio in Eccleſia, vel Monaſterio ſuo ſuſcipere, vel ſuſceptum audeat retinere, quòd ſi iidem transfugæ ſecunda, vel tertia Fratrum ſuorum denuntiatione commoniti ad eandem Eccleſiam redire contempſerint, Prælato, & Fratribus ſuis in eos interdicti, vel anathematis ſententiam proferendi licentiam indulgemus. Décimas ſanè, quas conceſſione Pontificum poſſidetis, aut etiam impoſterùm adipiſci poteritis, Apoſtolica vobis authoritate firmamus. Porrò Chriſma, Oleum Sacrum, Ordinationes etiam Clericorum, qui ad ſacros gradus fuerint promovendi, vel ſi qua alia ſunt Eccleſiaſtica Sacramenta, â Diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſi quidem Catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Apoſtolicę Sedis habuerit, eaque vobis ſine pravitate, & exactione voluerit exhibere; alioquin quemcunque malueritis Catholicum adeatis Antiſtitem, qui noſtra fulrus authoritate, quod poſtulatur indulgeat. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat veſtram Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet moleſtiis fatigare, ſed omnia integra conſerventur, veſtris, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus profutura. Si quis ergò hujus noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò, tertióve commonitus, ſi non præſumptionem ſuam ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui periculum patiatur, & à Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, ac Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Conſervantes autem eidem loco, quæ ſua ſunt, Omnipotentis Dei, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli Benedictionem, & gratiam conſequantur. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Anſelmus Presbyter Card.
Ego Inſifridus Presbyter Card. Tituli S. Veſtrinæ.
Ego Lucas Presbyter Card. Tit. SS. Joannis, & Pauli.
Ego Brido indignus Sacerdos.
Ego Guillielmus Praneſtinus Epiſcopus.
Ego Theodevvinus S. Rufinæ Epiſcopus.
Ego Gregorius Diaconus Card. S. Sergii, & Bachi.
Ego Guido Diaconus Card. S. Adriani.
Ego Boetius Diaconus Card. SS. Viti, & Modeſti.

Datum Piſis per manum Aimerici S. R. E. Diaconi Cardinalis, & Cancellarii x. Kal. Novembris Indict. xv. Incarnat. Dominicæ MCXXXVI. Pontificatus verò Domini Innocentii Papæ II. Anno VII.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoria.

IN Apoſtolicæ Dignitatis Solio, & Poteſtatis plenitudine, Summa Redemptoris noſtri Clementiâ meritis licèt imparibus conſtituti ad ea libenter intendimus, per quæ proviſionis noſtræ auſpiciis Monaſteria inſignia, eorumque Abbates ſeu Præpoſiti eis pro tempore Pręſidentes majoribus ſemper honorum, et digni-

dignitatum prærogativis extolli, & decorati valeant; Sanè pro parte dilecti filii Valerii Baudrexel moderni Præpoſiti Monaſterii S.Crucis, Ordinis S.Auguſtini Canonicorum Regularium loci Polligenſis in Bavaria Auguſtanæ Diæceſis, Provinciæ Moguntinæ Nobis nuper exhibita petitio continebat; Quod cùm in dicto loco, quod amplum, valdèque celebre, ac inter alia Monaſteria illarum partium maximè inſigne exiſtit Monaſterium S. Crucis præfatum, per Præpoſitum Abbatem nuncupatum regi, & gubernari ſolitum, à novem jam ſæculis inſtitutum reperiatur, cujus ipſe Valerius modernus Præpoſitus jamdudum ſuſcepto dicti Ordinis habitu, magna cum laude Monaſterii S.Crucis hujuſmodi Canonicorum Regularium, qui in illo viginti ſex boni litterarum periti, & exemplares Sacerdotes, cum duobus Novitiis, & duobus aliis Laicis nunc reperiuntur, regimen hucuſque ſupportavit, in eoque ſub dicti Valerii Regimine, & gubernio, Religioſa Diſciplina, Doctrina, & Obſervantia Regularis ità vigeat inſignita, & floreat, ut pauca ſimilia Monaſteria, quæ tàm in ſpiritualibus, quàm temporalibus Deo conſervante emineant, reperiantur; dictum verò Monaſterium S. Crucis nulla ſpeciali prorogativa gaudeat, plurimum tamen decori, venuſtati, ac dignitati Ordinis, & Monaſterii S.Crucis hujuſmodi conveniat, ut in aliquo à Nobis, & Sede Apoſtolica condecorari mereatur; Quarè pro parte dicti Valerii Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenùs dicti Monaſterii S.Crucis decori, Divinique cultus incremento conſulere de benignitate Apoſtolica dignaremur: Nos igitur, qui Monaſteriorum, aliorumque Eccleſiaſticorum locorum, & Abbatum, ſeu Præpoſitorum illis Præſidentium, decorem, & venuſtatem ſummoperè exoptamus, eundem Valerium, ejuſque ſucceſſores dicti Monaſterii S.Crucis pro tempore Præpoſitos, ſpecialis gratiæ favore proſequi volentes, ipſumque Valerium à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, Cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium tantùm conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ex voto Congregationis Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſuper Ritibus Eccleſiaſticis Præpoſitorum ipſi Valerio ut ex nunc, & deinceps perpetuis futuris temporibus, tàm ipſe Valerius, quàm pro tempore futuri dicti Monaſterii S. Crucis Præpoſiti Mitra, Annulo, & Baculo Paſtoralibus, ac aliis Pontificalibus Inſigniis uti, necnon in prædicto, ac quibuſcunque aliis Monaſteriis, Prioratibus, locis, & Eccleſiis ab eo dependentibus, ac ejuſdem Monaſterii S. Crucis, & illius pro tempore exiſtente Præpoſito ſubjectis, in quibus ipſe Præpoſitus pro tempore exiſtens, in Pontificalibus celebrabit, Benedictionem ſolemnem poſt Miſſam, Veſperarum, & Matutinarum, ac aliorum Divinorum Officiorum ſolemnia ſupra populum inibi exiſtentem, dummodò ibidem aliquis Antiſtes, ſeù Sedis præfatæ Legatus præſens non fuerit, vel ſi præſens ſit, ejus ad id expreſſus accedat aſſenſus, elargiri, ac Cruces, Imagines, Calices, Campanas, Vaſa, Tabernacula pro conſervatione Sanctiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ, & Reliquiarum Sanctorum confecta, necnon Altaria, Corporalia, Veſtimenta etiam Sacerdotalia, & alia paramenta, & ornamenta Eccleſiaſtica quæcunque, in quibus Sacri Olei, vel Chriſmatis unctio non requiritur pro præfato, præfatique Monaſterii S. Crucis, & aliorum illi ſubjectorum Monaſteriorum, Prioratuum, & Locorum à dicto Monaſterio S. Crucis dependentium uſu tantùm cum ſolemnitatibus ſolitis, & ceremoniis juxtà Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Ritum, morem, & conſuetudinem benedicere, Monaſtetiorumque, Prioratuum, & Locorum hujuſmodi Eccleſias, ac Cæmeteria, quæ ſanguinis, ſeù ſeminis humani effuſione pollui contigerit, Aqua tamen priùs per aliquem Catholicum Antiſtitem, gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ habentem, ut moris eſt, benedicta reconciliare liberè, & licitè valeat Apoſtolica auctoritate de conſenſu Vener. Fratris noſtri Epiſcopi Auguſtani Provinciæ Moguntinæ, tenore præſentium concedimus, & perpetuò indulgemus, plenamque, liberam, & omnimodam facultatem, & auctoritatem deſupèr impartimur, decernen-

decernentes eaſdem præſentes ſemper, & perpetuò validas, & efficaces fore, & eſſe, ac ſub quibusvis ſimilium, & diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus minimè comprehendi, ſed ſemper ab illis excipi, & quotiès illæ emanabunt, totiès in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, ac plenariè reintegratas, ac denuò etiam ſub quacunque poſteriori Data quomodocunque eligenda conceſſas eſſe, & fore, ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes judicari, & definiti debere, irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentati: non obſtantibus quibuſcunque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Monaſterii S. Crucis, & Ordinis hujuſmodi etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque; Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis, indulti, impartitionis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtololorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S.Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1680. 13.Kal.Januarii Pontificatus noſtri Anno XIII.

Sub plica.

Dec. F. P. Renavlt. — F. Dat.

L. B. S. Gaſparinus. — F. Antamorus C. A. Secret.

M. Marinus.

Extra. Regiſtrata in Cam.Apoſt.

F. P. Antamorus.

Supra plica.

Ambroſius Appell Sigillifer.

Ut præſens Apoſtolicum Indultum à Sua Sanctitate Reverendiſs.D.Ordinarii præhabito,& in Romana Curia producto conſenſu dimiſſiſſimè impetratum ad ſuum effectum deduci poſſit, harum per tenorem conceditur.

Ex Officio Vicariatus Auguſtæ die 26.Martii 1689.

Franciſcus Ziegler Vicarius Generalis.

S. Magni Ratisbonæ.

ANNO Chriſti Milleſimo centeſimo trigeſimo octavo à Comite de Raning Gebhardo Cathedralis Eccleſiæ Ratisbonenſis Canonico omnia, quæ Jure hæreditario inter duo Flumina Imbrem, & Danubium poſſederat, pro conſtruendo Monaſterio obrulit, & Eccleſiæ S. Magni in pede Pontis tradidit Canonicis Regularibus S. Auguſtini, approbantibus hanc fundationem S. Pontifice Innocentio II. & Hartvvico Epiſcopo Ratisbonenſi, qui in honorem S. Andreæ Eccleſiam conſecravit. Eandem Fundationem Conradus Romanorum Rex diplomate roboravit, & locum in ſuam tutelam ſuſcepit. Bulla Innocentii hæc eſt.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

DIlecto Filio Gebeardo, proviſori Eccleſiæ, quæ dicitur ad Ripas, ejuſq; ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Deſiderium, quod ad Religionis propoſitum, & Animarum ſalutem pertinere monſtratur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium, ut videlicèt fidelis devotio celerem ſortiatur effectum, ut utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Ea proptèr dilecte in Domino Fili Gebcarde tuis rationabi-

libus poſtulationibus gratum præbemus aſſenſum, & Eccleſiam, quæ dicitur ad Ripas, cui auctore Domino præſides ſub Apoſtolicæ Sedis tutela, & protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti pagina communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Canonicus, qui ſecundùm B. Auguſtini Regulam in eodem loco noſcitur inſtitutus futuris perpetuis temporibus inviolabiliter conſervetur. Decernimus etiam, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia inpræſentiarum juſtà, & legitimè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeù aliis juſtis modis auxiliante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Nulli ergò omninò hominum fas ſit præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis præfutura. Si qua igitur impoſterùm Eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona hanc noſtrę Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò, tertiòve commonita, ſi non congruè ſatisfecerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Innocentius Catholicę Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Lucas Presb. Card. Tit. SS. Johannis, & Pauli.

Ego Griſogonus Presb. Card. Tit. S. Praxedis.

Datum Laterani per manus Aimeri S.R.E. Diaconi Cardinalis, & Cancellar. 13. Kal. Novembris Indict. 3. Incarnationis Dominicæ Anno 1139: Pontificat. verò D. Innocentii Papæ II. Anno X.

LUCIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilectis Filiis Gebeardo Proviſori Eccleſiæ, quæ dicitur ad Ripas, ejuſque Fratribus Regularem Vitam profeſſis, tàm prẹſentibus, quàm futuris in perpetuum. Si Religioſorum Virorum petitiones clementer admittimus noſtris proculdubiò opportunitatibus benignum, ac pium Omnipotentem reperimus. Ea proptèr dilecte in Domino fili Gebearde tuis rationabilibus poſtulationibus gratum præbemus aſſenſum, & Eccleſiam, quæ dicitur ad Ripas, cui auctore Domino præſides ſub Apoſtolicæ Sedis tutela, & protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti pagina communimus; In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Canonicus, qui ſecundùm B. Auguſtini Regulam, & Fratrum Portuenſium inſtitutionem in eodem loco noſcitur inſtitutus, futuris, perpetuiſque temporibus inviolabiliter conſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia inpræſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Præpoſito, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, vel violentia præponatur, niſi quem Fratres communi, vel ſanioris partis aſſenſu ſecundùm Dei timorem, & Beati Auguſtini Regulam providerint eligendum. Liceat etiam vobis communicato conſilio idoneum defenſorem eligere, qui ſi inutilis apparuerit, & peſtilens effectus æquitate contempta vobis, & rebus veſtris noxius eſſe præſumpſerit, reiiciendi eum facultatem liberam habeatis. Nullus quoque ad publicas proceſſiones vos invitos trahere, aut quietem veſtram quolibet

libet modo audeat conturbare. Sepulturam verò ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint devotioni, & extremæ voluntati niſi fortè excommunicati ſint, nullus obſiſtat, ſalva juſtitia Matricis Eccleſiæ. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum, liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva Ratisbonen. Eccleſiæ canonica juſtitia, & Apoſtolicæ Sedis auctoritate. Si qua igitur impoſterùm Eccleſiaſtica, ſæcularisvè perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contrà eam temerè venire temptaverit, ſecundò, tertiòve commonita, ſi non congruè ſatisfecerit, poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua Jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

✝ *Ego Lucius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
✝ *Ego Gregorius Card. Sanctorum Sergii, & Bachi.*
✝ *Ego Theodebinus S. Rufinæ Epiſcopus.*
✝ *Ego Otho Diaconus Card. S. Georgii ad Velum aureum.*
✝ *Ego Guido Diac. Card. Sanctorum Coſm, & Damiani.*
✝ *Ego Octavianus Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano.*
✝ *Ego Hiacintus Diac. Card. S. Mariç in Coſmedin.*
✝ *Ego Thomas Præsb. Card. S. Iuſtinæ.*
✝ *Ego Guido Præsb. Card. SS. Laurentii, & Damaſi.*

Datum Laterani per manus Baronis S. R. E. Subdiac. 5. Kal. Januarii, Indict. 8. Incarnat. Dominicæ Anno 1144. Pontif. verò Domini Lucii II. Papæ Anno I.

Raittenbuech.

INſignis Canonia in ſuperiore Bavaria& Diœceſi Friſingenſi à Guelphone IV. Duce Anno 1085. pro Cononicis Regularibus S. Auguſtini fundata, & ab Urbano II. confirmata fuit anno 1099. Udalricus Præpoſitus primus ab Othone I. Friſingenſi Epiſcopo Archidiaconus conſtitutus titulum hunc omnibus ſucceſſoribus reliquit. In Eccleſia honoribus B. V. Mariæ dedicata aſſervantur Corpora SS. Primi, & Feliciani, Caput S. Pinoſæ Martyris ex ſocietate S. Urſulç, aliaque inclyta Lypſana SS. Martyrum. Georgius Præſul in Concilio Baſilienſi obtinuit uſum Pontificalium. Multç quoque Parochiæ tàm in Friſingenſi, quàm Auguſtana Diœceſi huic celeberrimo Collegio incorporatæ ſunt, quas Summi Pontifices non pauci diplomatibus confirmarunt, uti inter alia iſtæ Bullæ oſtendunt. His Lateranenſis Congregationis Privilegium per ſolemnem aggregationem acceſſit, prout à Reverendiſſimo D.D. Patritio moderno Prçpoſito, & Archidiacono nato ſequentes Pontif. Litteræ copiæ tranſmiſſæ teſtantur.

Bulla confirmatoria Canoniæ Rottenbuechenſis.

URBANUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

CHariſſimo Filio Udalrico Præpoſito Canonicæ vitæ, quç in loco Raitenpuech ad honorem Sanctæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ ſita eſt, ejusque ſucceſſori:

ceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum poteſtatem ligandi, atque ſolvendi in Cœlis, & in Terra Beato Petro, ejuſque ſucceſſoribus auctore Deo principaliter traditam illis Eccleſia verbis agnoſcit, quibus Petrum eſt Dominus allocutus: Quæcumque ligaveris ſuper Terram, erunt ligata, & in Cœlis, & quæcunque ſolveris ſuper Terram, erunt ſoluta, & in Cœlis. Ipſi quoque, & propriè firmitas, & alienæ fidei confirmatio eodem Deo auctore præſtatur, cum ad eum ait. Rogavi pro Te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquandò converſus, confirma fratres tuos. Oportet ergò nos, qui licèt indigni Petri reſidemus in loco, prava corrigere, recta firmare, & in omni Eccleſia ad interni arbitrium judicis ſic diſponenda diſponere, ut de vultu ejus judicium prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem: Quià igitur fideliſſimi Romanæ Eccleſiæ filii VVelfo Dux Bavariorum, & Conjux ejus Judita pro animarum ſuarum ſalute Canonicam Fratrum ſecundùm Regulam Beati Auguſtini viventium in loco, qui Rettenbach dicitur, conſtituente eandem domum Beato Petro devotione debita obtulere: Nos tùm pro reverentia, & devotione Beatę Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, cujus nomine locus ipſe dedicatus eſt, tùm pro dilectione prædictorum filiorum noſtrorum, tùm etiam pro fraternitatis veſtræ Religione præfatam Canonicam, cui Deo diſponente præſidere cognoſceris, in Jus perpetuum, ac tutelam Apoſtolicæ Sedis ſpecialiter ſuſcipimus. Tibi itaque tuiſque legitimis ſucceſſoribus eandem regendam, ac diſponendam præſenti decreti noſtri pagina confirmamus cum omnibus, quæ ei jam ex prædictorum Ducum facultatibus, ſeù aliorum conceſſa ſunt oblatione Fidelium. Quamobrèm per præſentem noſtri privilegii paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut quæcunque hodiè idem Cœnobium jure poſſidet, ſivè impoſterùm conceſſione Pontificum liberalitate Principum, oblatione Fidelium jure, atque canonicè poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat eandem Canonicam temerè perturbare, aut ei ſubditas poſſeſſiones violentèr auferre, minuere, & temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione, ac gubernatione conceſſa ſunt, uſibus profutura. Obeunte te nunc ejuſdem loci Præpoſito, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars conſilii ſanioris elegerint. Conſecrationes Altarium, ſivè Baſilicarum ordinationes Clericorum, Chriſma, Oleum Sanctum, & cætera ad Epiſcopale officium pertinentia ab Epiſcopo Friſing, in cujus Diœceſi eſtis, accipietis, ſi tamen Catholicus eſt, & gratiam, ac communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, & gratis, & ſine pravitate impendere voluerit: aliàs verò liceat vobis Catholicum, quem volueritis adire Antiſtitem, & ab eo conſecrationum Sacramenta ſuſcipere, vel ad Sedem Apoſtolicam recurrere, qui fultus Apoſtolica auctoritate ſine ambiguitate poſtulata concedat: Prętereà advocatum vobis, ſivè protectorem conſtituimus Guelfonem egregiæ ſtrenuitatis Ducem, ejuſque poſt eum filios, ſi ejuſmodi, Deo præſtante fuerint, ut Eccleſiæ veſtræ utiles, & paternæ inſtitutionis exiſtant executores. Sin autem, veſtri erit arbitrii, quem placuerit eligere veſtræ Eccleſiæ idoneum protectorem, qui ſine lucri ſæcularis exactione id divinæ ſervitutis obſequium ſtrenuè, ac reverentèr exhibeat. Omnipotenti autem Domino, cujus melior eſt miſericordia ſuper victimas gratias agimus, quià vos eſtis, qui Sanctorum Patrum vitam probabilem renovatis, & Apoſtolicæ inſtituta diſciplinæ in primordiis Eccleſiæ Sanctæ exorta, ſed creſcente Eccleſia jam penè deleta inſtinctu Sancti Spiritus ſuſcitatis. Duæ enim ab Eccleſiæ Sanctæ primordiis vitæ ejus filiis ſunt inſtitutæ, una, qua infirmorum debilitas retinetur, altera, qua fortiorum inter Beata perficitur, una remanens in ſegor parvula, altera ad Montis altiora conſcendens, una lachrymis, & eleemoſynis quotidiana peccata redimens, altera quotidiana inſtantia merita æterna conquirens, alteram tenentes inferiorem Terrenis bonis utuntur, alteram ſequentes Superiorem bona Terrena deſpiciunt, ac relinquunt. Hæc autem, quæ à Terrenis divino favore devertitur in duas unius

penè,

penè, ejuſdemque propoſiti dividitur portionem Canonicorum, ſcilicèt, atq; Monachorum, harum ſecundâ per Divinam miſericordiam frequentia facta etiam in ſeculo univerſo elucet. Prima verò decaleſcente fervore Fidelium jam penè omninò defluxit, hanc Martyr, & Pontifex Urbanus inſtituit, hanc Auguſtinus ſuis Regulis ordinavit, hanc Hieronymus ſuis epiſtolis informavit, hanc Gregorius Auguſtino Anglorum Archiepiſcopo inſtituendam præcepit. Itaque non minoris æſtimandum eſt meriti, hanc vitam Eccleſiæ primitivam aſpirante, & proſequente Domini ſpiritu ſuſtentare, quàm florentem Monachorum Religionem ejuſdem ſpiritus perſeveverantia cuſtodire: veſtrum ergò propoſitum noſtri auctoritate officii confirmamus, & firmos vos in eo perſiſtere adhortamur, & tanquàm Deo per nos exhortante obſecramus. Quamobrèm omnibus in vero Cœnobio vitam Canonicam ſecundùm hujus tenorem Ordinis profitentibus, & in ea adjuvante Domino permanentibus, Nos licèt indigni Apoſtolorum Vicarii eorum, ac noſtram Benedictionem, peccatorumque abſolutionem poteſtate illis à Domino indulta concedimus, conſtituentes ne cuiquam liceat omninò hunc veſtri ſtatum Ordinis commutare, de quo in Domino confidimus multum fructum excreſcere. Statuimus etiam ne profeſſionis veſtræ quiſpiam, poſtquàm Dei vice ſuper caput ſibi hominem impoſuerit alicujus levitatis inſtinctu, vel diſtrictionis Religionis obtentu ex eodem Clauſtro audeat ſine Præpoſ. totiusque Congregationis permiſſione diſcedere, diſcedentem verò nullus Abbatum, vel Epiſcoporum, & nullus Monachorum ſine communium litterarum cautione ſuſcipiat. Decimas quoque novalium ejuſdem canonicè ad eandem pertinere decernimus, ſalvo vicinarum jure Eccleſiarum. Vos igitur filii in Chriſto chariſſimi oportet Regularis diſciplinæ inſtirutioni ſollicitius, ac devotiùs inſudare, ut quantò eſtis à ſæcularibus tumultibus liberi, tantò ſtudioſiùs placere Deo totius mentis, & corporis viribus anheletis, præcipuè ſtudentes Romanę Eccleſiæ decreta veneranda ſervare, cujus patrocinio ab omni jugo viventium eſtis donante Domino præmuniti. Ad indicium autem hujus à Romana Eccleſia libertatis per annos ſingulos ad noſtrum, noſtrorumque ſucceſſorum uſum quotidianum albam lineam, & ſtolam Lateranenſi Palatio perſolvetis. Sanè ſi quis in craſtinum Archiepiſcopus, Epiſcopus, Imperator, aut Princeps, aut Dux, Comes, aut Vicecomes, Judex, aut perſona quælibet potens, aut impotens hujus noſtri privilegii paginam ſciens contrà eam temerè venire, & eorum, quæ conceſſa, vel ſtatuta ſunt, quidquam irritum facere tentaverit, ſecundò, tertiòvè commonitus ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, eum honoris, & officii ſui periculo ſubjacere decernimus, & à Corpore Chriſti, & Eccleſię, auctoritate Apoſtolicæ poteſtatis ſegregamus, conſervantibus autem pax, & miſericordia à Deo præſentibus, & futuris ſæculis conſervetur.

Datum Anagine Kal. Febr. Anno Dominicæ Incarnationis 1090. Indict. 15. Pontificat. D. Urbani II. Papæ, ſcriptum per manum Lanfranci Vice-Agenti Cancellarii Sacri Palatii cum ſigno ejuſdem.

Aggregatio noſtri Monaſterii B. Mariæ de Raitbuech in Congregationem Canonicorum Regularium Lateranenſium.

Nos Don Athanaſius Clappinius Placentinus Abbas Generalis Canonicorum Regularium S. Auguſtini Congregationis Lateranenſis Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. Don Gilberto Gaſt Collegii Canonicorum Regularium S. Auguſtini ad B. V. M. in Raittenbuech Diæceſis Friſingenſis in Bavaria per eandem Diæceſim Archidiacono nato, necnon omnibus ejuſdem Collegii Canonicis ſalutem in in Domino perpetuam.

Quamquam indifferenter bonum ſit ſui diffuſivum &c. ſine acceptatione perſonarum gratiam in alterutrum adminiſtrare debeamus maximè, quòd boni optemus inveniri diſpenſatores multiformis gratiæ Dei, abundantiùs tamen illis viſcera Charitatis aperimus, qui Congregationem noſtram ſpecialis amoris ſtudio diligen-

ligentes, ſpeciali etiam fiunt dilectionis prærogativa digniores; Quapropter cùm veſtrum in Congregationem noſtram devotionis affectum, atq; ſummè nobis commendabilem profeſſionis puritatem vivo cordis occurſu intueamur, amemus, & amplectamur: Vos ideò in partem ſortis noſtræ conſcripturi, eoſdem vos in communionem omnium Indulgentiarum, Indultorum, Privilegiorum, conceſſionum, exemptionum tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus admittimus, & acceptamus, & omnium aliarum gratiarum, ſeu prærogativarum à Summis Pontificibus, & ab aliis nobis conceſſarum, ſeu concedendarum, quibus Abbates, & Canonici noſtri utuntur, potiuntur, & gaudent, uti, potiri, & gaudere poſſe libenti animo Vobis hac una injuncta conditione concedimus, ut ſingulo quovis triennio unam Miſſam cantatam de Beatiſſima Virgine celebretis, ejuſque Sacrificium pro noſtra Congregatione vos, & poſteri veſtri applicetis, & de applicatione tali nos, & ſucceſſores noſtros per litteras certiores reddatis. Vos autem in fratres noſtros recipimus, & adnotamus. Vobis ex nunc Orationum, Miſſarum, Divinorum Officiorum, Jejuniorum, Peregrinationum, ſpiritualium exercitiorum, bonorumque omnium, quæ Divina Clementia per noſtras utriuſque ſexus Religioſas perſonas præſentes, & futuras ubique terrarum dignabitur operari per participationem harum ſerie, & gratioſè impertimur. Monaſterium veſtrum tanquam ipſius noſtræ Congregationis germanum, & de gremio vos tanquam fratres noſtros agnoſcimus, & facultate à Summis Pontificibus conceſſa illos nobis aggregandi, qui parem profitentur vivendi regulam, vos aggregamus, omnique alio meliori modo, quò poſſumus ad præmiſſorum veram, realem participationem, uſum, & communionem unimus, præſenti quidem ſervata, & in futurum ſervanda regiminis veſtri Monaſterii favorabili conſuetudine. Vos verò, quo uberioribus noſtræ Congregationis meritis, fructibuſque potiamini, hortamur in Domino ulterius, ut eadem ad ſui conſervationem, & incrementum apud Deum veſtris quotidianis præcibus adjuvetur. In quorum fidem, & authenticam veritatem &c. Datum Bononiæ in Canonica noſtra S. Joannis in Monte die 5. Maii Anno 1694.

D. Athanaſius Clappinius Placentinus Abbas Generalis.

D. Salvator Barozze Bonon. Abbas Secret.

BEſſarion miſeratione Divina Epiſcopus Tuſculanus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Nicenus Vulgariter nuncupatus, necnon in partibus Alemaniæ, & Germaniæ, Locisque omnibus in eiſdem partibus Sacro Romano Imperio ſubjectis Apoſtolicæ Sedis Legatus. Ad futuram rei memoriam. Magnæ, & ſinceræ devotionis affectus, quem Dilecti Nobis in Chriſto Georgius Præpoſitus, & Conventus Monaſterii in Raitenbuh Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium Friſingen Diœceſ. ad univerſalem gerunt Eccleſiam, non indignè promeretur, ut votis ipſorum, illis præſertim, quæ ad ipſius Monaſterii evidentem utilitatem, ornatum, & decorem, Dei honorem, divini cultus augumentum, & perſonarum inibi ſub Regulari habitu viventium Altiſſimo aſſiduè famulantium venuſtatem, & decorem cedere valeant, favorabiliter annuamus. Cùm igitur, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte eorumdem Præpoſiti, & Conventu petitio continebat, præfatum Monaſterium inter alia illarum partium Monaſteria unum ex notabilioribus exiſtat, ac illius Præpoſitus pro tempore exiſtens in dicta Diœceſ. Friſingen unicus Archidiaconus per illam Diœceſ. ordinariam habeat, & exerceat juriſdictionem, idcircò pro parte eorumdem Præpoſiti, & Conventus fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut ipſis pro ipſius Monaſterii, illiusq; Præpoſiti, & Canonicorum inibi degentium pro tempore majori libertate, immunitate, utilitate, decentia, ornatu, gratia, & indulto concedere, dignaremur, quòd ipſe Præpoſitus, & ſucceſſores ſui, qui pro tempore fuerit Præpoſiti dicti Monaſterii, Mitra, Annulo, & Baculo paſtorali uti poſſint, ſolemnem Benedictionem Populo dando, necnon Calices, & ornamenta alia ad divinum cultum pertinentia Conſecrare, & Pontificalia hujuſmodi exercere, Almutia de variis griſeis, & Canonici pro tempore de Aſperiolis in Monaſterio

Proceſſio-

Proceſſionibus,ac alibi,ubicos in divinorum obſervatione intereſſe cõtigerit,deferre,& uti ad inſtar Præpoſitorum, & Canonicorum, Collegiatarum Eccleſiarum ſæcularium, necnon Privilegia ipſis ſuper Decimis Terræ, Domibus, Vineis, Ortis, & aliis bonis prædicti Monaſterii, immunitatibus, libertatibus, & unionibus Parochialium in Iglingen, Superiori Staindorff, Grefelfingen, Aurbach, Amergau, Milhauſen, Urfrizhauſen, S. Laurentii propè Schongau, SchWifftingen cum Capellis filiabus ejuſdem Monaſterii Friſing. & Auguſten Diœceſ. Eccleſiarum, quę aliquæ per Canonicos dicti Monaſterii ad nutum Præpoſiti ejuſdem removibiles in animarum cura reguntur, ac quævis alia jura, Privilegia, & munimenta, ut præmittitur, auctoritate ordinaria, aut quocumque alio nobis inferiore in forma gratiæ, indulti, & juſtitiæ dicto Monaſterio gratioſè conceſſa legationis noſtræ robore confirmare vellemus.

Nos igitur dignum cenſentes, & congruum, ut ſicut Monaſterium ipſum inter alia Monaſteria, & Religioſa illarum partium loca inſigne, & notabile exiſtit, ita etiam inſigniori attolli, & præfulgere non immeritò debeat prærogativa honoris, & excellentia decorari ipſorumque Præpoſiti, & Conventus in hac parte ſupplicationibus inclinati, quòd Georgius Præpoſitus prænominatus, ac ſucceſſores ſui pro tempore Præpoſiti Infula, Annulo, Baculo paſtorali ſolemnem Benedictionem dando Populo uti, necnon Calices ſuos, & ornamenta alia ad divinum cultum pertinentia conſecrare, & hujusmodi Pontificalia in Monaſterio, & Eccleſiis ſibi ſubjectis exercere, Almuciis de vario griſeo, necnon ipſi Canonici dicti Monaſterii de Aſperiolis, ac libertates, & immunitates domuum, decimarum, Terrarum, Ortorum, Vinearum, Unionum Eccleſiarum curatarum quarumcumque ipſi Monaſterio prædicto incorporatarum, & etiam filialium uti, deferre, & poſſidere, necnon ut in Eccleſiis Parochialibus Iglingen Superiori,SchWifftingen,Greffelfingen, Staindorff, & S. Laurentii propè oppidum Schongau, quæ per Clericos ſæculares de pręſenti reguntur, quamprimùm per ceſsum vel deceſsum eas, vel ipſarum alteram vacare contingerit, vos Domine præpoſite, & veſtri ſucceſſores hujuſmodi pro tempore canonicè intrantes Fratres, & Canonicos in dicto Monaſterio expreſsè profeſſos ad nutum Prępoſiti ejuſdem pro tempore ammovibiles in eiſdem Eccleſiis inſtituere, & providere, ac poſſeſſionem hujuſmodi Eccleſiarum auctoritate propria apprehendere liberè, & licitè licentia cujuſcunque alterius ſuper hoc minimè requiſita poſſitis devotionibus veſtris auctoritate Legationis noſtræ, qua fungimur in hac parte, tenore præſentium concedimus facultatem, & indulgemus, præmiſſaque omnia, & ſingula à Nobis inferiore emanata confirmamus, & pręſentis ſcripti patrocinio communimus, Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac ſtatutis quibuſcunque in oppoſitum faciendi, non obſtandi, decernendi ex nunc irritum & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam nobis inferiore quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari.

Datum Norimbergæ Bamberg. Diœceſ. 1460. Indict. 8. die 15. Martii Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Pii Divina Providentia Papæ II. Anno II.

Venerabili F. Epiſcopo Friſingen.

PAULUS PAPA V.

VEnerabilis Frater. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Exponi Nobis nupèr fecit dilectus Filius Wolfangus Præpoſitus Monaſterii per Priorem gubernari ſoliti Raittenbuech nuncupati Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium Friſingen- Diœceſ., quòd à centum annis, & ultrà in ſummitate Montis Peiſſemberg diſtrictus dicti Monaſterii quædam Capella ſub invocatione B. Mariæ Virginis ab ipſius Montis Incolis, ſeù Vicinis dilectis Filiis conſtructa exiſtit, ad quam hactenùs plurimi illarum partium Chriſtifideles ob ſingularem, quam ergà dictam

dictam Capellam, ubi Omnipotens Deus, ut piè creditur, multa Miracula operatus eſt, gerebant devotionis affectum, concurrerunt, & ad præſens concurrunt, & quam dictus VVolfangus Præpoſitus ad divini cultus augmentum, & excitandam, ac conſervandam Populi devotionem in ejuſdem B. Mariæ Virginis honorem de rebus illi neceſſariis decenter inſtruxit, cumque in dicta Capella in ipſius B. Virginis, & aliquibus ſolemnioribus feſtivitatibus, dumtaxàt Miſſa per Presbyteros, quos dilectus Filius Rector Parochialis Eccleſiæ Loci Peittingenſis dictæ Diœceſ. licèt nullum exindè commodum ſentiret, celebrari conſueviſſet, ob idque factum eſſet, ut Peregrini, & alii Chriſtifideles, aliis etiam non feriatis temporibus ad ipſam Capellam, magno numero confluentes, longi jam itineris moleſtias, ac dicti Montis aſperitatem, & Solis ardorem perpeſſi Miſſas audire, peccata ſua confiteri, & Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumere proptèr defectum Sacerdotum nequirent, & loci jam miraculis clari celebritas obſcurari, & fervor ille egregius, & pia ergà Capellam hujuſmodi affectio Chriſtifidelium animis excidere inciperet, dictus VVolfangus Præpoſitus, nè pietas, ac devotio illa periclitaretur, ac penitùs deperiret divini cultus exercitium propriis ſumptibus in dicta Capella introduxit, & in ſe abſque ulla recompenſatione, non quidem ſine ſua, & ſuorum incommoditate ſuſcepit, non ſolùm ſingulis diebus Dominicis, aliiſque feſtis, ſed ſingulis hebdomadis tribus, aut pluribus diſtinctis diebus juxtà temporis, ac neceſſitatis exigentiam dilectos Filios dicti Monaſterii Canonicos eò deſtinans, ut ibi Sacra celebrando, Confeſſiones audiendo, concionando, & qua par eſt, pietate, fervore, & diligentia divinum munus obirent, ex quo factum eſt, ut frigeſcens hominum pietas denuò aucta, & Capella præfata magis frequentata extiterit: ut autem divini cultus exercitium ſit introductum animarum multarum lucro, minori tùm ipſius VVolfangi Præpoſiti, ſuorumque in dicto Monaſterio ſucceſſorum damno, ſine intermiſſione continuari poſſet, tùm Capellam præfatam cum contiguis Ædibus, & qui exigui, & penè nulli, nec ad ſuſtentationem unius Miniſtri ſæcularis, nedùm Clericorum ſufficientes exiſtunt, annuis cenſibus, fructibus, redditibus, et proventibus præfato Monaſterio in eum modum, quo Eccleſia ejuſdem B. Mariæ in Tuntenhauſen nuncupatæ ad Monaſterium Peiharting nuncupatum præfatorum, ſeù aliorum Ordinis, & Diœceſ. incorporata reperitur, auctoritate tua ordinaria, Rectore prædicto non contradicente, uniſti, & incorporaſti per tuum decretum diffinitivum, ita tùm, quòd idem VVolfgangus, & pro tempore exiſtens dicti Monaſterii Præpoſitus juxtà tenorem decreti hujuſmodi, ſeù litterarum reverſalium nuncupatarum ſuper præmiſſis confectarum, dictam Capellam ſartam, tectamque tenere, & ea, quæ ad divini cultus augmentum, & Animarum ſalutem pertinent, proſpicere teneretur, quæ omnia nulla reclamatione ſuſpenſa in rem tranſiverunt judicatam, ſecuto etiam deſuper dilecti Filii nobilis Viri Maximiliani utriuſque Bavariæ Ducis, in cujus Dominio temporali Capella præfata, ut aſſeritur, fundata reperitur, conſenſu. Quarè cupiens dictus VVolfangus Præpoſitus realem unionis, & incorporationis effectum obtinere, & in futurum ſe, ac ſuos ſucceſſores à quavis moleſtante perſona liberari. Ideò nobis humiliter ſupplicari fecit idem VVolfgangus Præpoſitus, ut ei in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur eundem VVolfgangum Præpoſitum à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxàt conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati fraternitati tuæ attento, quod, ut præfertur, ſuper præmiſſis reclamatum non fuit, per præſentes committimus, & mandamus, quatenùs vocatis ad id, qui fuerint vocandi, præfixo dicto Rectori aliquo brevi, & peremptorio termino ad dicendum, & allegandum in contrarium, quidquid vult, & poteſt, quo elapſo, & nihil, quod relevet, docto conſtito, quòd executioni locus exiſtat, in executionem præfati decreti

creti eundem VVolfgangum Præpoſitum in Capellæ, & contiguatum Ædium,necnon annuorum cenſuum , fructuum redditum , & proventuum præfatorum poſſeſſionem, quatenùs adhuc in eam immiſſus non repetiatur, auctoritate noſtra, prout Juris fuerit , immittas , etſi aut poſtquàm immiſſus fuerit, tam illum , quàm pro tempore exiſtentem dicti Monaſterii Præpoſitum perpetuò manutenendum , & defendendum eſſe etiam, prout Juris fuerit, declares , ac realiter, & cum effectu ſimiliter , prout Juris fuerit , manuteneas, & defendas , perpetuum ſilentium omnibus, & ſingulis , quibus opus fuerit, deſupèr , paritèr , prout juris fuerit , imponendo, ita quod liceat VVolfgango , & pro tempore exiſtenti Monaſterii hujuſmodi Præpoſito cenſus,redditus,& proventus dictæ Capellæ per ſe , vel àlium, ſeù alios propria auctoritate percipere, exigere , & levare , ac in ſuos , & dicti Monaſterii uſus, utilitatem convertere cujusvis licentia minimè requiſita, teneatur tùm dictus VVolfgangus , & qui pro tempore exiſtens dicti Monaſterii Præpoſitus juxtà decreti , ſeù litterarum præfatarum tenorem , ipſam Capellam ſarctam , tectamque tenere, & ea omnia , quæ ad divini cultus augmentum , & Animarum ſalutem pertinent , proſpicere . Nos enim tibi citandi , ac etiam ſub cenſuris , & pœnis inhibendi , cæteraque in præmiſſis neceſſaria, & opportuna faciendi, exercendi, & exequendi plenam , & liberam Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus facultatem,non obſtantibus præmiſſis,ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuscunque .

Datum Romæ apud S.Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 13.Junii 1608.Pontificatus noſtri Anno IV.

Jo. B. Coronatus .
Jo. Bourderellus S.

Ranshofen .

TEmpore Romanorum in Bojaria rerum potentium Bidęum, Bideum , Bidacum in Monte ſitum vocabatur . Cum verò circà annum Domini 520. à Boiis repellerentur victores locum Randerſdorff, & tandem ſucceſſu temporis Ranshofen appellarunt . Imperator Arnolphus Carolomanni Regis Bavariæ , & Italiæ filius ad preces Wichingi Epiſcopi Batavienſis Cancellarij ſui , Deo , & Sancto Pancratio Martiri Templum extruxit anno 898. Henricus III. Bojorum Dux hujus nominis V. profecturus in Hungariam præſentibus Epiſcopis Eccleſiam refecit, ampliavit , & limitibus citra , & ultra cenum diſtinxit aliaque multa Privilegia, & Dona contulit. Tandem adnitente Conrado Archiepiſcopo Salisburgenſi Canonicis Regularibus adminiſtratio conceſſa eſt . Varii Pontifices confirmarunt ordinem , & privilegia hujus inclytæ Canoniæ , & cum Archidiaconatu multæ Parochiæ , uſus quoque Pontificalium , & aggregatio Congregationis Lateranenſis acceſſerunt, ut patet ex ſequenti Bulla Innocentii XI.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei . Ad perpetuam rei memoriam .

SEdis Apoſtolicę circumſpecta benignitas piis Chriſtifidelium quorumlibet,præſertim ſub ſuavi Religionis jugo Altiſſimo famulantium conſuevit favorabiliter annuere , ac illos in his potiſſimùm , quę exemptiones , privilegiorum conceſſiones , & indulta concernunt libenter expedire . Sanè pro parte dilectorum filiorum Præpoſiti Monaſterii Sancti Pancratii Ranshovienſis Congregationis Canonicorum Regularium Lateranenſium Paſſavienſis Diæceſis ejuſque Canonicorum Regularium Nobis nuper exhibita petitio continebat , quod nuper dilectus etiam filius Joannes Petrus Leonardus Abbas generalis totius præfatæ Congregationis , à quo licet univerſis Chriſtifidelibus ſpiritualia beneficia communicanda

 eſſent,

eſſent, in illos tamen ex debito gratitudinis, qui dictam Congregationem præcipuo devotionis ſtudio proſequuntur, & quos ſpiritualis dilectionis prærogativa, profeſſionisque paritas meritis cumulat amplioribus, ſe demonſtrare volens, pio dilectionis, & charitatis zelo ductus, & devotionis affectum, animique pium ſtudium Præpoſiti, & Canonicorum præfatorum, non tamen à dicto Abbate Generali dependentium, ergà dictam Congregationem intuens, præfatos Præpoſitum, & Canonicos in communionem omnium Indulgentiarum, Indultorum, Privilegiorum, conceſſionum, jurium, & gratiarum Apoſtolicarum, quibus Abbates, & Canonici dictæ Congregationis utuntur, potiuntur, & gaudent, libenti animo, vigore Indulti ſibi Apoſtolica Auctoritate conceſſi admiſit, & in ſuos Fratres recepit, ipſisque ex nunc Orationum, Miſſarum, Divinorum Officiorum, jejuniorum, peregrinationum, ſpiritualium exercitiorum, bonorumque omnium, quæ Divina Clementia per ejus Congregationis hujusmodi utriusque ſexus Religioſas perſonas, nunc, & de præſenti exiſtentes, ac futuras, ubique Terrarum dignaretur operari participationem per modum communicationis conceſſit, & elargitus eſt; dictumque Monaſterium tanquàm dictæ Congregationis germanum, ac de gremio, dictosque Præpoſitum, & Canonicos tanquàm Confratres agnovit, & adoptavit, prout in litteris patentibus ejuſdem Joannis Petri Leonardi Abbatis ſuper præmiſſis expeditis pleniùs dicitur contineri. Cùm autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, Præpoſitus, & Canonici præfati plurimùm cupiant, conceſſionem, elargitionem, & adoptionem hujuſmodi pro firmiori earum ſubſiſtentia, & inviolabili obſervatione noſtro, & Sedis Apoſtolicæ patrocinio, & munimine roborari. Quarè pro parte Præpoſiti, & Canonicorum eorundem nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenùs eis in præmiſſis opportunè providere, ac ſpecialem gratiam facere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui Monaſteriorum quorumlibet, ac in eis Monaſticæ Vitæ diſciplinam profitentium perſonarum ſucceſſum Divinique Cultus, & Religionis conſervationem ſinceris deſideramus affectibus, dicti Monaſterii ſingulares perſonas à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliisque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium tantùm conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutes fore cenſentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati ex voto Congregationis Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E.Card. ſuper negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum, conceſſionem Privilegiorum, ac patentes litteras hujuſmodi, & in eis contenta quæcunque, licita tamen, & honeſta, dummodò tamen Privilegia hujuſmodi ſint in uſu, & non ſint revocata, aut ſub quibusvis revocationibus compræhenſa, ac Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non adverſentur, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos tàm juris, quàm facti etiam ſubſtantiales defectus, ſi qui in præmiſſis quomodolibet intervenerint in eiſdem, dicta authoritate Apoſtolica ſupplemus. Decernentes eaſdem præſentes de ſubreptionis, vel obreptionis vitio notari non debere, dictoſque Præpoſitum, & Canonicos deſupèr contrà præſentium tenorem ſub quovis prætextu, & cauſa etiam defectu intentionis noſtræ per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari non poſſe, neque debere. Sicque per quoſcumque etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Judices, & Sedis Apoſtolicæ Nuntios, Legatos, ac etiam ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, & ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinis, & Congregationis, ac Monaſterii hujuſmodi etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apoſtolicis, illis, illorumque Præſulibus, & illarum Superioribus, & perſonis conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus,

nibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem impetrantes mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda, aut alia, aliqua exquiſita forma ad hæc ſervanda foret illis, aliàs in ſuo robore permanſuris, latiſſimè hac vice dumtaxàt harum ſerie ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcunque.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ Abſolutionis, approbationis, confirmationis, roboris, adjectionis defectuum ſuppletionis decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S.Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1677. tertio nonas Julii Pontificatus noſtri Anno I.

Ror.

NON procul à Laber Fluvio in inferiori Boiaria fundatum eſt Collegium Rorenſe pro Canonicis Regularibus in honorem B.V.M. anno 1133. Cùm enim Magnus Comes de Rohr Adalbertum [alii vocant Albertum] ex Irmengarda genuiſſet, & hic defuncta Conjuge de Vvolfertzhauſen ſine liberis hæredibus eſſet omnia ſua bona, & poſſeſſiones pro condendo Monaſterio Canonicis Regularibus S.Auguſtini contulit, & ipſemet ſub primo Præſule Brunone Sacri Ordinis habitum ſuſcepit, & ſanctè vixit. Fundationem Imperatores, & Pontifices, necnon Bavariæ Principes, & Epiſcopi multis Diplomatibus, & egregiis favoribus complexi ſunt, ut abundè legere eſt in Metropolit. Salisburg. Satis ſit præſentes hic apponere, quas Reverendiſſimus, & Perilluſtris D. D. de Heydon liber Baro, & Provincialium ſtatuum deputatus digniſſimus Præſul tranſmiſit.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

DIlecto filio Brunnoni Præpoſito, & Fratribus in Rorenſi Eccleſia congregatis canonicam vitam profeſſis tàm futuris, quàm præſentibus in perpetuum officii noſtri Nos hortatur Authoritas Religioſa eligere loca, & ea optatæ petitionis Patrocinio confovere: Proindè dilecti in Domino filii veſtris petitionibus elementer annuimus, & Rorenſem Eccleſiam, in qua Divino vacatis officio ſub B. Petri, & noſtra tutela ſuſcipimus, & præſentis ſcripti pagina communimus, ſtatuentes ut ordo Canonicus juxta B. Auguſtini Regulam in eodem loco perpetuis temporibus inviolabiliter conſervetur, prætereà quæcunque bona, quaſcunque poſſeſſiones ex conceſſione Ven.Fratris noſtri Henrici Epiſcopi Ratisbonenſis liberalitate Principum oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis propitio Deo poteritis adipiſci firma vobis, & in perpetuum illibata permaneant.

Decernimus ergò, ut nulli homini fas ſit veſtram præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut eis poſſeſſiones auferre, vel oblata retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus profutura. Si quæ lanè impoſterum Eccleſiaſtica ſæcularisque perſona huic noſtræ Conſtitutioni ſcienter contraire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſve ſui dignitate careat, reumque Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à SS. Corpore, & Sanguine Dei, ac Redemptoris Noſtri Jeſu Chriſti fiat aliena, atque in extremo examine diſtrictæ, ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æterna pacis inveniant.

F 2 † *Ego*

Digitized by Google

† *Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
† *Ego Guilielmus Prææneſtinus Epiſcopus*
† *Ego Guido Tiburtinus Epiſcopus*
† *Ego Wido Indignus Sacerdos.*
Data Piſis per manum Almerici S.R.E. Diac. Card. & Cancell. VIII. Kalen. Maii Indict. XIV. Incarnat. Dominicæ Anno MCXXXVI. Pontificatus D. Innocentii PP. Anno VII.

EUGENIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Eberhardo Præpoſito Rorenſis Eccleſiæ eiuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Religioſis deſideriis dignum eſt facilem præbere conſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum, ea propter dilecte fili in Domino, tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam, cui Deo authore præeſſe dignoſceris ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum Pontificum, largitione Regum vel Principum oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci firma tibi tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Prædia quoque, vineas, domos, areas, & alia quæ Henricus Ratiſbon. Epiſcopus Eccleſiæ veſtræ intuitu devotionis juſtè conceſſit, vobis, & per vos ipſi Eccleſiæ nihilominùs confirmamus. Statuimus præthereà, ut Ordo Canon. qui ſecundum B. Auguſtini Regulam in eodem loco noſcitur conſtitutus perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conſervetur. In Parochialibus verò Eccleſiis, quas tenetis Presbyteros eligatis, & Epiſcopo præſentetis, quibus ſi idonei fuerint Epiſcopus animarum curam committat, ut de plebis quidem curaEpiſcopo rationem reddant. Vobis verò pro rebus temporalibus debitam ſubjectionem exhibeant. Decernimus ergo, ut nulli omino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere, perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione, & ſubſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva Diæceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si quis igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere, de perperrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris Noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus; ſit pax D. N. J. C. Quatenùs, & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ Pacis inveniant. Amen.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Gregorius Presbyter Card. Tit. S. Calixti.
Ego Julius Presbyter Card. Tit. S. Marcelli.
Ego Octavianus Presbyt. Card. Tit. S. Cæciliæ.
Datum Romæ apud S. Petrum per manum Bonſonis S. R. E. Scriptoris Idib. Februarii Indict. I. Incarnat. Dominicæ Anno MCLII. Pontif. Eugenii III. Papæ Anno VIII.

INNO-

Digitized by Google

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilectis Filiis Præpoſito, & Capitulo Eccleſiæ de Ror Ordinis S. Auguſtini Diœc. Ratiſpon. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apoſtolica Piis Votis, & honeſte petentium precibus favorem benevolum impertiri. Eapropter dilecti in Domino Filii veſtris devotis ſupplicationibus inclinati, ut cùm generale interdictum Terræ fuerit, liceat vobis januis clauſis, non pulſatis campanis, ſubmiſſa voce [nominatim excommunicatis, & interdictis exclusis] divina officia celebrare, auctoritate vobis præſentium indulgemus dummodo cauſam non dederitis interdicto, nec id contingat vobis ſpecialiter interdici. Nulli ergo omninò hominum liceat paginam hanc noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli ſe noverit incurſurum.

Datum Lugduni VI. Kal. Aprilis Pontif. noſtri Anno VI.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilecto Filio Decano Eyſtettenſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quia Nobis dilecti filii Præpoſitus, & Conventus Eccleſiæ de Ror Ordinis S. Auguſtini conqueſtione monſtrarunt, quòd nobiles viri Albertus, & Conradus Comites de Mosburg, & quidam alii Laici quondam Imperatoris fautores Friſingenſis, & Ratiſponenſis Civitatum, & Diœceſis eis quamdam quantitatem frumenti, redditus, & proventus, & res alias ſpectantes ad ipſos per violentiam abſtulerunt, alia inſuper damna gravia, & injurias non modicas irrogando, quocirca diſtructioni tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, dictos Comites, & alios quod eiſdem Præpoſito, & Capitulo ablata reſtituant univerſa, & de damnis datis, & irrogatis injuriis ſatisfactionem plenam exhibeant, ut tenentur, monitione præmiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam, ſuus juſtum fuerit appellatione remota compellas. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere.

Datum Lugduni VI. Aprilis Pontif. noſtri Anno VI.

MARTINUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilectis Filiis Præpoſito, & Canventui Moneſterii in Ror Cano: Regul: Ordinis S. Auguſtini Ratiſpon. Diœceſ. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cùm à nobis petitis, quod juſtum eſt, & honeſtum, tàm vigor æquitatis, quàm Ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem Officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino Filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concernentes aſſenſu perſonas veſtras, & Monaſterium in Rot prædictum, in quo Divino eſtis obſequio mancipati cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſideris, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci ſub B. Petri protectione ſuſcipimus, atque noſtram omneſque libertates, & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſic per Privilegia vel alias Indulgentias vobis, & eidem Monaſterio veſtro conceſſas, necnon libertates,

tates, & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus, Principibus, vel aliis Chriſtifidelibus rationabiliter vobis indultas, ſi eas juſtè, & pacificè poſidetis, vobis, & per Nos eidem veſtro Monaſterio conceſſas auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Noſtræ Confirmationis, & Communicationis infringere, vel eis auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud SS. Apoſtolos V.Non. Octobris Pontif.noſtri Anno VIII.

Undenſtorff

ALiis Inderſtorff ad Gelonum Fluvium ſuperioris Bavariæ ab Othono Palatino Comite de Welſpach anno Chriſti 1126. *juſſu* Calixti II. Pontificis pro remedio animæ in honorem Dei Omnipotentis, Beatæ Mariæ Virginis, & Sanctorum Apoſtolorum Petri,& Pauli ædificatur,ab Innocentio II.autem anno 1131. confirmatur, qui dein in altero diplomate ſtatuit, ut Ordo Canonicus ibidem perpetuo ſecundum regulam S.Auguſtini inviolabiliter conſervaretur. Antiſtites hujus celebris Canoniæ uſum Pontificalium multa privilegia ſpiritualia, & temporalia, varias Parochias à Summis Pontificibus confirmatas, & ab Abbate Generale Aſcanio Gozzio Lateranenſem aggregationem obtinuerunt. Multi ex hoc Collegio aſcetica pietate, Regulari Obſervantia, & Doctrina inſignes Viri Sacrum Ordinem illuſtrarunt ſæculo præſertim XV. Inter alia Cæſaria, & Principalia Diplomata ibidem in Archivo aſſervata ſequentes Bullas Pontificias tranſmiſit modernus Reu. Præſul Aquilinus.

Collegium Canonicorum Regularium S. Auguſtini in ſuperiori Bojaria ad Gelonum Fluvium, vulgò Glon anno 1126. regnante Lothario, Nobilis Vir Ottho Palatinus Comes de VVitlſpach major, Pater Ottonis poſteà Ducis Bavariæ ædificare cæpit in honorem Dei Omnipotentis, Beatæ Mariæ Virginis, necnon Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, atque in remedium Animæ ſuæ, prout eidem à Caliſto II.perſuaſum erat. Innocentius II. ratam,gratamque habuit Apoſtolica confirmatione fundationem anno 1131., prout Teſtis eſt Bulla ad Præpoſitum I. Rupertum data, qui ex nobili Canonicorum Cœnobio Marpach ad clavum translatus eſt. Ipſe quoque Imperator Lotharius anno 1130. traditionem prædii Undenſtorff Eccleſiæ Canonicæ ab Ottone fundatore factam Cæſareo diplomate confirmavit, quod recitat in Metrop. Hundius. Continentur in hoc celebri Collegio plures Bullæ Pontificiæ, actorum, & donationum confirmationes. Ex eis ſequentes notabiliores Bullas Pontificias hìc ponimus.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

DIlecto Filio Rudperto Præpoſito Eccleſiæ Beati Petri Undenſdorf, quæ in Friſingenſi Epiſcopatu ſita eſt, ejuſque ſucceſſoribus regularitèr ſubſtituendis in perpetuum. Ad hoc Nobis à Deo Paſtoralis Officii cura commiſſa eſt, ut & beneplacentem Deo Religionem laboremus ſtatuere, & conſtitutam exacta diligentia conſervare, Quamobrèm dilecte in Domino Fili Rudperte Præpoſite Illuſtris Viri Ottonis Comitis Palatini precibus inclinati tuis poſtulationibus clementèr annuimus, & Beati Petri Eccleſiam, cui Deo auctore præeſſe dignoſceris ab eodem Filio noſtro Ottone Comite Palatino conſtructam, & Beato Petro oblatam Apoſtolicæ Sedis patrocinio communimus, ſtatuentes, ut quæcunque bona, quaſcunque poſſeſſiones præfata Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut

in

in futurum conceſſione Pontificum, largitione Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Obeunte verò te ejuſdem loci Præpoſito nullus inibi per violentiam, niſi quem Fratres ſecundùm B. Auguſtini Regulam ſubſtituendum decreverint, Præpoſitus eligatur. Porrò ad ipſius Eccleſiæ defenſionem, atque ſalutem eligendi Advocatum quemcunque malueritis liberam concedimus facultatem. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum fas ſit præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut iniquis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salva nimirùm Diœceſani Epiſcopi debita Juſtitia, ac reverentia. Ad indicium autem perceptæ huius à Romana Eccleſia libertatis ſingulis annis unum biſantium noſtro Lateranenſi Palatio perſolvetis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contrà eam temerè venire temptaverit, ſecundò, tertiòve commonita ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sanctiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat; Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniat. Amen.

Datum Leodii per manum Almerici Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Card. & Cancell. 5. Kal. Aprilis Indict. 9. Incarnat. Dominicæ Anno 1131. Pontificatus verò Domini Innocentii II. Papæ Anno II.

Ego Innocentius Catholicę Eccleſię Epiſcopus.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

PRoviſionis noſtræ debet provenire ſubſidium, ut Jus ſuum cuilibet illæſum conſervetur. Hinc eſt, quod Nos tenoribus quarundam litterarum fęlicis recordat. Urbani PP. VIII. Prædeceſſoris noſtri in Regiſtris ipſius Prædeceſsoris comperimus pro eo, quod ſicut exhibita Nobis nupèr pro parte dilecti filii Georgii moderni Abbatis, ſeu Præpoſiti Monaſterii Inderſtorff, nuncup. Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium Friſingenſis Dięceſis petitio continebat, ipſe hujuſmodi tenore de certis cauſis dignoſcitur indigere de Regiſtro ipſo de verbo ad verbum tranſcribi, & ad ipſius Georgii ſupplicantis inſtantiam præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt.

URBANUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

DEcet Romanum Pontificem ad ea, per quæ Monaſteriorum quorumlibèt decori, & ornamento, ac perſonarum eorum regiminibus pro tempore præfectarum honori per amplius conſulitur, libenter intendere, ac in his paſtoralis officii partes favorabiliter impartiri prout locorum, & perſonarum hujuſmodi circumſtantiis debitè penſatis ad Dei laudem, & gloriam proſpicit in Domino ſalubriter expedire. Cùm itaque exhibita Nobis nuper pro parte dilecti filii Wolfangi Caroli moderni Præpoſiti Monaſterii Inderſtorff nuncupati, Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium Friſingenſis Diœceſis, petitio continebat, dictum Monaſterium in illis partibus antiquiſſimum, & ob Religioſorum in eo degentium exemplarem vitam, & Diſciplinæ Regularis obſervantiam admodum inſigne, ſatiſ-

que

que uberi redditu annuo dotatum reperiatur, dudùmque dicto Wolfgango Præpoſito, ut ipſe quoad viveret, ac Monaſterio hujuſmodi præeſſet, Mitra, & Baculo paſtoralibus, aliiſque Pontificalibus Inſigniis uti, ac in Eccleſiis, in quibus ipſum in Pontificalibus celebrare contingeret, benedictionem ſolemnem impartiri, nec non ornamenta, & paramenta, aliaque ad ejuſdem Monaſterii, & illi ſubiectarum Eccleſiarum uſum neceſſaria benedicere liberè, & licitè valeret Apoſtolica auctoritate de voto Congregationis Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſuper Ritibus Eccleſiaſticis Præpoſitorum ſub certis modo, & forma conceſſum fuerit. Nos præfatum Monaſterium, ac etiam pręfati VVolfgangi Præpoſiti in regimine ejuſdem Monaſterii ſucceſſores condignis honoribus proſequi volentes, ipſumque VVolfgangum Præpoſitum à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium tantùm conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes ſupplicationibus ejuſdem VVolfgangi Præpoſiti hac in parte nobis porrectis inclinati ex voto ejuſdem Congregationis eidem VVolfgango de novo ex nunc, ejuſque ſucceſſoribus dicti Monaſterii Præpoſitis pro tempore exiſtentibus, ut ipſi impoſterùm perpetuis futuris temporibus Mitra, Annulo, Baculo, & aliis Pontificalibus Inſigniis quandocunque tàm in dicto Monaſterio, & illius Eccleſia, quàm Prioratibus, aliiſque Regularibus locis, atque Eccleſiis tàm Sæcularibus, quàm Regularibus ab eodem Monaſterio dependentibus, & membris, ſeù annexis, ubi, & Benedictionem ſolemnem poſt Matutinarum, Miſſarum, & Veſpèrarum ſolemnia ſupra Populum inibi præſentem, & intereſſentem, dummodò aliquis Antiſtes, vel Sedis Apoſtolicæ Legatus, aut Nuncius ibidem tunc præſens non ſit, ſeù ſi præſens fuerit, ad id ejus accedat aſſenſus, & non aliter elargiri, necnon Cruces, Imagines, & alia, in quibus Sacri Olei, aut Chriſmatis Unctio non adhibetur, Tabernacula, & pro conſervatione Sanctiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ, & Reliquiarum Sanctarum, ac Corporalia, veſtimenta, & ſacerdotalia paramenta, & ornamenta quæcunque Monaſteriorum, Prioratuum, & Eccleſiarum dicto Monaſterio ſubjectorum hujuſmodi, eorumque Altaria cum ſolitis ſolemnitatibus, & cærimoniis juxtà ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Ritum, & conſuetudinem benedicere, illorumque Eccleſias hujuſmodi, & Cæmeteria, quæ ſanguinis, vel ſeminis effuſionis, aut aliàs quovis modo pollui contigerit, aqua tamen priùs per aliquem Antiſtitem Catholicum, ut moris eſt, benedicta, juxtà eundem Ritum reconciliare, liberè, & licitè valeant, Apoſtolica auctoritate tenore pręſentium perpetuò concedimus, & indulgemus, ac plenam, & liberam, amplam, & omnimodam facultatem, licentiam, & auctoritatem in perpetuum ſupèr præmiſſis omnibus, & ſingulis, & ad illa perpetuò dicta auctoritate impartimur. Decernentes eaſdem præſentes ſempèr, & perpetuò validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ſicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices, ac Commiſſarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes, cauſarumque Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & de Latere Legatos, & ViceLegatos dictæ Sedis Nuncios judicari, & diffiniri debere, non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſterii, & Ordinis præfatorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboràtis ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcunque. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, conſtitutionis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1628. 8. Kalend. Februarii Pontificatus noſtri Anno VI.

Cæterùm, ut earundem literarum tenor prædictus ſic inſertus omnimodam

dam rei, ſeù facti certitudinem faciat, auctoritate Apoſtolica decernimus, ut illud idem robur, eandem vim, eundemque vigorem dictus tenor per omnia habeat, quæ habuerunt originales prædictæ, ac ipſi eadem prorsùs fides adhibeatur, quandocunque, & ubicunque, ſivè in judicio, ſivè alibi, ubi fuerit exhibitus, vel oſtenſus, ac eidem tenori firmiter ſtetur in omnibus, ſicut ipſis originalibus ſtaretur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, per hoc autem nullum Jus cuiquam acquiri volumus, ſed antiquum Jus, ſi quod ſit, tantummodò conſervari. Nulli omninò hominum liceat hanc paginam noſtri decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę 1680. Idibus Martii Pontificatus noſtri Anno V.

Appendente Sigillo plumbeo.

Wejarn.

AD Mangualdam Fluvium à Sigebothone [alii Siboto Scribunt] Comite de Valkenſtein Herantſtein, & Neuburg Anno Domini 1133. fundatum pro Canonicis Regularibus, & ad Altare S. Ruperti Conrado Archiepiſcopo Salisburgenſi oblatum eſt, qui iſtam fundationem in præſentia Regmari Epiſcopi Batavienſis confirmavit. Cum anno Domini 1236. totum Cœnobium unacum ſuis Diplomatibus, aliiſque prætioſis conſumptum fuiſſet longo temporis intervallo, velut alter fundator Henricus Præpoſitus teſtauravit, & cum RR. D. Doctore Galbano Quinqueeleſienſe ex Hungaria, & D. Georgio de Waldek. anno 1371. Avenionem profectus à Gregorio XI. Summo Pontifice impetravit unionem vicinę Parochiæ in Neukirch, & poſtea anno 1374. rurſum conſecrata eſt Eccleſia. Incorporata quoque eſt huic Collegio Eccleſia in Vveichenlinden ubi imago B.V.M. cum magno peregrinantium concurſu colitur. Gelaſius Præſul aggregationem cum Lateranenſi Congregatione, & jus Pontificalium obtinuit, ut patet ex Bulla Innocentii XI. quam nobis deſcribi curavit, & miſit modernus Reverendiſs. DD. Præſidius Digniſſimus Antiſtes.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN Apoſtolicę dignitatis ſolio, & poteſtatis plenitudine ſumma Redemptoris noſtri clementia meritis licet imparibus conſtituti ad ea libentèr intendimus, per quæ proviſionis noſtræ auſpiciis Monaſteria, eorumque Præpoſiti majoribus ſemper honorum, & dignitatum prærogativis extolli, & decorari valeant; Sanè pro parte dilecti filii Gelaſii moderni Præpoſiti Monaſterii, Cœnobii forsàn nuncupati per Prępoſitum regi, & gubernari ſoliti Sanctorum Petri, & Pauli Weyaren, ſeù de Weyar Ordinis Sancti Auguſtini Canonicorum Regularium Friſingenſis Diœceſis nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd cum dictum Monaſterium tùm Ordinis, tùm Fundationis ipſius antiquitate, ac triginta ad minùs Canonicorum Regularium in eodem degentium numero, ipſorumque vita exemplari, ac Regularis diſciplinæ inibi viginti obſervantia inſignitèr decorum exiſtat, eidemque Monaſterio plures Parochiales, & aliæ Eccleſiæ etiam in ſpiritualibus, & in temporalibus ſubjectæ reperiantur, adeòut propriam quaſi habere dignoſcatur Diœceſin. Aliàs verò graſſante per illas partes nefaria hæreſi Lutherana, dum in confinibus dicti Monaſterii plurimi paſſim Incolę à vera, & Orthodoxa Fide aberrarent omnes ſubditi, & Parochiani diverſarum per dicti Monaſterii Canonicos

adminiſtratatum Parochiarum à peſtifera illa Lue, vel præſervati, vel nutantes ad frugem reducti,& confirmati fuerunt. Præpoſitum porrò dicti Monaſterii pro tempore exiſtentem uti Metropoli civili Bavariæ viciniorem ab ipſius Bavariæ Electore, & aliis quoque Principibus circumvicinis ad peragenda Divina tàm in ſolemnitatibus, quàm etiam in Funeralibus, & Anniverſariis, aliiſque functionibus Eccleſiaſticis identidèm accerſiri contingat, undè longè acceptior, & honorificentior eius aſſiſtentia foret, ſi prout alii etiam inferioris, quam ipſe gradus illarum partium Prælati, privilegio uſus Mitræ, & Baculi, quod nedùm hactenùs obtinuit, inſignitus compareret, & exindè cultus divinus apud Incolas præfatos, cæteroſque Chriſtifideles non modicum ſuſciperet incrementum, necnon decori,exiſtimationi, & auctoritati ejuſdem Monaſterii non parùm conſuleretur. Quarè pro parte dicti Gelaſii nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenùs ei in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui decorem, et venuſtatem domus Dei, & Miniſtrorum eius ſummoperè exoptamus, ipſum Gelaſium ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium tantùm conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ex voto Congregationis Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſię Cardinalium ſuper Ritibus Eccleſiaſticis Præpoſitorum dicto Gelaſio, ejusq; in dicto Monaſterio ſucceſſoribus Præpoſitis pro tempore exiſtentibus, ut Mitra, & Baculo, aliiſque Pontificalibus Inſigniis uti, eaque deferre, & geſtare, ac in dicti Monaſterii, & ei, ut præfertur ſubiectis Eccleſiis, ubi eos in Pontificalibus celebrare contigerit, Benedictionem poſt Miſſarum, Matutinorum, Veſperarum, & aliorum Divinorum Officiorum celebrationem ſuprà Populum inibi præſentem, dummodò inibi aliquis Antiſtes, ſeù Sedis Apoſtolicæ Legatus præſens non ſit,ſeù ſi præſens ſit, eius ad id expreſſus accedat aſſenſus elargiri, ac Cruces, Imagines, campanas, vaſa, thuribula, tabernacula, etiam, in quibus Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum, & Sacræ Reliquiæ ſervantur, necnon Altaria, Corporalia, Veſtimenta etiam Sacerdotalia, & alia Paramenta, & Ornamenta Eccleſiaſtica quęcunque, in quibus Sacri Olei, vel Chryſmatis unctio non requiritur pro dicti Monaſterii, illiusque, ac ei, ut præfertur ſubiectarum Eccleſiarum uſu tantùm cum ſolemnitatibus ſolitis, & cęremoniis iuxtà Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Ritum, morem, & conſuetudinem benedicere,necnonMonaſterii,& illi ſubiectas Eccleſias,eiusq;& earum Cimiteria,quæ ſanguinis,ſeù ſeminis humani effuſione,aut aliàs quomodolibet pollui contigerit, aqua tamen priùs per aliquem Catholicum Antiſtitem gratiam, & communionem Sedis Pontificiæ habentem, ut moris eſt benedicta reconciliare liberè, & licitè poſſit, & valeat Apoſtolica auctoritate, dummodò Venerabilis Fratris noſtri moderni Epiſcopi Friſingenſis expreſſus ad hoc accedat aſſenſus, & dictus Gelaſius, & eius ſucceſſores præſenti utantur Indulto huiuſmodi in locis eorum iuriſdictionis tantùm, & ſervatis decretis dictæ Congregationis ſub fel. rec. Alexandro Papę VII. prædeceſſore noſtro editis earundem tenore præſentium concedimus, & indulgemus decernentes eaſdem præſentes ſemper, & perpetuò validas, & efficaces fore, & eſſe, ac ſub quibusvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocantibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus minimè compræhendi, ſed ſemper ab illis excipi, & quotiès illæ emanabunt, totiès in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ac de novo ſub quacunque poſteriori Data quandocunque eligenda conceſſas eſſe, & fore, ſuosque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac moderno, & pro tempore perpetuis futuris temporibus exiſtentibus Præpoſitis dicti Monaſterii ſuffragari debere, eoſque ſuper præmiſſis, ſeù illorum occaſione, à quoquam directè, vel indirectè quovis quæſito colore, vel prætextu moleſtari, perturbari, vel inquietari nullatenùs unquàm poſſe, ſicque in omnibus, & ſingulis

per

per quoſcunque Judices ordinarios, vel Delegatos quavis auctoritate fungentes judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, quidquid ſecùs ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit, attentari, non obſtantibus Honorii III. & Alexandri IV. aliorumque Romanorum Pontificum, & prædeceſſorum noſtrorum, necnon quibusvis aliis etiam in Synodalibus, Provincialibus, Univerſalibusq; conſiliis,editis ſpecialibus,vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis, & Monaſterii Præpoſitorum etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuscunque. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis, Indulti, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contradicere. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnat. Dominicæ 1692.pridiè Kalend. Martii Pontificatus noſtri Anno II.

BREVE SS. D. N.

INNOCENTIUS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

CÆleſtium munerum Theſauros, quorum diſpenſationem fidei noſtræ comiſit Divina dignatio, prudenti liberalitate libenter erogamus, cùm id ad augendam fidelium religionem, fovendamque, & incitandam erga beatos Patriæ Cæleſtis Incolas, pietatem arbitramur in Domino profuturum. Volentes itaque Eccleſias tàm Canonicorum Regularium,quàm Monialium Congregationis Lateranenſis Ordinis S. Auguſtini, ut condignis frequententur honoribus, & fidelium ad eas confluentium devotio augeatur, aliquo ſpiritualium gratiarum munere decorare, ſupplicationibus dilecti filij moderni Abbatis dictæ Congregationis inclinati, ac de Omnipotentis Dei miſericordia omnibus, & ſingulis utriuſque ſexûs Chriſtifidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ac S. Communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis quorumcunque Monaſteriorum tàm Cononicorum Regularium, quàm Monialium dictæ Congregationis hactenus erectis,& in futurum quomodocunque erigendis, ac ubicunque locorum exiſtentibus in ejuſdem S. Auguſtini, & S. Moniceæ ejus Genitricis, necnon SS. Patritii, Frigdiani, & Ubaldi Epiſcoporum feſtis diebus, ac die 5. Martij, qua omnium Sanctorum Ordinis prædicti commemoratio ibidem fieri ſolet à primis Veſperis uſque ad occaſum Solis dierum hujuſmodi annis ſingulis devotè viſitaverint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam concedimus, præſentibus futuris perpetuis temporibus valituris.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem 28. Martii 1699. Anno Pontificatus noſtri VIII.

BEATISSIME PATER.

IN aliquibus Eccleſiis Collegiatis, ſeu Monaſterialibus Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini ſuperioris Germaniæ ſolent, & ſolitæ ſunt publicari Indulgentiæ plenariæ in feſtis S.Auguſtini, S. Monicæ, S. Patritij, S. Frigdiani, ac S. Ubaldi, necnon die 5. Martij, qua Commemoratio omnium Sanctorum ejuſdem Ordinis fieri ſolet, conceſſæ ab Innocentio XII. S. M. Eccleſiis Canonicorum Regularium ejuſdem Ordinis Congregationis Lateranenſis. Quia verò ab inquietis, & pacis Chriſtianæ æmulis ſpargebatur, dictas Eccleſias non gaudere prædictis Indulgentiis,eò quòd dicti Canonici Regulares in Germania ſuperiori ſubjecti eſſent Ordinariis locorum, idcirco pro parte, & quiete Eccleſiarum Collegiatarum, ſeu Monaſterialium Beyrbergenſis, Beyhartingenſis, Bernriedenſis, Diœſſenſis, Dietramzellenſis, Inderſtorffenſis, Pollinganæ, Raittenbuechenſis, Ranshovienſis, Rorenſis, Schlechdorffenſis, Vveyarnenſis, & SS. Andreæ, & Magni Ratisbonen-

ſis

ſis, Friſingenſis, Paſſavienſis, & Auguſtanæ Diæceſium humillimè ſupplicatur declarari, ſe ſupradictis Indulgentiis gaudere, ſicut gaudent ipſæ Eccleſiæ Canonicorum Regularium ejuſdem Ordinis S. Auguſtini Congregationis Lateranenſis, cui ſunt aggregatę. Pro qua gratia &c. &c.

DECLARATIO SIVE DECRETUM S. CONGREGATIONIS.

Feria 2. die 23. Februarij 1722.

IN Sacra Congregatione Indulgentiarum, & ſacrarum Reliquiarum relatis ſupradictis precibus Eminentiſſimi Patres eidem Sacræ Congregationi Præpoſiti reſpondendum eſſe cenſuerunt, Eccleſias Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini in præfatis Diæceſibus exiſtentes reverà gaudere Indulgentiis, de quibus agitur. Quam Sacræ Congregationis ſententiam per me Secretarium Sanctiſſimo Domino Noſtro Innocentio XIII. relatam die 4. Martii Sanctitas ſua benignè approbavit. Datum die 7. Martii 1722.

L. Cardinalis Picus Præfectus.

(L. S.) Coſmus de Hieronymis Secretarius.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi nobis nuper fecerunt dilecti Filii Canonici Regulares Ordinis S. Auguſtini Collegiatarum Eccleſiarum, ſeù Monaſterialium Beyrbergenſis, Beybardingenſis, Bernriedenſis, Dieſſenſis, Dietramzellenſis, Inderſtorffenſis, Pollinganæ, Raittenbuechenſis, Ranshovienſis, Rorenſis, Schlechdoffenſis, VVeyarenſis, & Sanctorum Andreæ, & Magni Ratisbonenſis, Friſingenſis, Paſſavienſis, & Auguſtanæ Diœceſium in Germania ſuperiori, quòd in dictis Collegiatis, ſeù Monaſterialibus Eccleſiis Indulgentiæ Plenariæ, quæ in Sanctor. Auguſtini, Monicæ, Patritii, Frigdiani, ac Ubaldi feſtivitatibus, necnon die quinta Martii, qua Omnium Sanctorum ejuſdem Ordinis commemoratio fieri conſueſcit, Eccleſiis Canonicorum Regularium Congregationis Lateranenſis dicti Ordinis à recol. mem. Innocentio Papa XII. prædeceſſore noſtro conceſſæ ſunt, ſolent, & ſolitæ ſunt publicari. Verùm, quià ab inquietis, & Chriſtianæ pacis æmulis pervulgatur, primodictas Eccleſias, tametſi illæ Congregationi Lateranenſi aggregatæ ſint, non gaudere dictis Indulgentiis, eò quià ipſi Exponentes Juriſdictioni Ordinariorum locorum ſubjacent, Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſibi in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur, Nos ipſos Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxàt conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Indulgentiis, & ſacris Reliquiis Præpoſitorum conſilio Eccleſias primodictas in prædictis Diœceſibus exiſtentes Indulgentiis, quibus Eccleſiæ Canonicorum Regularium Congregationis Lateranenſis hujuſmodi fruuntur, & gaudent, reverà frui, & gaudere Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium. Non obſtantibus, quatenùs opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de non concedendis Indulgentiis adinſtàr, aliiſq; Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtol. cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Dat. Romæ apud S.Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 9.Maii 1722. Pontificatus noſtri Anno I. F. C. Oliverius.

FINIS APPENDICIS.

INDEX CRONOLOGICUS
E T
RERUM NOTABILIUM.

PATROCINIUM Apoſtolicum.	Alexandri III. Anno 1187.	Pro Canonia Aven.	Pag. 1.
BONORUM poſſeſſiones confirmantur.	Ejuſdem.	Pro eadem.	1.
SEPULTURÆ libertas.	Ejuſdem.	Pro eadem.	1.
ELECTIO Præpoſiti ſolis Canonicis reſervata.	Ejuſdem.	Pro eadem.	1.
PACIFICÆ BONORUM poſſeſſioni conſulitur.	Ejuſdem.	Pro eadem.	1.
CERTARUM PAROCHIARUM incorporatio confirmatur.	Sixti IV. anno 1475.	Pro eadem.	2.
USUS MITRÆ, & Baculi &c. conceditur.	Ejuſdem anno 1483.	Pro eadem.	4.
PRIVILEGIA confirmantur.	Innocentii VIII. anno 1486.	Pro eadem.	4.
AGGREGATIO hujus Canoniæ Congregationi Lateran. confirmatur.	Clementis XI. anno 1714.	Pro eadem.	5.
PATROCINIUM Apoſtolicum.	Calixti II. anno 1121.	Pro Canonia Beirberg.	6.
ELECTIO Præpoſiti, & Advocati reſervatur ſolis Canonicis.	Ejuſdem.	Pro eadem.	6.
PRÆSTATIO cenſus abrogatur.			7.
LIBERTAS, Exemptiones, Decimæ, & alia privilegia confirmantur.	Pauli II. anno 1468.	Pro eadem.	8.
INSTRUMENTUM aggregationis,	D. Jacobi Martini Lucenſis Abbatis Generalis Can. Reg. Later. anno 1710.	Pro eadem.	9.
PROTECTIO Sedis Apoſtolicæ.	Calixti II. anno 1122.	Pro Canonia Bernried.	10.
POSSESSIONES confirmantur.	Ejuſdem.	Pro eadem.	10.
CONFIRMATIO unionis, ſeù incorporationis Eccleſiarum Parochialium.	Calixti III. anno 1456.	Pro eadem.	11.
DISMEMBRATIO, & ſeparatio reddituum	Pauli V. anno 1617.	Pro eadem.	

Digitized by Google

Eccleſiæ Parochialis conceditur.			12.
USUS MITRÆ, Baculi &c. conceditur.	Clementis XI. anno 1703.	Pro Canonia Dieſſen.	14.
PATROCINIUM Sedis Apoſtolicæ.	Innocentii II. anno 1132.	Pro eadem.	17.
CONFIRMATIO Tranſlationis ab una Eccleſia ad aliam.	Ejuſdem.	Pro eadem.	17.
PRÆPOSITUM à ſolis Canonicis eligendum eſſe decernitur.	Ejuſdem.	Pro eadem.	17.
CANONIA ſub protectione Sedis Apoſtolicæ ſuſcipitur, & compoſitio facta confirmatur.	Honorii III. anno 1216.	Pro Canonia Dietramcell.	19.
IMMUNITATES, Libertates, & alia privilegia confirmantur.	Pauli II. anno 1471.	Pro eadem.	20.
AGGREGATIO facta Congreg Lateranen. confirmatur.	Clementis X. anno 1664.	Pro Canonia Garſ.	20.
CONFIRMATIO Juriſpatronatus Eccleſiæ Parochialis, & licentia exponendi proprios Canonicos.	Bonifacii VIII. anno 1303.	Pro Canonia Paumburg.	22.
INSTRUMENTA donationis dictæ Eccleſiæ.			23. & 24.
DONATIO facta confirmatur ab Epiſcopo.			25.
CONFIRMATIO Aggregationis Congregationi Can. Reg. Lateran.	Innocentii XI. anno 1680.		27.
PROTECTIO Sedis Apoſtolicæ, ac Poſſeſſionum confirmatio.	Lucii III. anno 1185.	Pro eadem.	28.
CANONICI ſoli habent jus eligendi Præpoſitum.	Ejuſdem.	Pro eadem.	29.
DECIMÆ conceduntur.	Ejuſdem.	Pro eadem.	ibid.
POSSESSIONES confirmantur.	Innocentii II. anno 1136.	Pro Canonia Pollingen.	30.
EXCOMMUNICANDI facultas conceditur.	Ejuſdem.	Pro eadem.	31.
CONFIRMATIO decimarum.	Ejuſdem.	Pro eadem.	31.
CONCESSIO uſus Mitræ, ac Baculi &c.	Innocentii XI. anno 1680.	Pro eadem.	32.
PATROCINIUM Apoſtolicum.	Innocentii II. anno 1139.	Pro Canonia Magni Ratiſbonæ.	33.

POS-

POSSESSIONES confirmantur.	Ejuſdem.	Pro eadem.	34.
EXEMPTIO à Proceſſionibus publicis.	Lucii II. anno 1144.	Pro eadem.	34.
LIBERTAS Sepulturæ.	Ejuſdem.	Pro eadem.	35.
BONORUM poſſeſſiones confirmantur.	Urbani II. anno 1090.	Pro Canonia Raittenbuech.	36.
PROTECTOR conſtituitur Dux Bavariæ.	Ejuſdem.	Pro eadem.	
CONCESSIO decimarum.	Ejuſdem.	Pro eadem.	37.
INSTRUMENTUM Aggregationis in Congreg. Lateranen.	D. Athanaſii Clapinii Placentini Abbatis Generalis.	Pro eadem.	37.
USUS MITRÆ, Baculi &c. confirmatio decimarum &c.	Cardinalis Niceni anno 1460.	Pro eadem.	38.
UNIO CAPELLÆ, & aliarum Ædium.	Pauli Vanuo anno 1608.	Pro eadem.	39.
AGGREGATIO in Congregationem Canon. Reg. Lateran. confirmatur.	Innoceutii XI. anno 1677.	Pro Canonia Ranshofen.	41.
PATROCINIUM Apoſtolicum, & Poſſeſſionum confirmatio.	Innocentii II. anno 1136.	Pro Canonia Ror.	43.
BREVE ſimile.	Eugenii III. anno 1152.	Pro eadem.	44.
PATROCINIUM Sedis Apoſtolicæ.	Innocentii II. anno 1131.	Pro Canonia Undenſtorff.	46.
BONORUM poſſeſſiones confirmantur.	Ejuſdem.	Pro eadem.	46.
JUS ELIGENDI Præpoſitum ſolis Canonicis competit.	Ejuſdem.	Pro eadem.	ibid.
USUS Pontificalium conceditur.	Urbani VIII. anno 1628.	Pro eadem.	47.
BULLA Urbani declaratur authentica.	Innocentii XI. anno 1680.	Pro eadem.	47.
USUS MITRÆ, & Baculi &c.	Innocentii XII.	Pro Canonia Vvejarn.	49.
INDULGENTIA Plenaria pro certis Feſtis conceditur.	Innocentii XII. anno 1699.	Pro Canonicis Reg. Lateran.	51.
DECLARATIO ratione prædictæ Indulgentię Plenariæ.	Innocentii XIII. anno 1722.	Pro Canonicis Reg. Congr. Lateran. aggregatis.	62.

Ori-

INDEX

ORigo, & Fundatio Canoniæ Avenſis pag.1. Canonie Beirbergenſis pag.6. Canoniæ Bernried pag.10. Canoniæ Dieſſen pag.14. Canoniæ Dietramcellenſis pag.18. Canoniæ Gars pag.20. Canoniæ Paumburg pag.22. Canoniæ Pollinganæ pag.30. Canoniæ S. Magni Ratisbonæ pag.33. Canoniæ Raitenbuech pag.35. Canoniæ Ranshofen pag.41. Canoniæ Rorenſis pag.43. Canoniæ Undenſtorff pag.46. Canoniæ Vvejan pag.49.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google
00674050